UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Accipite studiosi omnes Auli Gellii noctes micantissimas

Gellius, Aulus

Impressum Venetiis, Anno d[omi]ni. M.D.IX. die. xx.Aprilis

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-475

Visual Library

E.

34

305 R

Stollens Anleitung zur Hist. d. Gelahrtheit p. m. 37: unter die guten in welchen zu unterschiedenen Disciplinen gehörige Materien u. Sachen [illegible] mögen meinem bedünken nach mit allem Recht gerechnet werden Noctes Atticæ. Conf. Morh. Polyh. liter. T. I. Lib. IV, cap. 14. §. 2. p. m. 904; Atriū erudit. p. 175. Theoph. Sinceri Neue Samlung von [illegible] p. 55 seq. Benj. [illegible] tia auctorū antiqua & media p. 528 sq.

5933

In numero oīum editionū, quas recensent Sincerq in Neuer Samlg von Raren alten u. raren Büchern p. 55 seq. et Benj. Hederich in Notitia auctorū antiqua & media p. 528. nec non Bibliotheca Thuana, Menckeniana, Gundlingiana, hæc non occurrit.

Cum antiqtas, tum locq impressionis, de qbq in fine fit mentio, (tum exemplariū occurrentiū paucitas) huius [illegible] codici raritatem conciliāt. Vid. Vogtiū Catal. libr. rar. pmissa Axiomata Historica-Crit. M.IV. Quod et de reliqs in hac ligatura libris sentiendū. Conf. quoqz Celeb. Bünemañi ad me Epistola a. 1745 [illegible] m. Aug.

D2
276

Accipite ſtu dioſi omnes Auli Gellii noctes micantiſſimas:

In quibus vigilias ⁊ ſomnum pacatiſſime re-
ponatis. Nihil enim in latinis obſtrepet in-
concinnum. In Graecis minus. Quip-
pe quae nunq̃ antehac fuerint accurati-
us emendata. Hinc rerum ⁊ dictio-
num ſpecioſarum indicem locuple
tiſſimuz habetote. Et libri. viii.
Quem deſideramus capita:
quae antehac nunq̃ in lu-
cem prodierunt.

GYMNASIUM IN ELBERFELD

Laus

Deo

A. 1743 d. 24 m. 8br.

Cum Priuilegio.

Io.Petrus Feretrius Rhauennas,
Ad Lectorem

Quo duce lætatur pietas antiqua parentum,
Plaudit & ad cuius Romula terra ſonum.
Peruigil exultat,longo ſatur ipſe ſopore,
Ac ueluti e/latebris lubricus anguis obit.
Gratum opus indigenis noſtris,& ſedula cura
His,qui priſcorum uel monumenta colunt.
Quam tibi poſteritas autori debet alumna,
Quæ tot præclaris ſulta ſuperbit auis.

Caroli Capelli.P.V.Franciſci equitis.F.

Exeſus fueras diu tenebris:
Mendis commaculatus Aule Gelli,
At nunc Nicoleo lima Fereti
Effulges nitidus uirum per ora,
Qui lucem tibi contulit diurnam.
[illegible]
Mellitas ſimul eruditiones,
Spirans undiq; balſami ſapores:

.:οὐΐκτωρ ὁ φαλχώνιος τοῖς σπουδαίοις:.

Οὗτος ὁ τοῦ γελλίου πόνος ἔννυχος, ὃν δ' ἰωάννης
γλυπτὸν ἔδωκ' ἄμμιν γράμμασι δαιδαλέοις.
δὸς ποτὶ τᾶν μουσᾶν φίλε χρήματα, μὴ δὲ γενᾶσθαι
βίβλος ἄνευ τούτων, ὡς τὰ δέοντα βίου:.
.:τέλος:.

AD CLARISSIMVM SIGISMVNDVM HOENLOVM SCHOLASTICVM GERMANVM COMPATREM SVVM PHILIPPI BEROALDI BONONIENSIS. EPISTOLA.

RELEGI NVPER Emendauiq; luculenti ſcriptoris noctes haud dubie luculentas: quarum lux defecata eſt/Doctrina multifaria/elegantia impromiſcua/Lectio iucunda citra laſſitudinem atq; faſtidium: Quas Clariſſime Sigiſmunde ſub tuo nomine hac epiſtola tibi nominatim dedicata excudendas formis atque in uulgādas dedi Benedicto Impreſſori politiſſimo. Idque iuſtis de cauſis: Nam inter compluſculos ſcholaſticos tranſmontanos claritudine Natalium monſtrabiles, qui auditorium noſtrum frequētes percolunt / Tu cumprimis eniteſcis. qui nobilitati familiæ nobilitatem morum/Quæ uera nobilitas eſt/Nodo pulcherrimo copulaſti: Si quidem apud Germanos celeberrima eſt familia Hoenloa. Quam & de alta flamma nominitant/Et ex Aemilia noſtra oriundā prædicāt/multis illuſtrata proceribus/Affinitate Regum maximoꝝ famigerata. Et ne atauos omnis in preſentia percenſeā/Auus tuus Craphthus/cōſilio potens. Opibus pollens: Rei bellicæ conſultus/Mauortius plane Heros & bellicoſus. haud quaq̃ ueritus eſt bello decernere aduerſus Bauariæ Duces in terra Germania auctoritate atq; opibus longe potentiſſimos. Vnde neq; inglorium neq; edomitum rediiſſe abunde decoꝝ eſt. Pater uero tuus/cui & ipſi Craphtho nomen eſt tanq̃ illud probaret/Quo dicitur/ fuiſſe hieroſolymis laudabile eſſe/ Sanctam ciuitatem Religioſa peregrinatione ſuſcepta uenerabūdus acceſſit/ una cum Illuſtriſſimo principe Sueuorum. cui tantopere carus iucunduſq; fuit: Vt eum ſibi geneꝝ Ex procis ſexcētis unum peculiariter elegerit Filia in matrimonium data. ex qua progenerauit ſobolem generoſam. nec minus uirtutibus q̃ numero præcellentem: In qua primogenitus Albertus Eccleſiaꝝ Metropolitanaꝝ Canonicus multiiugus/Cum ſciret ſine cultu latiali homines incultos exiſtimari conceſſit in Italiam multiſq; annis Gymnaſia litteratoria frequens cultor attriuit. Deinceps tu quoq; mi Sigiſmunde ut ires per fraterna ueſtigia haud ita pridem ueniſti Cum duobus minutulis fratribus Bononiam/ Ad capiendum ingenii cultum linguamq; comendam: ubi ſumma probitate nec minore modeſtia degis. Tu uirginali quædam uerecundia preditus/Et genuina bonitate præcellens / Comiſſimus. humaniſſimus, amabiliſſimus conſpiceris Nullo morum dehoneſtamento infectus. nulla uitioꝝ labecula aſperſus. Nullo ſordium neuo deuenuſtatus. & profecto non eſt ſatis mirari adoleſcentulū opulentum / Nobilem ſpetioſum/In hoc lubrico adoleſcentiæ itinere inoffenſius gradiētem: in quo qui non cadit ſaltem titubat. Domus tua clauſe eſt nequitiæ & corruptelis: expoſita & patens munificentiæ & litteris habes

Compluſculos

Famigeratos

Cōſultꝰ rei bellicę

Inglorium

Genuina bonitate

Comiſſimꝰ: Labecula

Conciliabulū

in contubernio uirum probum & officioſum Thomam Tirſtenium bene lit-
teratum Et iuris pontificii inſignibus decoratum : quo morum formatore &
litterarum preceptore domeſtico uteris. Habes Sebaſtianum de Rubro Gal
lo iuuenem ſtudioſiſſimum. & doctrinæ omnigenæ candidatum. meique im-
primis nominis obſeruantiſſimum. Iamq; domicilium tuum effectum eſt alte/
rum oratoriæ diſciplinæ gymnaſium Et elegantioris doctrinæ/conciliabulum.
Vbi nos quotidie detonamus enarrantes: quipiam/aut Tullianum aut Plauti-
num/aut Liuianum. Aliaq; id genus interprete indigentia/ quæ tu unaq; Te-
cum frater Ludouicus ſitiēter hauritis: Adſunt & frequētes Scholaſtici tranſ
montani maximeq; Germani. Quam ego natione͂ prope peculiariter deamo
& foueo/quæq; me uiciſſim ſemper coluit atque ſuſpexit : quæ me Duce lin-
guas a barbariſmorum ſoleciſmorūq; feditate repurgat. Meæ / quātulacunq;
eſt/eruditionis laudatrix admiratrix aſſectatrix. Deniq; ut ſemel finiam. Tu
paternæ: Tu auitæ gloriæ. Tu maiorū tuorum/ ſplendori egregie reſpondes.
Qui/cum proxime auctus eſſem filiolo/priſtinam amiciciam religioſa quaſi
quadam neceſſitudine cumulaſti Factus mihi / ut uulgo dicitur / Compa-
ter: una cum ornatiſſimo Epiſcopo Boſcinenſi Michaele Cheſerio meo con-
tubernali. necnon una cum Clariſſimo adoleſcētulo Volphgango Hebenenſi
condiſcipulo tuo. Qui Canonicatu Treuerenſi preditus Ex genere Baro-
num honoratiſſimo agit elegantiſſimum omni ex parte ſcholaſticū. Tu uero/
quæ tua eſt liberalis benignaq; natura/Egiſti cum Cōmatre oppido q̄ liberali-
ter. Quas ob res Clariſſime Cariſſimeq; mi compater Sigiſmunde Gellianas
noctes nuper emaculatas ſub tuo nomine in uulgus edidimus : ut in limina-
ri pagina nomen tuum ſpectaretur lectitareturq;/ut ita quadam tenus meo in
te amori atq; neceſſitudini ſatiſfacerem /obturbabunt fortaſſe nonnunq̄ legen-
tis intētionē minutuli quidā errores: ſatis tamē cognobiles & ignoſcibiles: qui
uix unq̄ caueri poſſunt. cum littera una uel altera modo deſit modo ſuperſit/
modo præpoſtera ſit: quas tamen mēdas omnis quotidianis enarratiōibus re

Manuale Enchiridio

purgamus: Tu uero Volumina hæc habeto continenter in manibus: ſit tuum
hoc manuale: ſit enchiridion. Siquidem lectio Gelliana expoliet linguam. or
nabit animum. Vegetabit ingeniū: Cuius non infrequens lector/tā inſtitueris
ad doctrinam/q̄ delectaberis ad oblectationem: Epiſtola autē hæc mea ueluti
præcurſioria/Quoties Gelium in manus ſumes/Toties tibi Beroaldi tui ſug/
geret memoriā: Cuius nomen in Germania/ſi modo mihi uera nūtiant latiſſi/
me celebratur. Tu quicquid ideſt hilari queſo fronte ſuſcipito. & Cōpatrem
tuum eundemq; Doctorem mutuo diligito. Vale.

NICOLAVS FERETTVS RAVENNAS MAGNIFICO AC SPLENDIDIDISSIMO EQVITI .D. GEORGIO CORNELIO SALVTEM PLVRIMAM DICIT.

NON SVM ignarus quantum onus ſuſcipiam Splē-
didiſſime Eques Corneliæ gentis decus Georgi:cum
auſim in præſentia quædam de tuis laudibus attin-
gere: Quas & ſi multi antea conati ſunt: ob tua in
eos complura merita indicanda: Nullus tamē eorum
eſt profeſſus in eis extollendis ſuæ cupiditati ſatiſſe-
ciſſe: quippe qui ingenio diffiſi: ac perterriti rerum
magnitudine: impfecta eorum opera reliquere: Sed
quis profecto tanti ingenii acumine noſtra tempeſta
te inueniri poſſet: qui non dicam: quæ ſunt Venetorum fama clariſſima: in lon
gam ætatem adducta Sed uel ſtēma tuorum maiorum. Vnde ſoror tua Regi
na Cypri ſuum ad Venetos tranſtulit imperium: uel ea quæ tu ipſe præſens
noſtri geſſiſti tēporibus/deſcribere auſit: Quis eſt enim qui ea quæ cum ma-
ritimis bellis: Tum uero terreſtri dimicatione: oculis noſtris nuper perſpecta
ſunt/nō admiretur: incredibiliq; hominum non extollat fama? Anno enim pro
xime dilapſo præfectus exercitui in altera fori Iulii expeditione delectus (Vix
enim credi poteſt) quot oppida natura montium aditu difficilia: artiumq; præ
ſidio munitiſſima: Vidiano duce ſolertiſſimo: tuo ductu & auſpicio capta fue
re: quorum nomina citius recenſere longum eſſet: quam ea litteris mandare:
qua ſolertia: quaue celeritate Venetæ ditioni ſubiecta fuerint. Illud tamen di-
uinitus datum uideri poſſit: Goritiam oppidum munitiſſimū: aditu q; difficilli
mum: per quod gens Thurca fidei chriſtianæ infeſtiſſima Bis olim Italiam eſt
aggreſſa non ſine magna Chriſtianorum cæde & captiuitate: per te captam fu-
iſſe/Octauo pene die: quo oppugnari cœpta fuerat: Tergeſte Vrbem uetuſtiſ
ſimam: ac munitiſſimam quindecim ferme diebus omnibus machinis bellicis
terra: mariq; oppugnatam: ac tandem in deditionem acceptam fuiſſe: non ſine
eius urbis euertendæ periculo. quod olim Venetorum ditioni ſubiecta crede-
batur infida/nimiaq; inſolentia uſa: traduntur oppida numero ſeptuaginta ca-
pta: totidemq; uillarum loca uallis munita: turribus machiniſq; partim cuſtodi
ta: Proh deum: atq; hominum fidem: quis hæc non admiret? Milia ferme no-
ningenta terrarum ambitu: quæ uix uno anno ampliſſimus exercitus non di-
cam oppugnare ſed uix obire potuiſſet: quattuor tm̄ mēſibus parua manu ca-
pta: ac ditioni Venetæ ſubiecta. O fœlices parentes: qui te genuerunt. Vene-
tamq; ciuitatem totius fidei Chriſtianæ Metropolim: a deo ipſo (ut opinor) in
Adriatico fundatam: non mœnibus aut turribus ut cæteri ciuitatum ambitus:
Sed pontibus primum ligneis lembiſq; ac nauibus peragrata: ut olim Rauen-
na mihi patria chariſſima: multis antea tēporibus a Theſſalis Pyrrhæ ac Deu-
calionis diluuio conſtituta: Ex qua adhuc extant Venetiis patritiæ gentis fami

liæ: claritate nominis inſignes. Eſt enim: ut uere dixerim: ciuitas Veneta cunctarum Regina: ac facile princeps. Nam quot ſoli principes: aut numero clari/ uel celebres: in aliis ciuitatibus memorantur totidem uel longe plures: in unis Venetiis non dubie affirmarim: longeq; præſtantiores: Veneto q̄ Romauo olim imperio ſtabiliorem fore potentiam haud ambigam affirmare: & ſi Romanum imperium totius orbis terrarū partes creditur ſuperaſſe. Hæc enim ciuitas ſua iuſtitia non minus in populos ſubiectos rectum ſeruat trutinæ examen quam in ſuos ciues ac principes ſecus q̄ deceat iuſtitiæ obſeruatores: rigidior enim atq; crudelior: uel pene ſæuiens ſæpius eſt comperta: ipſis etiā populis admirantibus: exemplum cunctis gentibus iuſtitiæ colendæ atq; ſeruandæ: ut principes ipſi tot populis ac gentibus imperaturi diſcant eas ſeruare leges: quarum ſubiectos uelint eſſe obſeruatores. Quis non hos principes colat ac ueneretur: qui eos: quos bello uicerunt non uti ſubiectos angariatos uelint. Sed & liberos & amicos: ſibi aſcribant: eoſdemq; in magiſtratibus ſibi ſocios adiūgant: partim uicarios: partim etiam ſecretorum intimos: & ſcripturæ magiſtros eſſe uelint. Non eſt igitur mirum ſi complures ad te Splendidiſſime Eques confugere conſueuerunt/ tanq̄ ad præſidium bonorum omnium: ac uirtutum amatorem: quales audiui mea tempeſtate: Georgium Trapezuntium Græcorum eruditiſſimum. Gregorium Tiphernum Poetam celebrem. Franciſcum Philelphum græcæ latinæq; facundiæ amantiſſimum. Pōponium lætum Coſmographiæ principem. Omitto Georgium Merulam uirum eloquētiæ ſtudioſiſſimum. Matthæum Siculum: & Paulum Marſum omnium bonarum artium interpretes. Adeſt in præſentia Bartholomæus Merula de lingua latina benemeritus: filii tui ampliſſimi Diui Marci ſanctæ Mariæ in porticu Diaconi Cardinalis a ſecretis. Adſunt alii complures: inter quos & ſi cupio numerari: ueritus tamen quandam maieſtatem tui nominis immortalitatē præ ſe ferentem: qui tot hoſpites uiros clariſſimos contubernales habere dignatus es: inq; amicoꝝ numero aſcribere: ne me infimum aſperneris: effecit. Ioannes Tridinus ut auderem tuo nomini in præſentia dedicare tot uariarum rerum exempla: quas Noctes Atticas inſcripſit operi ſuo Aulus Gellius latinæ græcæq; proprietatis obſeruantiſſimus: Cum enim multa repperiſſem in eius libro digna memoratu: quæ non ſolum ad linguæ latinæ elegātiam conferrēt. Sed etiā claroꝝ uiroꝝ geſta: ac ritus Romanos indicarent: qui tuas aures ocioſas delectare poſſent: ea ipſa nuper ānotaui: quo aliquid uiderer inter cæteros tui ſplendoris cultores dignum memoria contuliſſe: quæ ſi forte ſenſero: a tuo iudicio non aſpernari: audacius alia quædam aggrediar: quæ uel tuas laudes attingant: uel ſaltem optaſſe uidear ad tuum ſplendorem indicandum meam cupiditatem nimis fortaſſe auidam immortalitatis cōferre uoluiſſe. Fœlix: fortunatuſq; ſis opto Eques ſplendidiſſime: cui me ſupplex commendo.

Venetiis Idibus Octobris .M.D.VIII.

TABVLA

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII CAPITVLA PRIMI LIBRI.

QVali ꝓportiõe: ꝗbuſq; collectionibus Plutarchus ratiocinatū eē pythagorā philoſophū dixerit: de cōphēdēda corporis ꝓceritate qua fuit Hercules quū uita inter hoīes uiueret. Cap. I. Plutarchus

Ab Herode Attico conſulari uiro tēpeſtiue deprōpta in qnēdam iactatū & glorioſum adoleſcētē ſpecie tantū philoſophiæ ſectatorē: uerba Epicteti ſtoici: quibus feſtiuiter a uero ſtoico ſeiunxit uulgus loquacium nebulonum: qui ſe ſtoicos nuncuparent. Cap. · II. Herodes

Quod Chilo lacædemonius cōſilium anceps pro ſalute amici cœpit. Quodq; eſt circunſpecte & anxie conſiderandum: an pro utilitatibus amicorum delinquendū aliquando ſit: notataq; inibi: & relata: quæ Theophraſtus: &. M. Cicero ſuper ea re ſcripſerunt. Cap. III. Chilo

Quam tenuiter: curioſeq; explorauerit Antonius Iulianus in oratione. M. Tulli uerbi ab eo mutari argutiam. Cap. IIII. Antonius

Quod Demoſthenes rhetor cultu corporis: atq; ueſtitu probis obnoxio: infamiq; mundicia fuit. quodq; item Hortenſius orator ab eiuſmodi mundicias: geſtūq; in agendo hiſtrionicum Dionyſiæ ſaltatriculæ cognomento compellatus eſt. Cap. V. Demoſthenem

Verba ex oratione Metelli Numidici: quam dixit ad populū in cenſura: quum eum ad uxores ducendas adhortaret̃. eaq; oratio quam ob cām reprehenſa: & quo contra modo defenſa ſit. Cap. VI. Multis & eruditis

In hiſce uerbis Ciceroīs ex oratiōe quinta in Verrē hanc ſibi rem ſperāt ꝓ̄ſidio futurū neq; mendā eſſe: nec uitium. Erràreq; iſtos qui bonos uiolant libros: & futura ſcribunt. atq; ibi de quodā alio Ciceronis uerbo dictum. quod probe ſcriptum perperam mutat̃. & aſperſa pauca de modulis numeriſq; orationis quos Cicero auide ſectatus eſt. Cap. VII. In oratione

Hiſtoria in libris phocionis philoſophi reperta ſuper Laide meretrice: & Demoſthene rhetore. Cap. VIII. Phocion

Qui modus fuerit. quis ordo diſciplinæ pythagoricæ: quantūq; tp̄is imperatum obſeruatūq; ſit dicendi ſimul ac tacendi. Cap. IX. Ordo

Quibus uerbis compellauerit Phauorinus philoſophus adoleſcētem uetuſte nimis: & priſce loquentem. Cap. X. Phauorinus

Quod Tucydides hiſtoriæ ſcriptor inclitus lacedæmonios in acie non tuba: ſed tibiis eſſe uſos dicit. Verbaq; eius ſuper ea re poſita: quodq; Herodotus Haliatē regem fidicinas in procinctu habuiſſe tradit atq; inibi quædam notata de gracchi fiſtula concionatoria. Cap. XI. Auctor

Virgo Veſtæ quid ætatis: & ex quali familia: & quo ritu: quibuſque cerimoniis: ac religionibus ac cognomine a pōti. Maxi. capiatur. Et quo ſtatim iure eſſe incipiat ſimul atq; capta eſt. quodq; ut labeo dicit nec ītestato cuiq̄: nec eius inteſtatæ quiſq̄ iure hæres eſt. Cap. XII. Qui de uirgine

Q uæſitum in philoſophia eſt quid nam foret in recepto mandato rectius. id ne omnino facere quod mandatum eſt: an nonnunquam etiã contra ſi id ſperes ei: qui mandauit utilius fore. ſuperq; ea quæſtione expoſitæ diuerſæ ſententiæ. Cap. XIII. In officiis.

Q uid dixerit feceritque. C. Fabritius magna uir gloria: magniſque rebus geſtis: ſed familiæ pecuniæque inops: quum ei ſamnites tanquam indigẽti graue aurum donarent: plenumque odii. Cap. XIIII. Iulius Hi.

Q uod importunum uitium ſit futilis inaniſque loquacitas: & ꝗ multis in locis a principibus utriuſque linguæ uiris deteſtatione iuſta culpata ſit. Caput. XV Q ui ſunt leues.

Q uod uerba iſtæc Q uadrigarii ex annali. iii. Ibi mille hominum occiditur nõ licentia neque poetarum figura: ſed ratione certa & proba grãmaticæ diſciplinæ dicta ſunt. Cap. XVI Q uadrigarius

Q uanta cum animi æquitate tolerauerit Socrates uxoris ingenium intractabile: atque inibi quid. M. Varro in quadam ſatyra de officio mariti ſcripſerit. Caput XVII Xantippe Socratis.

Q uod. M. Varro in libro primo de ratione uocabulorum. L. Læliũ magiſtrũ ſuum περὶ ἐτημολογίαν nonnullorum uerborum falſa dixiſſe reprehẽdit. quodque idem Varro in eodem libro furis ἐτυμολογίας falſam dicit. Caput XVIII In primo.

Hiſtoria ſup libris ſibyllinis. ac de Tarqnio ſupbo rege. Ca. XIX. In antiqs.

Q uid geometræ dicant græci: quibuſque omnia iſta latinis uocabulis appellentur. Caput XX Figurarum.

Q uod Iulius Higinus affirmatiſſime cõtendit legiſſe ſe primũ librũ. P. Virgilii domeſticũ: in quo ſcriptũ eſſet. & ora Triſtia tentantum ſenſu torquebit amaror: nõ ꝙ uulgus legeret ſenſu torquebit amaro. Ca. XXI. Verſus iſtos.

An qui cauſas defendit recte latineq; dicat ſupereſſe id quod defendit. Et ſupeſſe proprie quid ſit. Caput XXII Irroborauit.

Q uis fuerit Papyrius ꝑtextatus: quæue iſtius cauſa cognomẽti ſit. Hiſtoriaq; iſta oĩs ſup eodẽ Papyrio cognitu iocũda. Cap. XXIII Hiſtoria.

Tria epigrãmata trium ueterum poetarum: Neuii: Plauti: Pacuuii: quæ facta ab ipſis eoꝝ ſepulchris inciſa ſunt. Cap. XXIIII Trium.

Q uibus uerbis. M. Varro inducias definierit: quæſitũq; inibi curioſius quænam ratio ſit uocabuli induciarum. Cap. XXV Duobus modis

Q uem in modum mihi Taurus philoſophus reſponderit percontanti: an ſapiens iraſceretur. Cap. XXVI Interrogaui.

CAPITVLA SECVNDI LIBRI.

QVo genere ſolitus ſit philoſophus Socrates exercere patientiam corporis: deq; eiuſdem uiri patientia. Cap. I. Inter.

Q uæ ratio obſeruatio q; officioꝝ eſſe debeat inter patres filioſq; in diſcũ.

in diſcumbendoque ſedendoque: atque id genus rebus do mi foriſque.
Caput II Ad Philoſophum

Qua ratione uerbis quibuſdam uocabuliſque ueteres immiſerunt.h.litteræ ſpiritum. Cap. III. .H.litteram

Quā ob cauſā.C.Baſſus genus quoddā iudicii diuinationē appellari ſcripſit: & quam alii cauſam eſſe eius uocabuli dixerunt. Cap. IIII. Quū de

Quam lepide deſignateq; dixerit phauorinus philoſophus:quid interſit iter platonis & Lyſiæ orationem. Cap. V. Phauorinus

Quibus uerbis ignauiter & abiecte uirgilius uſus eſſe dicatur:& quid iis qui improbe dicunt reſpondeatur. Caput. VI. Nonnulli

De officio erga parētes liberoꝝ:deq; ea re ex phiæ libris.in quibus ſcriptū quæſitū eſt:an ſemp in oībus patris iuſſis obſequēdæ ſit. Cap. VII Queri

Quod parum æqua reprehenſio epicuria a plutarcho peracta ſit ſyllogiſmi diſciplina. Cap. VIII. plutarchus

Quod idem plutarchus euidenti calumnia uerbum ab epicuro dictum īſectatus ſit. Cap. IX. In eodem libro

Quid ſint fauiſſæ capitolinæ.& quid ſuper eo uerbo.M.Varro Seruio Sulpitio quærenti reſcripſerit. Cap. X. Seruius Sulpitius

De Sicinio dētato egregio bellatoꝛ memoratu digna. Cap. XI. .L.Siciniū

Conſiderata perpenſaque lex quædam Solonis ſpeciem habens priorem iniquæ:iniuſtæque legis ſed ad uſum & emolumentum ſalubritatis penitus repertam. Cap. XII. In legibus Solonis

Liberos in multitudinis numero etiam unum filium filiamue ueteres dixiſſe.
Caput. XIII. Antiqui oratores

Quod.M.Cato in libro qui inſcriptus eſt contra Tyberium exulem ſtitiſſes uadimonium per /i/ litteram dicit:non ſtetiſſes. Eiuſque uerbi ratio reddita. Cap. XIIII. In libro uetere

Quod antiquitus ætati ſenectæ potiſſimū habiti ſint ampli honores: & cur poſtea ad maritos & patres iidem iſti honores delati ſint:atq; ibi quædam de capite legis iuliæ ſeptimo. Cap. XV. Apud

Quod Ceſellius uindex a Sulpitio Apollinari reprehēſus eſt:in ſenſus Virgiliani enarratione. Cap. XVI. Virgilii uerſus

Cuiuſmodi naturam eſſe quarundam præpoſitionum Marcus Cicero animaduertit:diſceptatumque ibi ſuper eo ipſo quod.C.Obſeruauerat.
Caput XVII. Obſeruare curioſeque

Quod phedon ſocraticus ſeruus fuit. quodq; item alii cōpluſculi ſeruitutem ſeruirent. Cap. XVIII. Phedon elidenſis

Reſcire uerbum quid ſit:& quam habeat ueram & propriam ſignificationem
Cap. XIX. Verbum reſcire

Quæ uulgo dicantur uiuaria.id uocabulum ueteres dixiſſe:& quid pro eo.P.Scipio in oratione ad populum: quid poſtea.M.Varro in libris de re ruſtica dixerit uſurpatum. Caput .XX. Viuaria quæ nunc

Super eo ſedere quod græci ἁμαξαν: nos ſeptētriones uocamus: ac de utriuſq; uocabuli ratione & origine. Cap. XXI. Ab ægina

De uento iapige deq; aliorum uentorum uocabulis regionibuſque accepta a Phauorini ſermonibus. Cap. XXII. Apud menſam

Conſultatio diiudicatioque locorum facta ex comœdia Menandri & cæcilii: quæ plocium inſcipta eſt. Cap. XXIII. Comœdias lectita.

De uetere parſimonia: deque antiquis legibus ſumptuariis.
Caput XXIIII. Parſimonia apud ueteres

Quid Græci ἀνωμαλίαν uocant: quod contra ἀναλογίαν.
Caput XXV In latino ſermone

Sermones. M. Frontonis & phauorini philoſophi de generibus colorum: uocabuliſque eorum græcis & latinis: atque inibi color ſpadix & cuiuſmodi ſit. Caput. XXVI. Phauorinus philoſophus

Quid. T. Caſtritius exiſtimauerit ſuper Saluſtii uerbis & Demoſthenis: quibus alter philippum deſcripſit: alter ſertorium.
Caput XXVII. Verba hæc

Non eſſe compertum cui deo rem diuinam fieri oporteat quum terra mouetur uiribus. Cap. XXVIII. Quænam eſſe cauſa

Apologus æſopi phrygis memoratu non inutilis.
Caput. XXIX. Aeſopus ille e phrygia

Quid obſeruatum ſit in undarum motibus: quæ in mari alio: atq; alio modo fiunt auſtris flantibus: aquilonibuſq;. Cap. XXX. Hoc ſæpe

CAPITVLA TERTII LIBRI.

QVæſitum: ac tractatum quam ob cauſam Saluſtius auaritiam dixerit non animum modo uilem: ſed corpus quoq; ipſum effœminare. Caput I. Hyeme iam

Quemnam eſſe natalem diem. Marcus Varro dicat eorum qui ante noctis horam ſextam: poſtue eam nati ſunt: atque inibi de temporibus terminiſque dierum: qui ciuiles nominantur: & uſq;quaque gentium uariæ obſeruantur: & præterea quid. M. Mutius ſcripſerit ſuper ea muliere: quam maritus non iure uſurpauiſſet. ꝙ rationem ciuilis anni non habuerit. Cap. II Quæri ſolitum eſt

De noſcendis explorandiſq; plauti comœdiis quoniam promiſcue ueræ atq; falſæ nomine eius inſcriptæ feruntur. Atq; inibi ꝙ plautus in piſtrino: & neuius in carcere fabulas ſcriptitarunt. Cap. III Verum eſſe

Quod. P. Africano & aliis tunc uiris nobilibus ante ætatem ſenectam barbam & genas radere patrii moris fuit. Cap. IIII In libris

De litterarum uitium & mollities oculorum & corporis ab Archeſilao philoſopho cuidam obprobrat a acerbe ſimul & feſtiuiter.
Caput V. Plutarchus refert:

TABVLA

De ui atque natura palmæ arboris: quod lignum ex ea ponderibus impoſitis renitatur. Caput. VI. Perhercle rem mirandam

Hiſtoria ex annalibus ſumpta de.Q.Ceditio tribu.militum: uerba ex originibus.M.Catonis appoſita: quibus ceditii uirtutẽ cum Spartano leonida equiparat. Caput .VII. Pulchrum dii.

Litteræ eximiæ conſulum.C.Fabritii & Aemilii ad regem Pyrrhum a Quinto Claudio ſcriptore hiſtoriarum in memoriam datæ.

Caput VIII. Quum pyrrhus Rex

Quis & cuiuſmodi fuerit qui in prouerbio fertur equus ſeianus: & qualis color equorum ſit qui ſpadices uacantur: deque iſtius uocabuli ratione.

Cap. IX. C. Baſſus in cõmentariis

Quod eſt quædam ſeptenarii numeri uis: & facultas in multis naturæ rebus animaduerſa. de qua Marcus Varro in hebdomadibus diſſerit copioſe.

Caput X. Marcus Varro in primo

Quibus & quam friuolis argumentis Actius in Didaſcalicis utatur: quibus docere nititur Heſiodum eſſe quam Homerum natu antiquiorem.

Caput XI. Super ætate Homeri

Largum atque auidum bibendi a Publio Nigidio doctiſſimo uiro nouo & propemodum abſurdo uocabulo biboſum doctum.

Caput. XII. Bibendi auidum.

Quod demoſthenes etiam tum adoleſcẽs: quum Platonis philoſophi diſcipulus foret audito forte caliſtrato rhetore in concĩoe populi deſtitit a Platone: & ſectatus eſt caliſtratum. Cap. XIII. Hermippus

Dimidium librum legi: aut dimidiam fabulam audiui: aliaqꝫ huiuſcemodi qui dicat uitioſe dicere eiuſqꝫ uitii cauſas reddeř.M.Var.nec queqꝫ ueterum hiſce uerbis ita uſum eſſe. Cap. XIIII. Dimidium librum legi

Extare in litteris: perqꝫ hominum memorias tradi: ꝙ repente multis mortem attulit gaudium ingens inſperatum interclu ſa anima. & uim magni nouiqꝫ motus non ſuſtinente. Cap. XV. Cognito repente

Temporis uarietas in puerperiis mulieꝝ quænam ſit a medicis & philoſophis tradita: atqꝫ ibi poetarum quoqꝫ ueterum ſuper eadem re opiniones: Multaqꝫ alia auditu atqꝫ memoratu digna. uerbaque ipſa Hippocratis medici ex libro illius ſumpta: qui inſcriptus eſt περὶ τοφῆς: ideſt de alimento: Id quoque eſſe a grauiſſimis uiris memoriæ mandatum.

Caput. XVI Et medici & philoſophi

Quod tres libros Plato philolai pythagorici. & Ariſtoteles pauculos Speuſippi philoſophi mercati ſunt preciis fidem non capientibus.

Caput .XVII. Memoriæ mandatum

Quid ſint pedarii ſenatores. & quam ob cauſam ita appellati: quãqꝫ habeant originem uerba hæc ex edicto tranſlatitio conſulum. Senatores quibuſqꝫ in ſenatu ſententiam dicere licet. Caput .XVIII. Non pauci ſunt

Qua ratiõe.C.Baſſus ſcripſerit pracum hominem appellatum: & quam eius

uocabuli cauſam putarit: & contra quem in modum: quibuſque uerbis pha
uorinus hanc traditionem eius eluſerit. Caput XIX Apud cœnā

CAPITVLA QVARTI LIBRI.

SErmo quidam Phauorini philoſophi cum grammatico iactantio-
re factus in Socraticum modum: atque ibi inter ſermonem di-
ctum quibus uerbis pœnus a. Q. Scæuola definita ſit: quodq;
eadē diffinitio culpata: reprehenſaque ſit. Cap. I In ueſti.
Quid differant: & quam uim habeant uocabula iſta in edicto ædilium: & an
eunuchus & ſteriles mulieres redhiberi poſſint diuerſæque ſuper ea re ſen-
tentiæ. Caput II In edicto
Quod nullæ fuerint rei uxoriæ actiones in urbe Roma ante carbilianū diuor-
tium: atque inibi quid ſit pellex. Caput III Memoriæ traditum eſt.
Quid Seruius Sulpitius in libro qui eſt de dotibus: ſcripſerit de iure atq; mo-
re ueterum ſponſaliorum. Caput IIII Sponſalia in ea.
Hiſtoria narrata de perfidia aruſpicum etruſcorum: quodq; ob eam rem uer-
ſus hic a pueris Romæ urbe tota cantatus eſt. Malum conſilium conſultori
peſſimum. Caput V Statua Romæ.
Verba ueteris ſenatuſconſulti iſta: quod decretum eſt hoſtia maioribus expi-
ando: q; in ſacrariū haſtæ martiæ mouiſſent. Atque ibi enarratum quid ſint
hoſtiæ ſuccidaneæ. quid item tempora præcidanea: & quid Capito Atteius
ſerias quaſdam præcidaneas appellauit. Caput VI Vt terram.
De epiſtola Valerii Probi grammatici ad Marcellum ſcripta: ſuper accētu no
minum quorundam punicorum. Caput VII Valerius
Quid. C. Fabritius de Cornelio Ruffino homine auaro dixerit: quem quum
odiſſet inimicuſque eſſet: deſignandum eum conſulem curauit.
Caput VIII Fabritius Lucinus
Quid ſignificat proprie religioſus: & in quæ diuerticula ſignificatio iſtius uo
cabuli flexa ſit: & uerba Nigidii figuli & commentariis eius ſuper ea re ſum
pta. Caput IX Nigidius Figulus.
Quid obſeruatum de ordine rogandarum ſententiarum: iurgiorum quoque
in ſenatu. C. Cæſaris conſulis: & Marci Catonis diem dicendo eximentis.
Caput X Ante legem quæ nunc
Quæ qualiaque ſint quæ Ariſtoxenus quaſi magis cōperta de Pythagora me-
moriæ commendauit. & quæ Plutarchus in eundem modum de eodem Py-
thagora ſcripſerit. Caput XI Opinio uetus falſa
Note & animaduerſiones cenſoriæ in ueteribus monumentis repertæ memo-
riæ dignæ. Caput XII Siquis agrum ſuum
Quod incentiones quædam tibiarum certo modo factæ iſchiacis mederi poſ-
ſunt. Caput XIII Creditum hoc a pleriſque
Narrat' hiſtoria de Hoſtilio mancino ædili: & manulia meretrice: uerbaq; de-

creti

creti tribunoꝝ:ad quos a manulia.procatũ eſt. Cap. XIIII. Quũ libꝝ
Defenſa a culpa ſententia ex hiſtoria Saluſtii:quuam inimici antea cum inſe-
ctatione maligne reprehenderunt. Cap. XV. Elegantia
De uocabulis quibuſdam a Varrone & Nigidio contra quotidiani ſermonis
conſuetudinem declinatis:atq; inibi id genus quædam cum exemplis uete-
rum relata. Cap. XVI. Varronem
De natura quarundam particularum quæ præpoſitæ uerbis intẽdi:atque pro-
duci barbare atque inſcite uidentur:exemplis rationibuſque pluſculis diſce
ptatum. Cap. XVII. Lucilii
De africano ſuperiore ſumpta quædam ex annalibus memoratu digniſſi-
ma. Cap. XVIII. Scipio africanus antiquior
Quid.M.Varro in longa hiſtoria ſcripſerit de moderando uictu puerorum
impuberum. Cap. XIX. Pueros impuberes
Notati a cenſoribus: qui audientibus iis dixerant ioca quædam intempeſtiui-
ter.ac de eius quoq; nota deliberatum:qui ſteterat forte apud eos oſcitabun
dus. Cap. XX. Inter cenſorias

CAPITVLA QVINTI LIBRI

QVod Muſonius philoſophus reprehendit improbauitq; laudari
philoſophum diſſerentem a uociferantibus:& in laudando ge-
ſtientibus. Cap. I. Muſonium philoſophum
Super equo Alexandri regis qui Bucephalas appellatus eſt.
Cap. II. Equus Alexandri
Quæ cauſa:quodq; initium fuiſſe dicatur. Protagoræ ad philoſophiæ litteras
adeundi. Cap. III. Protagoram uirum
De uerbo duo & uigeſimo:quod uulgo incognitum eſt a uiris doctis multifa-
riam in libris ſcriptum eſt. Cap. IIII. Apud ſigillaria
Cuiuſmodi ioco cauillatus ſit antiochũ regẽ pœnus annibal. Cap. V. In libris
De corõis militaribus:quæ ſit earum triumphalis: quæ obſidionalis: quæ ci-
uica quæ muralis:quæ caſtrenſis:quq; naualis:quæ oualis:quæ oleagina.
Cap. VI. Militares coronæ
Perſone uocabulum quam lepide ĩterpretatus:quãq; eſſe uocis eius originem
dixerit.C.Baſſus. Cap. VII. Lepide mehercle
Defenſus error a Virgilii uerſibus:quos arguerat Iulius Higinus grammati-
cus. Et ibidẽ quid ſit lituus:& ætymologia uocis eius. Cap. VIII. Ipſe
Hiſtoria de Crœſi filio ſumpta ex Herodoti libris. Cap. IX. Filius
De argumentis quæ græce ἀντιστρέφον appellantur:a nobis reciproca dici poſ-
ſint. Cap. X. Inter uitia
Biantis de re uxoria ſyllogiſmum non poſſe uideri ἀντιστρέφοντα ideſt recipro-
cum. Caput. XI. Exiſtimauit quidam
De nõibus deoꝝ Po.Romani Diiouis & Veiiouis. Ca. XII. In antiqs

De ciuilia cognitiõe
hominū et leonum

De officiorum gradu atque ordine moribus Popul: Romani obſeruatio.
Caput. XIII. Seniorum hominum
Q d'Apion doctus hõ: qui polyſthior appellatus eſt uidiſſe ſe Romæ ſcripſit recognitionẽ ĩter ſe mutuã ex uetere amicicia hoĩs & leõis. Ca. XIIII. Apion
Corpus ne ſit uox an ασομχτον. ideſt incorporeum uarias eſſe philoſophorum ſententias. Caput. .XV. Vetus atque perpetua
De ui oculorũ: atq; uidẽdi rationibus. Cap. XVI De uidendi rõne
Q uam ob cauſam dies primi poſt calendas nonas: idus: atri habeantur: & cur diem quoq; quartum ante calendas: uel nonas: uel idus: quaſi religioſũ pleriq; uitant. Caput. XVII. Verius flaccus
In quo & quantũ differat hiſtoria ab annalibus. Superq; ea re uerba poſita ex libro rerũ geſtarum Sẽpronii aſellionis primo. Cap. XVIII. Hiſtoriã
Q uid ſit adoptatio: quid item arrogatio: quantumque hæc inter ſe differant uerbaque eius: quæ qualia quæ ſint: qui in libris arrogandis ſuper ea re populum rogat. Caput. XIX. Q uum
Q uod uocabulum latinum ſolœciſmo fecerit capito aſinius: quid autem ipſum appellauerit ueteres latini: quibuſq; uerbis ſolœciſmum definierit idem Aſi. Cap. XX. Solœciſmus
Pluria qui dicat & compluria & compluries non barbare dicere ſed latine. Caput XXI. Pluria forte

CAPITVLA SEXTI LIBRI.

Q Vemadmodum reſpõderit Chryſippus aduerſus eos: qui prouidentiam conſiſtere negauerunt. Cap. I. Homines
Q uo itidem modo: & uim neceſſitatemq; fati conſtituerit: & eẽ tamen in nobis conſilii iudiciique noſtri arbitrium confirmarit Chryſippus. Cap. II. Fatum quod græci
Hiſtoria ſumpta ex libris Tuberonis de ſerpente inuſitate longitudinis Caput. III. Tubero in hiſtoriis
Q uid idem Tubero nouæ hiſtoriæ de attilio regulo a carthaginenſibus capto memoriæ mandauerit: quid etiam Tuditanus ſuper eodem Regulo ſcripſerit. Cap. IIII. Q uod ſatis celebre eſt
Q d Alphe. iuriſcõ. in uerbis ueteribus ĩterpretãdis errauerit. Ca. V. Alphenꝰ
Temere inepteque reprehenſum eſſe a Iu. Higio Virgilium ꝙ præpetes dædali dixerit. atque ibi quid ſint aues præpetes & quid illæ ſint aues quas Nigi. inferas appellauit. Cap. VI Dædalus ut fama eſt
De acca Larentia: & caia Tarratia: deque origine ſacerdotii fratrum arualium. Caput. VII. Accæ larentiæ
De alexandro: & de. P. Scipione memoratu digna. Cap. VIII. αωωιανος
Locus exemptus ex annalibus. L. Piſonis hiſtoriæ & orationis lepidiſſimæ. Caput. IX. Q uod res uidebatur

Hiſtoria ſuper Euclide ſocratico cuius exemplo Taurus philoſophus adhor-
tari adoleſcentis ſuos ſolitus eſt ad philoſophiam ſectandam.
Caput. X. Philoſophus Taurus
Verba ex oratione Q uinti Metelli Numidici: quæ libuit meminiſſe ad officiū
grauitatis dignitatiſque uitæ ducentia. Cap. XI. Cum inquinatiſſimis
Q uod neque teſtamentum ſicuti Seruius Sulpitius exiſtimauerit. neque ſacel
lum ſicuti. C. Trebatius duplicia uerba ſunt. Sed a teſtatione alterum pro-
ductum: alterum a ſacro diminutum. Cap. XII. Seruius Sulpitius
De quæſtiuncula apud taurum philoſophum in cōuiuio agitatis: quæ ſympo
ſicæ uocantur. Caput. XIII. Factitatum hoc
Puniendis peccatis tris eſſe rationes a philoſophis attributas. & quamobrem
Plato duarum ex his meminerit. Cap. XIIII. Puniendis
De uerbo quieſco an e littera corripi an produci debeat.
Caput. XV. Amicus noſter homo
Notum uerbum deprecor poeta Catullo inuſitate quidem: ſed apte poſitum:
& proprie: deque ratione eius uerbi: exemplíſque ueterum ſcriptorum.
Caput. XVI. Q uum litio forte
Q uis omnium primus libros publice præbuerit legendos: quantuſque nume
rus fuerit athenis ante clades perſicas librorū in bibliothecis publicorum.
Caput .XVII. Libros athenis diſciplinarum

CAPITVLA SEPTIMI LIBRI.

ADmiranda quædam ex Annalibus ſumpta de .P. Africano ſupe-
riore. Caput .I. Q uod de olympiade
De Ceſellii uindicis pudēdo errore: quē offendimus in libris eius
quos inſcripſit lectionum antiquarum. Cap. .II. Turbe
Q uid Tullius Tyro Ciceronis libertus reprehenderit in .M. Catonis oratio-
ne: quam rhodienſibus in ſenatu dixit: & quid ad ea quæ reprehenderat reſ-
ponderimus. Caput III Ciuitas rhodienſis
Cuiuſmodi ſeruos: & quā ob cauſam C. ælius Sabinus iuris ciuilis auctor pile
atos uenundari ſolitos ſcripſerit: & mancipia ſub corona more maiorum ue
nerint: atq; idipſum ſub corona quid ſit. Caput. IIII. Pileatos ſeruos
Hiſtoria de polo hiſtrione memoratu digna. Cap. V. Hiſtrio
Q uid de quorundam ſenſum naturali defectione Ariſtoteles ſcripſerit.
Caput .VI. Ex quinque his ſenſibus
An affatim quaſi admodum prima acuta pronunciandum ſit: & quædam iti-
dem non incurioſe tractata ſuper aliarum uocum accentibus.
Caput. VII. Annianus poeta
Res ſupra fidem habita ſuper amatore Delphino & puero amato.
Caput. VIII. Delphinos uene.

Popoſci:memordi:pep ugi:ſpepondi: & occecuri pleroſque ueterum dixiſſe: non uti poſtea recep tum eſt dicere:per o aut per per u litteram in prima ſyl laba poſitam:ſed per e atq; adeo græce rationis exemplo dixiſſe: præterea notatum:ꝙ uiri non indocti neque ignobiles:a uerbo deſcendo non deſcen di:ſed diſcendidi dixrunt. Cap. IX Popoſci momordi pupugi

V ſucapio & copulate & recto uocabuli caſu dicitur:ita pignoriſcapio coniun cte:& eadem uocabuli forma dictũ eſt. Cap. X. Et hæc uſucapio

Neq; leuitatem neq; nequitiam ea ſignificatione eſſe.qua in uulgi ſerm onibus dicuntur. Cap. XI. Leuitaté ꝗ plerũq;

De tunicis χειριδώτοις:ideſt manicatis: ꝙ earum uſum.P.Africanus Sulp.Gal lo obiecit. Caput .XII. Tunicis uti uirum

Q uem claſſicum dicat.M.Cato:quem infra claſſem. Cap. XIII Claſſici

De tribus dicendi generibus:ac de tribus philoſophis: qui ab athenienſibus ad ſenatum Romam legati miſſi ſunt. Caput. XIIII Et in carmine

Q uem ſeuere moribus maiorum in furis uindicatum:& quid ſcripſerit Muti us Scæuola ſuper eo quod ſeruatum datum commodatum ue eſſet. Caput XV. Labeo in libro

Locus exſcriptus e ſatyra.M.Varronis quæ περὶ ἐδεσματων:ideſt de eduliis in ſcripta eſt:de peregrinis ſcilicet ciborum generibus & appoſiti uerſus euri pidis quibus delicatorum hominum luxuriantem gulam confutauit. Caput. XVI. Varro in ſatyra

Sermo habitus cum grammatico inſolentiarum:& imperitiarum pleno: de ſi gnificatione uocabuli:quod eſt obnoxius: deque eius uocis origine. Caput .XVII. Percunctabar Romæ

De obſer uata cuſtoditaque apud Romanos iuſiurandum ſanctimonia: atque inibi de decem captiuis:quos Annibal Romam deiurio ab iis accepto lega uit. Caput .XVIII Iuſiurandum apud Romanos

Hiſtoria ex annalibus de Tiberio Sempronio graccho ſumpta parte graccho rum Tribu.ple.atque inibi Trib.ple.decreta cum ipſis uerbis relata. Caput. XIX Pulchrum atq; liberale

Q uod Virgilius a nolanis:ob aquam ſibi non permiſſam:ſuſtulit e uerſu ſuo nola & poſuit ora:atque ibi de conſonantia litterarum iocunda. Caput .XX. Scriptum in quodam

Q uoad uiuet & quoad morietur: cur idipſum temporis ſignificent: quum ex duobus ſint facta contrariis. Caput .XXI. Q uoad uiuet

Q uod cenſores equum adimere ſoliti ſint equitibus corpulentis& præpingui bus quæſitũq; utrum ea res cum ignominia: an incolumi dignitate equitum facta ſit. Caput .XXII. Nimis pingui

CAPITVLA OCTAVI LIBRI.

Sequuntur capitula octaui libri quæ in aliis codicibus non reperiuntur.

A.Gellii Noctium atticarum liber Octauus hac ætate non reperitur. Sed ex uetuſtiſſimo exemplari hæc capita excerpta ſunt.

HEſterna noctu recte an cum uitio dicatur: & quænam ſuper iſtis uerbis grãmatica traditio ſit. Itemq; ꝙ decemuiri in.xii.tabulis nox pro noctu dixerunt. Caput I

Q uæ mihi.x.uerba dederit Phauorinus quæ uſurpentur quidem a græcis: ſed ſunt adulterina & barbara: quæ item ad me totidẽ accepit: quæ ex medio communiq; uſu latine loquentium minime latina ſunt: neq; in ueterum libris reperiantur. Caput II

Q uem in modũ & q̃ ſeuere increpuerit audientibus nobis peregrinus philoſophus adoleſcentem romanum ex equeſtri familia ſtantem ſegnem apud ſe & aſſidue oſcitantem. Cap. III

Q uod Herodotus ſcriptor hiſtoriæ memoratiſſimus paꝝ uere dixerit unã ſolamq; pinum arborum omnium cæſam: nunq̃ denuo ex hiſdem radicibus pullulare: & ꝙ item de aqua pluuiali & niue rem non ſatis exploratam pro comperta poſuerit. Caput. IIII

Q uid illđ ſit ꝙ Virg. cælũ ſtar̃ puluer̃: & qđ lucili⁹ pect⁹ ſentib⁹ ſtar̃ dixit. C.V

Q uũ poſt offẽſiunculas in gratiã redeat̃: expoſtulatiões fieri mutuas minime utile eſſe: ſupq; ea re & ſermo Tauri expoſitus: & uerba Theophraſti libro ſũpta & ꝙ.M.cicero de amor̃ amicitiæ ſenſerit cũ ipſi⁹ uerbi aditũ. Ca.VI.

Ex Ariſt. libro: q περὶ τῆς μνήμης iſcriptus ẽ cognita acceptaq; de natura mẽoriæ & habitu: atq; inibi de alia q̃dã exuberãtia aut iteritu ei⁹ lecta audita. C.VII.

Q uid mihi uſu uenerit interpretari & quaſi effingere uolenti iocos quoſdam Platonicos latina oratione. Cap. VIII.

Q uod Theophraſtus philoſophus omniũ ſuæ ætatis doctiſſimus uerba pauca ad populũ atheniẽſem facturus: deturbata uerecũdia obticuerit qđq; idẽ hoc Demoſtheni apud Philippum regem uerba facienti euenerit. Cap.IX.

Q ualis mihi fuerit in oppido eleuſino diſceptatio cum grammatico quodam præſtigioſo tempora uerboꝝ & puerilia meditamenta ignorante. Remotaꝝ autem quæſtionum nebulas & formidines capiendas imperatorum animis oſtentante feſtine tibi reſponderit Xantippe uxori Socrates petẽti ut per dionyſia largitione ſumptum cœnitaret. Cap. X.

Q uid ſignificet in ueterum libris ſcriptũ Pleriq; omnes: & ꝙ ea uerba accepta a græcis uidentur. Cap. XI.

Q vpſone ꝙ hoĩes afri dicunt non eſſe uerbum pœnicũ: ſed græcũ. Cap.XII.

Lepidiſſima altercatio phauorini philoſophi aduerſus quendam intempeſtiuum de ambiguitate uerborum diſſerentem: atq; inibi uerba quædam ex neuio poeta: & Cneo gallo non uſitate collocata: atq; ibidem a.P.Nigidio origines uocabulorum exploratæ. Cap. XIII.

Q uibus modis ignominatus tractatuſq; ſit a.C.Cæſare laberius poeta: & atq; inibi appoſiti uerſus ſuper eadem re eiuſdem laberii. Cap. XIIII.

CAPITVLA NONI LIBRI.

QVamobrem.Q .claudius quadrigarius in duodeuiceſimo annali ſcripſerit rectiores cercioreſq; ictus fieri: ſi ſurſum quid mittas. q̃ ſi deorſum. Cap. I. Q .Claudius
Q uibus uerbis notarit herodes atticus falſo quempiam cultu amictuq; nomen habitũq; philoſophiæ mentitum. Cap. II. Ad herodẽ.
Epiſtola Philipphi Regis ad Ariſtotelem philoſophum ſuper alexandro recens nato. Caput. III. Philippus.
De barbararum gẽtiũ prodigioſis miraculis: deq; diris & exitioſis faſcinationibus atq; inibi de fœminis repẽte uerſis ĩ mares. Cap. IIII Q uũ e græcia
De mõſtroſis hoibus
Diuerſæ nobilium philoſophorum ſententiæ: de genere ac natura uoluptatis: uerbaque herodis philoſophi quibus decreta epicuri inſectatus eſt. Caput. V De uoluptate
Verbum ab eo quod eſt ago frequentatiuũ in prima ſyllaba: quonam ſit modulo pronunciandum. Cap. VI. Ab eo
De conuerſione foliorum in arbore olea brumali: & ſolſtitiali die: deq; fidibus id temporis ictu alieno ſonantibus. Cap. VII. Vulgo & ſcriptũ
Neceſſarium eſt qui multa habeat: multis ĩdigere: deq; ea re phauorini philoſophi cum breuitate eleganti ſententia. Cap. VIII. Verum.
Q uis modus ſit uerba uertendi in græcas ſententias: deque his Homeri uerſibus quos Virgilius uertiſſe. aut bene apteque: aut improſpere exiſtimatus eſt. Cap. IX. Q uando
Q uod anneus cornutus uerſus uirgilii quibus ueneris & uulcani cõcubitũ pudice opteq; dixit. reprehẽſione inſulſa: & odioſa inquinauit. Cap. X. Anianus
De ualerio coruino: & unde coruini ſit cognomentũ. Cap. XI. De maximo
De uerbis quæ in utranque partem ſignificatione reciproca & aduerſa dicuntur. Cap. XII. Vt formidoloſus
Verba hæc ex hiſtoria claudii quadrigarii: quibus Manlii torquati nobilis adoleſcentis: & hoſtis Galli prouocatoris: pugnã depinxit. Cap. XIII. Manlius.
Q uod idem quadrigarius: huius facies: patrio caſu: probe & latine dixit: & quædam alia appoſita de ſimilium uocabulorum declinationibus. Cap. XIIII Q uod autem.
De genere controuerſiæ: quod græce ἄπορον: ideſt dubium & inexplicabile appellatur. Cap. XV. Cum antonio.
Q uod Plinium ſecundum hominem non indoctum fugerit latueritq; uitium argumẽti quod ἀντιστρέφον. i. reciprocũ græci dicũt. Cap. XVI. Plinius ſecũdus

CAPITVLA DECIMI LIBRI.

TErtium ne conſul. an tertio dici oporteat: & quonammodo Cn. Põpeius quum in theatro: quod erat dedicaturus honores ſuos inſcriberet queſtionẽ

beret queſtionem ancipitem iſtius uerbi: de conſilio Ciceronis uitauerit.
Caput .I. Familiari meo
Quid Ariſtoteles de numero puerperii memoriæ mandauerit.
Caput .II. Ariſtoteles philoſophus
Locorum quorundam illuſtrium collatio contentioq; facta ex orationibus. C. Gracchi: &. M. Catonis. Caput .III. Fortis & uehemens
Quod. P. Nigidius argutiſſime docuit nomina non poſitiua eſſe ſed naturalia. Caput .IIII. Nomina uerbaq; non
Auarus ſimplex ne uocabulum ſit an compoſitum & duplex: ſicut. P. Nigidio uidetur. Caput .V. Auarus non ſimplex
Mulctam dictam eſſe ab ædilibus. P. Appii cæci filiæ mulieri nobili: ꝙ locuta eſſet petulantius. Caput .VI. Non in facta modo
Fluminum quæ in ultra imperium Ro. fluunt: prima magnitudine eſſe nilum: ſecundum iſtrum proxima rhodanum: ſicut. M. Varronē memini ſcribere.
Caput .VII. Omnium fluminum
Inter ignominias militares: qb⁹ milites coercebāt̃ fuiſſe ſanguinis dimiſſionē: & quænā eſſe uideat̃ cā huiuſcemodi caſtigatiōis. Cap. VIII. Fuit hæc
Quibus modis quoq; habitu acies Romana inſtrui ſolita ſit: quæq; earum inſtructionū ſunt uocabula. Caput .IX. Vocabula ſunt
Quæ eius rei cauſa ſit: ꝙ & græci ueteres & Romani anulum in eo digito geſtauerunt qui eſt in manu ſiniſtra mimo ꝓximus. Cap. X. Veteres g.
Verbum mature quod ſignificat: quæq; eius uocis ratio ſit: & ꝙ eo uerbo uulgus hominum improprie utitur: atq; inibi quod præcox declinatum præcocis facit non præcoquis. Cap. XI. Mature nunc
De portentis fabularum: quæ Plinius ſecundus indigniſſime in Democritum confert philoſophum: & ibidem de ſimulacro uolucri columbæ.
Caput .XII. Librum eſſe Democriti
Quum partim hoīum qua ratione hoīes dixerint. Cap. XIII. Partim
Iniuria mihi factū itur: q̃li uerboꝝ ordīe Cato dixerit. Cap. XIIII. Audio
De flamīs dialis: deq; flamicæ Cærimoniis: uerba ex ædicto prætoris appoſita: quibus dicit non coacturum ſe ad iurandum: neque uirgines ueſtæ: neque diales. Caput .XV. Cærimoniæ
Quos errores Iulius Higinus in ſexto Virgilii animaduerterit in hiſtoria Romana erratos. Caput XVI. Reprehendit Higi.
Quam ob cauſam & quali modo Democritus philoſophus luminibus oculorum ſeſe priuauerit & ſuper ea re uerſus Laberii pure admodum & uetuſte facti. Caput .XVII. Artemiſia
Hiſtoria de artemiſia deque eo certamine: quod apud Mauſoli ſepulchrum a ſcriptoribus inclytis decertatum eſt. Cap. XVIII. Artemiſia
Non purgari: neque lauari peccatum: quum prætenditur peccatorum quæ alii quoq; peccauerunt ſimilitudo atque inibi uerba ex oratione ſub ea re Demoſthenis. Caput .XIX. Inceſſabat

Q uid ſit rogatio.quid lex:quid plebiſcitum:quid priuilegium & quãtum om nia iſta differant. Cap. XX. Q uæri audio

Q uam ob cauſam.M.Cicero his omnino uerbis nouiſſime:& nouiſſimus uti obſeruantiſſime uitarit. Cap. XXI. Non paucis

Locus exemptus ex Platõis libro:q inſcribitur Gorgias:de falſæ philoſophiæ probris.quibus philoſophos temere inçeſſuit:qui emolumenta ueræ philoſophiæ ignorant. Cap. XXII. Plato ueritatis

Verba ex oratione.M.Catonis de mulierum ueterum uictu:& moribus: atq; inibi:q fuerit ius marito:& in adulterio uxorem deprehenſam necare. Caput. XXIII. Q uid de uictu

Die priſtini:& die craſtini:& die q̃rti:& die qnti:qui elegantius locuti ſunt dixiſſe:nõ ut ea uulgo dicunt nunc. Cap. XXIIII. Die q̃rto & die

Telorum & iaculorum gladiorum uocabula atq; inibi nauium quoq; genera: quæ ſcripta in ueterum libris reperiunt. Cap. XXV. Telorum

Inſcite ab Aſinio Polione reprehẽſum Saluſtiũ:q trãſfretationẽ trãſgreſſum dixerit:& tranſgreſſos qui trãſfretaſſent. Ca. XXVI Aſinio pollioni

Hiſtoria de Populo Romano:deq; populo punico:q pari ppemodum uigore fecerint æmuli. Cap. XXVII. In libris ueteri

De ætatum finibus pueritiæ iuuente ſenectæ: ex Tuberonis hiſtoria ſumptum. Caput. XXVIII. Tubero in hiſtoriarum

Q uod particula atq; non complexiua tantum ſit:ſed uim habeat pluſculam uariamque. Caput. XXIX. Atque particula.

CAPITVLA VNDECIMI LIBRI

DE origine uocabuli terræ italiæ: deq; ea mulcta quæ ſuprema appellatur:deq; eius nominis ratione:ac de lege aterina: & quibus uerbis antiquitus mulcta minima dici ſolita ſit. Caput. I. Timæus in hiſtoriis

Q uod elegantia apud antiquiores : nõ de amœniore ingenio:ſed de nitidiore cultu atque uictu dicebat qd in uitio ponebat. Cap. II. Elegãs homo

Q ualis quantaque ſit pro particulæ uarietas:deque exemplis eius uarietatis. Caput. III. Q uando ab

Q uẽ in modũ.Q .Ennius uerſus Euripidis æmulatus ſit Ca. IIII Euripidis

De pyrronibus philoſophis quædam:deque academicis ſtrictim notata : deq; inter eos differentia. Cap. V Q uos pyrrhonios

Q uod mulieres Romæ per herculem non iurauerint:neque uiri per caſtorem. Caput VI. In ueteribus

Verbis antiqſſimis:relictiſq;:& deſitis minime utẽdũ. Cap. VII. Verbis

Q uid ſenſerit:dixeritque.M.Cato de albino:qui homo Romanus greca oratione res romanas:uenia ſibi ante eius linguæ imperitiæ petita compoſuit. Caput. VIII. Iuſte uenuſteque

Hiſtoria de legatis mileti & Demoſthene rethore in libris Critolai reperta.
Caput. IX. Critolaus
Q uod.C.Gracchus in oratione ſua:hiſtoriam infraſcriptam demadi rhetori: non Demoſtheni attribuit:uerbaque ipſius.C.Gracchi relata.
Caput. X. Q uod in capite
Verba.P.Nigidii:quibus differre dicit mentiri:& mendacium dicere.
Caput. XI. Verba ſum hac
Q uod Chriſippus philoſophus omne uerbum:ambiguum dubiumque eſſe dicit diodorus contra nullum uerbum ambiguum eſſe putat.
Caput. XII. Chryſippus
Q uid.T.Caſtritius:de uerbis deq; ſententia quedam.C.Gracchi exiſtimauerit ꝙq; eſſe eam ſine ullo ſenſus emolumēto docuerit: Cap.XIII. Apud
Sobria & pulcherrima romuli reſponſio circa uini uſum.
Caput. XIIII. Simpliciſſima ſuauitate
De ludibundo & errabundo: atq; id genus uerborum productionibus: & ꝙ Laberius ſic amorabundam dixit:ut dicitur ludibunda & errabunda:atque inibi ꝙ ſiſenna per huiuſcemodi uerborum noua figura uſus eſt.
Caput. XV. Laberius
Q uod græcorum quorundam uerborum difficilima eſt in latinam linguam mutatio:uelut quod græce dicitur μολυπραγμοσύνη.
Caput. XVI. Adiecimus ſæpe
Q uid ſignificat in ueteribus prætorum edictis:ꝙ flumina retanda publice redempta habent. Caput. XVII. Edicta ueterum
CHilo pſtabilis homo ſapientiæ: quonãuſq; debuerit contra legẽ: cõtraq; ius pro amico progredi: dubitauit. Eaq; res in fine quoq; uitæ ipſo: aïum eius anxit. Et alii deinceps multi phiæ ſectatores: ut in libris eorꝝ ſcriptum eſt: ſatis inquit ſcite: ſatiſque ſollicite quæſiuerũt: ut uerbis quæ ſcripta ſunt: ipſis utar: ειδει βοηθειν τω φιλω παρα το δικαιον. καὶ μεχρι ποσου καὶ ποια. i. nunqd oporteat cõtra iuſtitiã amico ſubuenire? & qua fini? & in cuiuſmodi? ea uerba ſignificãt: quæſiſſe eos: an nõnunq̃ contra ius: contraue morem faciẽdum pro amico ſit: & in qualibus & in quibus cauſis. & quẽnã aduſq; modum. Super hac quæſtione cum ab aliis ſicuti dixi: multis tum diligẽtiſſime a Theophraſto diſputatur: uiro in philoſophia peripatetica modeſtiſſimo doctiſſimoq;. Eaq; diſputatio ſcripta eſt: ſi recte meminimus: in libro eius de Amicicia primo. Eum librum. M. Cicero uidet legiſſe: quum ipſe quoq; librum de amicicia cõponeret. & cætera quidem quæ ſumenda a Theophraſto exiſtimauit: ut ingenium facundiaq; eius fuit: ſumpſit: & tranſpoſuit cõmodiſſime aptiſſimeq;. Hunc autẽ locum de quo ſatis quæſitum eſſe dixi: oïum rerum aliarum difficillimũ. ſtrictim: atq; curſim tranſgreſſus eſt. Neq; ea quæ a Theophraſto penſiculate atq; enucleate ſcripta ſunt: executus eſt. Sed anxietate illa & quaſi moroſitate diſputationis prætermiſſa. genus ipſum rei tantum paucis uerbis notauit. Ea uerba Ciceronis ſi recenſere quis uellet: appoſui. His igitur finibus utendum eſſe arbitror: ut quum emendati mores amicorum ſunt: tum ſit inter eos omniũ rerum: cõſilioꝝ: uoluntatum: ſine ulla exceptione cõmunitas. ut etiam ſiqua fortuna acciderit: ut minus iuſtæ uoluntates amicoꝝ adiuuandæ ſint: in quibus eoꝝ aut caput agatur: aut fama declinandum ſit de uia: modo ne ſumma turpitudo ſequatur. Eſt enim quatenus amiciciæ uenia dari poſſit. Q uũ agetur inquit aut caput amici: aut fama declinandum eſt de uia: ut etiam nõnunquam uoluntatem illius adiuuemus. Sed cuiuſmodi declinatio iſta eſſe debeat: qualiſq; ad adiuuandum digreſſio: & in quanta uoluntatis amici iniquitate non dicit. Q uid autem refert ſcire in huiuſmodi periculis amicoꝝ: ſi nõ magna me turpitudo inſecutura eſt: de uia recta eſſe declinandum? niſi id quoq; me docuerit: quam putet magnam turpitudinẽ? & cum deceſſero de

De Chilo lacedemonio

Verba Ciceronis

uia:quouſq; digredi debeam? Eſt enim inquit quatinus dari amiciciæ uenia
poſſit. Hoc imo ipm eſt: quod maxime diſcendũ eſt: quodq; ab iis/qui doce-
ant: minime dicit: quatinus quaq; fini dari amiciciæ uenia debeat. Chilo ille
ſapiens de quo pauloante dixi: cõſeruãdi amici cauſa: de uia declinauit. Sed
uideo quouſq; pgreſſus eſt. falſum enim pro amici ſalute conſilium dedit.
Id ipſum tñ in fine quoq; uitæ: an iure poſſit repræhẽdi: culpariq; dubitauit.
Contra patriã inquit Cicero arma pro amico ſumẽda non ſunt. hoc profecto
nemo ignorauit. & priuſq̃ Theognis. ut Lucilius ait/naſceret. Sed id quæ-
ro: id deſidero: quum pro amico cõtra ius: & cõtra quã licet. ſalua tñ libertate
atq; pace/faciẽdum eſt. & quũ de uia/ſicut ipſe ait/declinãdum eſt. qd & quã
tum: & in quali cã: & quonãuſq; id fieri debeat? Pericles ille atheniẽſis egre-
gius uir ingenio: boniſq; oĩbus diſciplinis ornatus: in una quidẽ ſpecie: ſed
planius tñ. quid exiſtimaret profeſſus eſt. Nã quum amicus eum rogaret: ut
pro re & cauſaq; eius falſũ deieraret: his ad eũ uerbis uſus eſt: δεῖ μὲ συμπράττειν
τοῖς φίλοις ἀλλὰ μέχρι θεῶν. i. opus ẽ me amicis cõmodar: ſed uſq; ad aras. The
ophraſtus in eo/quem dixi libro. inqſitius quidẽ ſup hac re ipſa & exactius:
preſſiuſq; q̃ Cicero dixerit. Sed is quoq; in docendo: non de unoquoq; facto
ſingulatim exiſtimat. neq; certis exemplorum documẽtis: ſed generibus rerum
ſummatim uniuerſimq; utit/ad hunc ferme modum. Parua inquit & tenu
is uel turpitudo uel infamia ſubeũda eſt: ſi ea re magna utilitas amico quæri
põt. Rependit quippe: & cõpenſat leue dãnum deliberatæ honeſtatis maio
re alia: grauioreq; in adiuuãdo amico honeſtate. Minimaq; illa labes: & qua-
ſi laſciuia famæ iminentis: partarum amico utilitatum rõne ſolidat. Neq; no
minibus inquit moueri nos oportet: q paria genere ipſo non ſunt: honeſtas
meæ famæ & rei amici utilitas. Ponderibus hæc enim poteſtatibuſq; præſen
tibus: non uocabulorum appellationibus: neq; dignitatibus generum diiudicã-
da ſunt. Nã cum in rebus aut paribus: aut nõ longe ſecus: utilitas noſtra con
ſiſtit. honeſtas proculdubio præpõderat. Cum uero amici utilitas nimio eſt
amplior: honeſtatis autem noſtræ in re nõ graui leuis iactura eſt: tunc quod
utile amico eſt: id primũ illo: quod honeſtum nobis eſt: fit plenius. ſicuti eſt
magnũ pondus eris: parua lamina auri fit precioſius. Verba adeo ipſa Theo
phraſti ſuper ea re adſcripſi. οὐκ εἴ τι που τούτου τῷ γένει τιμιώτερον ἤδη. καὶ ὅτι οὖν
μέρος τούτου. πρὸς τὸ τηλίκον δὲ θάτερον συγκρινόμενον αἱρετὸν ἔσαι. λέγω δὲ οἷον καὶ χρυ-
σίον τιμιώτερον χαλκοῦ. καὶ τηλίκον δὲ τοῦ χρυσοῦ. τῷ τηλίκῳ δὲ χαλκοῦ μέγεθος ἀντι-
παραβαλλόμενον. πλέον δόξει. ἀλλὰ ποιήσει τι καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὸ μέγε-
θος. ideſt non ſiquid ſuo genere alio eſt nobilius: continuo quæuis quoq; pars
eius: partis cuiuſlibet alterius: quo cum cõparatur: collatione eligenda ſit po-
tius. uerbi gratia hoc modo. ut & nobilius ære aurum ſit: & auri pars quæ-
libet portionis cuiuſlibet æris comparatione: ſit pluris. uerum non nihil diſ-
criminis: cum numerus: tum uero magnitudo efficiet. Phauorinus quoq;
philoſophus huiuſcemodi indulgentiam gratiæ tempeſtiuius: laxato paulũ:
permiſſoq; ſubtili iuſtitiæ examine: his definiuit. ἡ καλουμένη χάρις παρὰ τοῖς
ἀνθρώποις

ἀντρώποις τοῦτο ἐςὶν ὕφεσις ἀκριβείας ἐνδέοντι. ideſt: quæ gratia apud homines uocatur: hoc quidem eſt: iuris diligentioris loco & tempore imminutio. Poſt deinde idem Theophraſtus ad hanc ferme ſententiam diſſeruit. Has tamen inquit paruitates rerum: & magnitudines: atque has omnis officiorum æſtimationes: alia nonnunquã momenta extrinſecus: atque alia quaſi appendices perſonarum: & cauſarum: & tẽporum: & circunſtantiæ ipſius neceſſitates: quas includere præcepta difficile eſt: moderantur: & regunt: & quaſi gubernant. & nunc ratas efficiunt: nunc irrita. Hæc talia quæ Theophraſtus ſatis caute & ſollicite: & religioſe: cauſa diſcernendi magis diſputandiq; diligentia: q̃ cum decernendi ſententia fiduciaque diſſeruit: quoniam profecto cauſas ſcientiæ: corporum uarietates: diſertationumq; & differentiarum ignorantes: directum atque perpetuum: diſtinctumq; in rebus ſingulis præceptum: quod ego nos in prima tractatus iſtius parte deſiderare dixeram: non capiunt. Eius autem Chilonis a quo diſputatiunculæ huius initium fecimus: quum alia quædam ſunt cognitu utilia: atq; prudẽtia: tum id maxime exploratæ utilitatis eſt: ꝙ duas ferociſſimas affectiones amoris atque odii intra modum tantum coercuit. Hac inquit fini ames/tanq̃ forte fortuna oſurus. hac itidem tenus oderis/tanq̃ fortaſſe poſt amaturus. Super hoc eodẽ Chilone Plutarchus philoſophus in libro περὶ ψυχῆς. ideſt de anima primo uerbis ita ſcripſit. χείλων ὁ παλαιὸς ἀκούσας τινὸς λέγοντος, μηδένα ἔχειν ἐχθρὸν, ἠρώτησεν εἰ καὶ μηδένα φίλον ἔχει νομίζων ἐξ ἀνάγκης ἐπακολουθεῖν καὶ συνεπάγεσθαι φιλίας καὶ ἀπεχθείας. i. Chilo ſenior: quũ quẽpiã dicẽtẽ audiſſet/nullũ ſe inimicũ hr̃e/an nullum etiã amicũ hr̃et/interrogauit. amicitias inimicitiaſq; inuicem conſequi & adduci neceſſe eſſe arbitratus.

Disputacula

Quam tenuiter curioſeque explorauerit Antonius Iulianus in oratione Marci Tulli uerbi ab eo mutati argutiam. Caput quartum.

ANtonius Iulianus rhetor perq̃ fuit honeſti: atq; amœni ingenii. Doctrina quoq; iſta utiliore ac delectabili: ueterumq; elegantiarum cura: & memoria multa fuit. Ad hæc ſcripta omnia antiquiora tam curioſe ſpectabat: aut uirtutes pẽſitabat: aut uitia rimabatur: ut iudicium factum eſſe ad amuſſim diceres. Is Iulianus ſup eo enthimemathe: quod eſt in oratione. M. Tullii/quã pro Cn. Planco dixit: ita æſtimauit. Sed uerba prius: de quibus iudicium ab eo factum eſt: ipſa ponam. Quanq̃ diſſimilis pecuniæ debitio & gratiæ. Nam qui pecuniam diſſoluit: ſtatim non habet id/quod reddidit. Qui autem debet/æs retinet alienũ. Gratiam autem & qui refert/habet. & qui habet/in eo ipſo quod habet/refert. Neque ego nunc Planco deſinam debere/ſi hoc ſoluero. Nec minus ei rederem uoluntate ipſa/ſi hoc moleſtiæ non accidiſſet. Criſpum ſane inquit agmen orationis/rotundumq;/ac modulo ipſo numerorum uenuſtum. ſed quod cum uenia legẽdũ ſit: uerbi paulum ideo ĩmutati: ut ſentẽtiæ fides ſalua eſſet. Nãq; debitio gratiæ & pecuniæ collata: uerbũ utrobiq; ſeruare poſſet. Ita enim recte oppoſita ĩter ſeſe gratiæ: pecũiæq; debitio uidebitur ſi &

Amussim

Modulo

pecunia quidem deberi dicatur:& gratia. Sed qd eueniat in pecunia debita ſoluta ue:quid contra in gratia debita reddita ue:debitiōis uerbo utriq; ſeruato diſſeratur. Cicero autem inquit quum gratiæ pecuniæq; debitiōem diſſimilem eſſe dixiſſet:eiuſque ſentētiæ rationem redderet:uerbum debet in pecunia ponit:in gratia habet ſubiicit:pro debet. Ita enim dicit. Gratiam au tē & qui refert:habet: & qui habet:in eo ipſo quod habet:refert. Sed id uerbū habet:cū ꝓpoſita cōparatione non ſatis conuenit. Debitio enim gratiæ non habitio cū pecunia confertur. Atq; ideo conſequens quidem fuerat ſic dicere.& q debet ī eo ipō quod debet:refert.quod abſurdū & nimis coactū foret:ſi nondum redditam gratiam:eo ipſo redditam diceret:quia debetur. īmutauit ergo inquit:& ſubdit uerbū ei uerbo:quod omiſerat:finitimū:ut uideatur & ſenſum debitiōis collatæ non reliquiſſe/& cōcinnitatem ſententiæ retinuiſſe. Ad hunc modum Iulianus enodabat:diiudicabatq; ueterū ſcriptorū ſententias:quas apud eū adoleſcentes lectitabant.

Q uod Demoſthenes rhetor cultu corporis atq; ueſtitu ꝓbris obnoxio: infamiq; mūditia fuit. Q uodq; item Hortenſius orator ob eiuſmodi munditias: geſtumque in agendo hiſtrionicum Dionyſiæ ſaltatriculæ cognomento compellatus eſt. Caput quintum.

Demoſthenis cultus

DEmoſthenem tradunt:& ueſtitu cæteroq; cultu corporis nitido uenuſto:nimiſq; accurato fuiſſe. hic etiam κόμψη illa χλανίς κὰι μαλακοὶ χιτωνίσκοι.i.elegās illa ueſtis & molles tuniculæ ab emulis aduerſariiſq; probro datum. hinc etiam turpibus: indigniſque in eum uerbis non temperatum:quum parum uir:ore quoq; polluto diceret. Ad eūdē modū Hortēſius oībus ferme oratorib9 ætatis ſuæ:niſi.M. Tullio clarior:q multa cū mūditia:& circūſpecte cōpoſiteq; īdutus:& amictus eſſet:manuſq; eius iteragēdū forēt argutæ admodū:& geſtuoſæ:maledictis cōpellationibuſq; ꝓbroſis iactatus eſt.multaq; in eum quaſi in hiſtrionem:in ipſis cauſis atq; iudiciis dicta ſunt. Sed cum.L. Torquatus ſubagreſti homo īgenio:& īfeſtiuo:grauius acerbiuſq; apud cōſilium iudicum quū de cauſa Syllæ quæreretur: nō iam hiſtrionē eum eſſe diceret:ſed geſticulariā Diōyſiāq; eū notiſſimæ ſaltatriculæ noīe appellaret. Tū uoce molli:atq; demiſſa Hortēſius:Dionyſia inqt Dionyſia malo eqdē eē: quā qꝑ tu Torquate ἄμουσος ἀγροδίαιτος ἀπρόσιτος.i. inelegans agreſtis:aditu difficilis.

Hortēſius

Verba ex oratione Metelli Numidici: quam dixit ad populum in cenſura:quum eum ad uxores ducendas adhortaret eaq; oratio quā ob cauſam reprehenſa:& quo contra modo defenſa ſit. Caput ſextum.

Metelus de uxore ducenda

MVltis & eruditis uiris audientibus legebat oratio Metelli Nūidici grauis ac deſerti uiri:quā in cēſura dixit ad populū: de ducēdis uxoribus:quū eum ad matrimōia capeſcēda hortaretur.in ea orone ita ſcriptū fuit. Si ſine uxore poſſemus qrites eſſe oēs ea moleſtia careremus. Sed quoniā ita natura tradidit:ut nec cū illis ſatis cōmode:nec ſine illis ullo modo uiui poſſit:ſaluti perpetuæ potius:q breui uolup.

ui uoluptati conſulendum. Videbatur quibuſdam Metellum cēſorem: cui conſilium eſſet: ad uxores ducēdas populum hortari non oportuiſſe: nec de moleſtia incommodiſq; perpetuis rei uxoriæ cōfiteri. neq; adhortari magis q̄ diſſuadere abſterereq;. Sed cōtra: illud potius orōnē debuiſſe ſumi dicebant: ut & nullas plerūq; eſſe in matrimoniis moleſtias aſſeueraret: & ſiquæ tamen accidere nonnunq̄ uiderent': paruas & leues facileſq; eſſe toleratu diceret. maioribuſq; eas emolumētis: & uoluptatibus oblitterari. eaſdemq; ipſas neq; omnibus/ neq; naturæ uitio/ ſed quorundam maritorum culpa & iniuſtitia euenire. T. autem Caſtritius recte atq; condigne Metellum eſſe locutum exiſtimabat. Aliter inquit cēſor loqui debet: aliter rhetor Rhetori cōceſſum eſt ſententiis uti falſis/ audacibus: ſubdolis: captioſis: ſi modo ueriſimiles ſint: & poſſint ad mouendos hominum animos qualicunq; aſtu irrepere. Propterea turpe eſſe ait rhetori: ſiquid ī mala cauſa deſtitutum: atq; impugnatū relinquat. Sed enim Metellum īquit ſanctum uirum illa grauitate & fide præditū: cū tāto honor': atq; dignitate uitæ: apud populū romanū loquentē nihil decuit aliud dicere: q̄ quod uerū ſibi eſſe: atq; omnibus uidebatur. p̄ſertim quū ſuper ea re diceret: quæ quotidiana ītelligentia: & cōmūi peruulgatoq; uitæ uſu comprehenderetur. De moleſtia igitur cūctis hominibus notiſſima confeſſus: eaq; confeſſione fidem ſedulitatis: ueritatiſq; cōmeritus: tum deniq; facile & procliuiter: quod fuit omnium rerum ualidiſſimum: atq; ueriſſimum perſuaſit: ciuitatem ſaluā eſſe ſine matrimonio℞ frequentia non poſſe. Hoc quoq; aliud: ex eadem oratione Metelli dignum eſſe exiſtimauimus aſſidua lectione: non hercle minus: q̄ quæ a grauiſſimis philoſophis ſcripta ſunt. Verba Metelli hæc ſunt. Dii īmortales plurimū poſſunt: ſed non plus uelle debent nobis: q̄ parentes. At parentes ſi p̄gunt liberi errare: bonis exhæredant. Quid ergo nos a diis immortalibus diutius expectemus: niſi malis ratiōibus finem facimus. iiſdem deos p̄pitios eſſe æquū ē: q ſibi aduerſari nō ſūt. Dii īmortales uirtutē approbar': nō adhiber' debēt.

¶ In hiſce uerbis Ciceronis ex oratiōne quinta in Verrē: hanc ſibi rē ſperāt præſidio futurū: neq; mendā eſſe: nec uitium. Errareq; iſtos: qui bonos uiolāt libros: & futurā ſcribūt. Atq; ibi de quodā alio Cicerōis uerbo dictū quod probe ſcriptū perperā mutat': Et aſp̄ſa pauca de modulis: numeriſq; orationis: quos Cicero auide ſectatus eſt. ¶ Caput ſeptimū

IN oratiōe Cicerōis quinta in Verrē libro ſpectatæ fidei: tyroniana cura: atq; diſciplina facto: ita ſcriptū eſt. Hoīes tenues obſcuro loco nati: nauigant. adeuntq; ad ea loca: quæ nunq̄ antea didicerāt: neq; noti eſſent quo uenerūt: neq; ſemper. cū cognitoribus eſſe poſſunt: Hac una tantum fiducia ciuitatis: non modo apud noſtros magiſtatus: qui & legum: & eſtimationis periculo cōtinentur: neque apud ciues ſolum. romanos: qui & ſermonis / & iuris/ & multarum rerum ſocietate iuncti ſunt/ fore ſe tutos arbitrantur/ ſed quocunq; uenerint: hanc ſibi rem præſidio ſperāt futurum. Videbatur q̄pluribus in extremo uerbo

Plautus verborum latinorum elegantissimus

menda eſſe.debuiſſe enim ſcribi putabant: non futurum:ſed futuram.neque dubitabant:quin liber emendatus eſſet:ne ut in Plauti comœdia mœchus ſic enim mendæ ſuæ illudebant:ita in Ciceronis oratione ſoloeciſmus eſſet manifeſtarius. Aderat ibi forte amicus noſter homo lectiõe multa exercitus: cui pleraq; omnia ueterum litterarum quæſita:meditata: euigilataq; erant. Is libro inſpecto ait:nullum eſſe in eo uerbo neque mendam:neq; uitium. Ciceronem probe ac uenuſte locutum. Nam futurum inquit non refertur ad rem: ſicut legentibus temere: & incurioſe uidetur:neque pro participio poſitum eſt:ſed uerbum eſt indefinitum:quod græci appellant ἀπαρέμφατον:neq; numeris neq; generibus præſeruiens: ſed liberum undique: & impromiſcuum eſt. Quali. C. Gracchus uerbo uſus eſt ĩ oratione:cuius titulus eſt de. Q. Popilio circunconciliabula:in qua ita ſcriptum eſt. Credo ego inimicos meos hoc dicturum. Inimicos inquit dicturum: & non dicturos. Videtur ne ea ratione poſitum apud Gracchum dicturũ:qua eſt apud Ciceronem futurum? ſicut in græca oratione ſine ulla uitii ſuſpitiõe omnibus numeris: generibuſq; ſine diſcrimine attribuuntur huiuſcemodi uerba ποιήσειν ἔσεσθαι. ideſt futurum: λέξειν ἔσεσθαι dicturum & ſimilia. In Q. quoq; Quadrigarii tertio annali libro uerba hæc eſſe dixit. Dum hi conciderentur: hoſtium copias ibi occupatas futurũ. In.xii.annali eiuſdem Quadrigarii principium libri ſic ſcriptum. Si pro tua bonitate & noſtra uoluntate tibi ualitudo ſuppetit: eſt quod ſperemus: deos bonis benefacturum. Item in Valerii Antiatis libro.iiii.&.xx.ſimili modo ſcriptum eſſe. Si hæres diuinæ factæ:recteq; perlitatæ eſſent:aruſpices dixerunt omnia:ex ſententia proceſſurum. Plautus etiam in Caſina quum de puella loqueret: occiſurum dixit: non occiſuram his uerbis. Etiam ne habet Caſina gladium? Sta habet. Sed duos:quibus altero te occiſurum ait:altero uillicum. Item Laberius in Gemellis. Non putaui inquit hoc eam facturum. Non ergo iſti omnes ſoloeciſmus quid eſſet:ignorauerunt. Sed & Gracchus dicturum: & Quadrigarius:futurum:& benefacturum: & Plautus occiſurum:& Antias proceſſurum:& Laberius facturum: indefinito modo dixerunt. qui modus neq; in numeros:neq; in perſonas: neque in genera diſtribuitur. Sed omnia iſtæc una eademq; declinatiõe complectitur. Sicuti. M. Cicero dixit futurum: non uirili genere: neque neutro. ſoloeciſmus enim foret plane: ſed uerbo uſus eſt ab omni neceſſitate generum abſoluto. Idem autem ille amicus noſter in eiuſdẽ. M. T. Ciceronis oratione: q̃ eſt de ĩperio Cn. Pompeii:ita ſcriptũ eſſe a Cicerõe dicebat: atq; ipſe ita lectitabat. Quũ noſtros portus atq; eos portus/q̃bus uitã ac ſpiritũ ducitis/in ꝑdonũ fuiſſe poteſtatẽ ſciatis. Neq; ſolœciſmũ eſſe aiebat/in poteſtatẽ fuiſſe, ut uulgus ſemidoctũ putat:ſed ratione dictũ certa & proba:cõtẽdebat:qua & græci ita uterẽtur:& Plautus uerborũ latinorũ elegãtiſſimus in Amphitrione dixit. Nunc uero mihi in mentẽ fuit? non ut dici ſolitũ eſt in mente. Sed.n. præter Plautũ/cuius ille ĩ pſẽti exẽplo uſus eſt: multã nos quoq; apd ueteres ſcriptores

locutionũ

locutionum talium copiam offendimus.atque his uulgo annotamentis inſperſimus. Vt rationē iſtā miſſam facias & auctoritates: ſonus qui εὐφωνία id eſt uoculatio tantum: & poſitura ipſa uerborum ſatis declarant: id poti⁹ ἐπιμελεία τῶν λέξεων. id eſt uocabulorum delectui diligenti: modulamētiſq; oratiōis.M. Tulli conueniſſe ut quoniā utrumuis dici latine poſſet: poteſtatem dicere mallet: non poteſtate. Illud enim ſic compoſitū iucūdius ad aurem.cōſpectiuſque: inſuauius hoc īperfectiuſque eſt: ſi modo ita explorata aure hō ſit: non ſurda: nec iacenti. ſicuti eſt hercle quod explicauit dicere maluit: q̄ explicuit: qd eſſe iā uſitatius cœperat. Verba ſunt hæc ipſius in exhortatiōe: quā de imperio Cn. Pōpeii habuit. Teſtis eſt ſicilia/quā multis undique cinctā periculis/non terrore belli/ſed conſilii celeritate explicauit. At ſi explicuit diceret: īperfecto & debili numero uerbo℞ ſonus clauderet.

¶ Hiſtoria in libris Phociōis philoſophi reperta ſuper Laide meretrice: & Demoſthene rhetore. Caput.viii.

PHociō ex peripatetica diſcipliā haud ſane ignobilis uir fuit. Is librum multæ uariæq; hiſtorie refertū cōpoſuit.eumq; īſcripſit. κέρας ἀμαλθείας. ea uox hoc ferme ualet/tāq̄ ſi dicas cornu copiæ In eo libro ſup Demoſthene rhetore/& laide meretrice hiſtoria hæc ſcripta eſt. Lais inquit corinthia ob elegātiam/ uenuſtateq; formæ grādem pecuniam demerebat. Conuentuſq; ad eam ditiorum hoīum ex omni græcia celebres erāt neq; admittebatur/niſi qui dabat/quod popoſcerat. Poſcebat autē illa nimiā quātitatē. Hic ait natū eſſe illud frequēs apud græcos adagiū οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς κόρινθον ἔσθ᾽ ὁ πλοῦς. i. Nō uiri cuiuſq; ē corīthū petere: q̄ frustra iret corinthū ad Laidē: qui nō quiret dare: quod poſceretur. Ad hanc ille Demoſthenes clanculū adit: & ut ſui copiam faceret petit. At Lais μυρίας δραχμάς: id eſt decē drachma℞ milia popoſcit. hoc facit nummi noſtratis denariū decēmilia: tali petulātia mulieris atque pecuniæ magnitudine ictus/ expauiduſq; Demoſthenes auertitur. & diſcedēs/ ego inquit pœnitere tāti nō emo. Sed græca ipſa: quæ fertur dixiſſe/lepidiora ſunt. οὐκ ὠνοῦμαι inqt μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν. i. nō emo centū ſeſtertiis pœnitere.

Demoſthenes Lais meretrix

¶ Qui modus fuerit: quis ordo diſciplīæ pythagoricæ: quantūque temporis imperatū obſeruatūq; ſit: dicendi ſimul ac tacendi. Caput.ix.

ORdo ac ratio Pythagoræ: ac deīceps familiæ ſucceſſiōis eius: recipiendi inſtituendique diſcipulos: huiuſcemodi fuiſſe traditur. Iam a principio adoleſcentes/qui ſeſe ad diſcēdum obtulerant: ἐφυσιογνωμόνει. ideſt per naturæ indicia pēſiculabat. id uerbum ſignificat mores: naturaſque hominum coniectione quadā: de oris & uultus ingenio: deq; totius corporis filo/ atque habitu ſciſcitari. Tum qui exploratus/ab eo idoneuſque fuerat: recipi in diſciplinam ſtatim iubebat. & tēpus certum tacere: nō omnes idem: ſed aliud alius tēpus: pro æſtimato captu ſollertiæ. Is autē qui tacebat/quæ dicebantur ab aliis/audiebat. Neq; percontari: ſi parum intellexerat/neque commentari quæ audierat, fas erat

Pythagorica diſciplina

Sed non minus quiſquam tacuit:q̃ bienniũ. Hi ꝓrſus appellabãtur intra tẽpus tacendi audiendique ἀκουστικοί: id eſt auditores. Aſt ubi res didicerant rerum omniũ difficillimas tacere:, audireq;:atq; eſſe iam cœperant ſilentio eruditi:cui erat nomen ἐχεμυθία.i.taciturnitas:tum uerba facere & quærere:quæq; audiſſent:ſcribere:& quæ ipſi opinarẽt exprομere poteſtas erat. hi dicebant in eo tempore μαθηματικοί:id eſt diſciplinis uacãtes: ſcilicet ab iis artibus:quas iam diſcere atq; meditari incœptauerant:quoniam geometriã:& gnomonicã:muſicã/cæteraſq; item diſciplinas altiores μαθήματα: id eſt diſciplinas/ueteres græci appellabant. Vulgus autem / quos gentilicio uocabulo chaldæos dicere oportet/mathematicos dicit. Ex inde his ſciẽtiæ ſtudiis ornati/ad perdiſcenda mundi opera/& principia naturæ procedebãt. Ac tunc deniq; noĩabãtur φυσικοί: id eſt naturales. Hæc eadẽ ſup Pythagora noſter Taurus cum dixiſſet:nunc autem inquit iſti:qui repente pedibus illotis ad philoſophos diuertunt: non eſt hoc ſatis quod ſunt omnino ἀθεώρητοι ἄμουσοι ἀγεωμέτρητοι.id eſt a contẽplatione muſica: geometria: penitus alieni:ſed legem etiam dant:qua philoſophari diſcant. Alius ait: hoc me primũ doce. Item alius:hoc uolo inquit diſcere.iſtud nolo. Hic a ſympoſio Platõis incipere geſtit: ꝓpter Alcibiadæ comeſſationẽ. Ille a Phędro propter Lyſiæ orationem. Eſt etiam ĩquit proh Iuppiter:qui Platõ em legere poſtulet/non uitę ornandæ:ſed linguæ orõniſq; comendæ gratia/nec ut modeſtior fiat/ſed lepidior. Hæc Taurus dicere ſolitus nouitios philoſophorum ſectatores/cũ ueteribus Pythagoricis penſitans. Sed id quoq; nõ prætereundũ eſt/quod omnes ſimul/qui a Pythagora in cohortẽ illã diſciplinaꝝ recepti erãt/quod qſq; familiæ pecuniæq; habebãt in mediũ dabãt. Et cohibatᷓ ſocietas inſeparabilis.tanq̃ illud fuerit antiquum conſortium/quod re atque uerbo romano appellatur/κοινόβιον.i. contubernium.

Quibus uerbis cõpellauerit Phauorinus philoſophus adoleſcentem: uetuſte nimis/& priſce loquentem. Caput.x.

PHauorius philoſophus adoleſcẽti ueteꝝ uerboꝝ cupidiſſimo:& pleraſq; uoces nimis priſcas/& ignotiſſimas ĩ quotidiãis cõmũibuſq; ſermõibus expromenti/ Curius inquit & fabritius & Coruncanius antiquiſſimi noſtri:& his antiquiores Horatii illi Trigemini plane & dilucide cum ſuis fabulati ſunt: Neq; auruncorũ aut ſicanorũ/aut pelaſgorũ/qui primi coluiſſe italiam dicuntur/ſed ætatis ſuæ uerbis locuti ſunt. Tu aũt perinde quaſi cum matre Euandri nunc loquare: ſermone multis annis iam deſito uteris/q; ſcire atq; ĩtelligere neminé uis:q̃ dicas. Nonne homo ĩepte/ut qđ uis abũde cõſequeris/ taceres? ſed antiquitatẽ tibi placere ais/qđ honeſta/& bona/& ſobria/& modeſta ſit.uiue ergo moribus p̃teritis.loquerᷓ uerbis p̃ſentibus. Atq; id qđ a.C.Cæſare excellẽtis ĩgenii ac prudẽtiæ uiro/ĩ p̃rio de analogia libro ſcriprũ eſt/habe ſemp ĩ memoria/atq; ĩ pectore/ut tanq̃ ſcopulũ/ſic fugias inauditũ/atq; ĩſolẽs uerbũ.

C.Cæſare

Quod Thucydides hiſtoriæ ſcriptor inclytus/lacedæmonios in acie non tuba:

non tuba: ſed tibiis eſſe uſos dicit. Verbaq; eius ſuper ea re poſita. Quodq; Herodotus Halyaten regem fidicinas in procinctu habuiſſe tradit. atq; ibi quædam notata de Gracchi fiſtula concionaria. Caput. xi.

AVctor hiſtoriæ græcæ grauiſſimus Thucydides lacedæmonios ſummos bellatores: non cornuum tubarum ue ſignis: ſed tibiarum modulis in prœliis uſos eſſe refert. Non prorſus ex aliquo ritu religionum: neq; rei diuinæ gratia: neq; aũt ut excitarent: atq; euibrarentur animi: quod cornua & litui moliuntur: ſed contra ut moderatiores/ modulatioreſq; fierent: quod tibicinis numeris temperatur. Nihil adeo in cõgrediẽdis hoſtibus: atq; in principiis prœliorum ad ſalutẽ uirtutemq; aptius rati: q̃ ſi permulcti ſonis mitioribus: non immodice ferocirent. Quum procinctæ igitur claſſes erant: & inſtructa acies: cœptumq; in hoſtem progredi: tibicines inter exercitum poſiti/ canere inceptabãt. Ea ibi præcentiõe tranq̃lla & uenerabili q̃dã/ quaſi militaris muſicæ diſciplina/ uis & ĩpetus militum/ ne ſparſi/ diſpalatiq; ꝓruerent: cohibebat. Sed ipſius illius egregii ſcriptoris uti uerbis libet: q̃ & dignitate: & fide grauiora ſunt. καὶ μετὰ ταῦτα ἡ ξύνοδος ἦν. ἀργεῖοι μὲν: καὶ οἱ ξύμμαχοι. ἐντόνως. καὶ ὀρμῆ: χωροῦντες λακεδαιμόνιοι δὲ βραδέως καὶ ὑπὸ αὐλοῖς. πολλῶν ὁμοῦ ἐγκαθεστώτων. οὐ τοῦ ἡδέος χάριν. ἀλλ' ἵνα ὁμαλῶς μετὰ ῥυθμοῦ βαίνοντες προσέλθοιεν. καὶ μὴ διασπασθείη αὐτῶν ἡ τάξις ὅ πρέπει ἀεὶ μεγάλα στρατόπεδα ἐν ταῖς προσόδοις ποιεῖν: id eſt. Poſt hæc congrediebantur argiui quidem ſociique acriter & impetu adorientes. lacedæmonii contra ſub tibiarum præcentione: ſtipato agmine maturantes nõ adeo uoluptatis cauſa: uerum ut æquabili modulatoque ſenſim ingreſſu cõuenientes pugnam capeſcerent: nec ſuos ordines diſtrahi ſinerent. quod ſemper ampliſſimas copias agere: ubi cõgrediendũ eſt: nimiꝝ decet Cretenſes quoq; prœlia ĩgredi ſolitos memoriæ datũ eſt: p̃cinente ac p̃moderãte cithara greſſus. Halyates autem rex terræ lydiæ: more atq; uſu barbarico p̃ditus: quũ bellum mileſiis faceret: ut Herodotus in hiſtoriis tradit. cõcinentes habuit fiſtulatores & fidicines. atq; fœminas etiã tibicinas in exercitu: atq; ĩ procinctu habuit: laſciuientiũ delitias cõuiuiorũ. Sed enim achæos Homerus pugnam indipiſci ait: non fidicularũ tibiarumq; concentu: uerum conſpiratu tacito nitibundos οἱ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες ἀχαιοὶ ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεν ἀλλήλοισιν. i. Aſt ibant taciti ſpirãtes robur achiui. Inq; uicem auxilium cupida ſibi mente ferebant. Quid ille uult ardentiſſimus clamor militum romanorum: quem in congreſſibus prœliorum fieri ſolitum ſcriptores annalium memorauere? Contra ne inſtitutum fiebat antiquæ diſciplinæ tam probabile? An tum etiam gradu clæmenti/ & ſilentio eſt opus/ quum ad hoſtem itur in conſpectu lõginquo procul diſtantem? Quum uero prope ad manus uẽtum eſt. tum iam e propinquo hoſtis: & impetu propulſandus: & clamore terrẽdus eſt. Eccc autem pro tibicina laconica tibiæ quoq; illius cõcionatoriæ in mentẽ uenit. quã. C. Graccho cũ populo agẽte præiſſe; ac præmonſtraſſe modulos ferunt. Sed nequaq̃ ſic eſt: ut a uulgo dicit

C. gracchi fiſtula

canere tibia ſolitum: qui pone eum loquentem ſtaret: uariiſque modis tum demulcere animum actionemq; eius: tum intendere. Quid enim foret ea re ineptius? ſi ut planipedi ſaltãti: ita Graccho cõcionanti numeros: & modos: & frequentamenta quædam uaria: tibicen incineret? Sed qui hoc comperti‑us memoriæ tradiderunt: ſtetiſſe in circũſtãtibus dicunt occultius: qui fiſtu la breui: ſenſim grauiuſculũ ſonũ iſpiraret ad deprimendũ ſedandumq; im petus uocis eius. Referueſcẽte nãq; ipulſu: & inſtinctu extraneo naturalis il la Gracchi uehemẽtia ĩdiguiſſe non (opinor) exiſtimãda eſt. M. tamen Ci‑cero fiſtulatorem iſtum utriq; rei adhibitum eſſe a Graccho putat: ut ſonis tum placidis: tum citatis: aut demiſſam iacẽtemq; orationẽ eius erigeret: aut ferocientem ſæuientemq; cohiberet. Verba ipſius Ciceronis apppoſui. Itaque idem Gracchus quod potes audire Catule ex Licinio cliente tuo lrãto hoĩe: quem ſeruum ſibi habuit ille ad manum cum eburnea ſolitus eſt hĩre fiſtula qui ſtaret poſt ipſũ occulte: quum concionaretur: peritũ hoĩem qui inflaret celeriter eum ſonum: qui illum aut remiſſum excitaret: aut a cõtentione re‑uocaret. Morem aũt illum ingrediendi ad tibicinum modulos prœlii inſtitu tum eſſe a lacedæmoniis Ariſtoteles in libris problematum ſcripſit: quo ma niſeſtior fieret: exploratiorq; militum ſecuritas: & alacritas. Nam diffidẽtiæ inquit & timori: cum ingreſſione huiuſcemõi minime cõuenit. & mœſti ac formidantes ab hac tã ĩtrepida & tã decora incedendi modulatiõe aliẽi ſunt Verba pauca Ariſtotelis ſup ea re appoſui. διὰ τί ἐπειδὰν πολεμεῖν μέλλωσι, πρὸς αὐλὸν ἐμβαίνωσιν, ἵνα τοὺς δειλοὺς ἀσχημονοῦντας γινώσκωσιν. i. Quãobrẽ ubi cõmiſſuri prœliũ ſint: ad tibiæ modulos cõgrediant? ut timidos minus ho‑neſte agentes iudicent.

Virgo Veſtæ quid ætatis: & ex quali familia: & quo ritu: quibuſque ceri moniis: ac religionibus: ac cognoĩe a põtifice maximo capiat. Et quo ſtatim iure eſſe ĩcipiat: ſimulatq; capta eſt. Quidq;: ut Labeo dicit nec inteſtato cui quã: nec eius inteſtatæ quiſquã iure hæres eſt. Caput duodecimum.

Qui de uirgine capienda ſcripſerunt: quorũ diligẽtiſſime ſcripſit Labeo Antiſtius: minorẽ q̃ ãnos. vi. maiorem q̃ annos. x. natã ne gauerũt capi fas eſſe. Itẽ quæ nõ ſit patrima: & matrima. Itẽ quæ lingua debili: ſenſuue auriũ diminuta: alia ue qua corporis labe ĩſignita ſit. Itẽ quæ ipſa: aut cuius pater emancipatus ſit: etiã ſi uiuo patre in aui poteſtate ſit. Item cuius parẽtes alter amboue ſeruitutem ſeruierũt: aut in negociis ſordidis diuerſantur. Sed eã cui9 ſoror ad id ſacerdotiũ lecta ſit: excuſationẽ mereri aiũt. Item cuius pater flamen: aut augur: aut quindecim uir ſacris faciundis: aut qui ſeptẽuir epulonum: aut ſalius eſt. Sponſe quoq; pontificis: aut tibicinis ſacrorum filiæ uacatiõ a ſacerdotio iſto tribuii ſolet. Præ terea Capito Atteius ſcriptum reliquit: neq; eius legendam filiam: qui domi cilium in italia non haberet: & excuſandam eius: qui liberos tris non habe‑ret. Virgo autem ueſtalis ſimul eſt capta: & in atriũ Veſtæ deducta: & põti ficib9 tradita eſt: eo ſtatim tẽpore ſine emãcipatiõe: ac ſine capitis minutiõe:

e patris

e patris poteſtate exit.& ius teſtamenti faciundi adipiſcitur.De more aūt:rituq; capiundæ uirginis litteræ quidem antiquiores non extant:niſi quæ capta prima eſt:a Numa rege eſſe captam.Sed papiā legem inuenimus:qua cauetur:ut pontificis maximi arbitratu uirgines e populo uiginti legantur.Sortitioq; in cōcione ex eo numero fiat.Sed ea ſortitio ex lege papia nō neceſſaria nunc uideri ſolet.Nā ſiquis honeſto loco natus adeat pont.max.atq; offerat ad ſacerdotium filiam ſuā:cuius duntaxat ſaluis religionū obſeruationibus: ratio haberi poſſit:gratia popiliæ legis per ſe ratum fit.Capi autē uirgo propterea dici uidetur:quia pontificis max.manu præhenſa:ab eo parēte:in cuius poteſtate eſt:ueluti bello capta abducitur.In libro primo Fabii pictoris: quæ uerba pontificē max.dicere oporteat:quum uirginem capit:ſcriptum eſt.Ea uerba hæc ſunt.Sacerdotē ueſtalem:quæ ſacra faciat:quæ iuſſi:& ſacerdotem ueſtalē facere pro po.ro.quiritibus uti:quod optima lege fiat:ita te amata capio.Pleriq; autem capi uirginem ſolam debere putant.Sed flamines quoq; diales:item pōtifices & augures capi dicebant.L.Sylla rerum geſtarum libro.ii.ita ſcripſit.P.Cornelius:cui primum cognomen Syllæ impoſitum eſt:flamen dialis captus.M.Cato de luſitanis:quum Ser.Galbam accuſauit:eum dicit ius pontificum diſcere noluiſſe.Ego me nunc uolo ius pōtificium optime ſcire.Iam ne ea cauſa pontifex capiar? Si uolo auguriū optime tenere:ecquis ob eam rem augurem capiat? Præterea etiam in cōmentariis Labeonis:quæ ad.xii.tabulas compoſuit:ita ſcriptum eſt.Virgo Veſtalis neq; hæres eſt cuiq̄ inteſtato:neq; inteſtatæ quiſq̄:ſed bona eius in publicum redigi aiunt.Id quo iure fiat quæritur.Amata inter capiendum a pont. max.appellatur:quoniā quæ prima capta eſt:hoc fuiſſe nomine tradita eſt.

¶ Quæſitum in philoſophia eſt:quidnā foret in recepto mādato rectius idne oīno facere:quod mādatū eſt:an nōnunq̄ etiā contra:ſi id ſpes ei:q̄ mādauit utilius fore? Supq; ea quæſtiōe expoſitæ diuerſæ ſententiæ. ¶ Caput.xiii.

IN officiis capiēdis:cenſendis:iudicandiſq;:quæ καθήκοντα:id eſt expedientia & conuenientia philoſophi appellant:quæri ſolet: an negocio tibi dato.& quidquid oīno faceres:definito:cōtra qd facere debeas:ſi eo facto uideri poſſit res euētura ꝓſperius:exq; utilitate eius:qui id tibi negociū mandauit.Anceps quæſtio.& in utrāq; partem a prudētibus uiris arbitrata eſt.Sūt enim non pauci:q̄ ſnīam ſuam una in parte defixerunt & re ſemel ſtatuta:deliberataq; ab eo cuius negocium id pontificiumq; eſſet.nequaq̄ putauerunt contra dictum eius faciendū etiā ſi repentinus aliquis caſus rem cōmodius agi poſſe polliceretur.Ne ſi ſpes fefelliſſet:culpa impatientiæ.& pœna indeprecabilis ſubeunda eſſet.Si res forte melius uertiſſet:diis quidem gratiam habendam.Sed exemplum tn̄ intromiſſum uideretur:quo bene conſulta conſilia religione mandati ſoluta corrumperentur.Alii exiſtimauerunt incommoda prius:quæ metuenda eſſent: ſi res geſta aliter foret.q̄ imperatū eſt/cum emolumento ſpei penſitāda eſſe. Et ſi ea leuiora minoraq;:at utilitas contra grauior & amplior:ſpe quantum

καθηκοντα

Conſulta Conſilia

pōt firma oñderet: eum poſſe aduerſum mādata fieri cēſuerūt. ne oblata diuinitus rei bene gerēdæ occaſio amitteret. Neq; timēdum exēplū nō parēdi crediderūt: ſi rōnes huiuſcemodi dūtaxat nō adeſſent. Cum primis aūt reſpiciēdum putauerunt ingeniū naturāq; illius: cui ea res præceptūq; eſſet ne ferox: durus: indomitus: inexorabiliſq; ſit: qualia fuerint poſthumiana impia: & manliana. Nā ſi tali præceptori ratio reddēda ſit: nihil faciēdum eē monuerunt aliter: q̄ præceptū eſt. Inſtructius deliberatiuſq; fore arbitramur theorematiū hoc de mādatis huiuſcemodi aſſequēdis: ſi exēplum quoq;. P. Craſſi Mutiani clari: ac inclyti uiri appoſuerimus. Is Craſſus a Sempronio Aſellione: & pleriſq; aliis hiſtoriæ Romanæ ſcriptoribus tradit quinq; habuiſſe rerum bonaꝝ maxima & præcipua: ꝙ eſſet ditiſſimus ꝙ nobiliſſimus: ꝙ eloquētiſſimus: ꝙ iuriſcōſultiſſimus: ꝙ pont. max. Is quum in cōſulatu obtineret aſiā ꝓuinciā: & circūſedere oppugnareq; leucas oppidū pararet: opuſq; eſſet firma ac procera trabe: quæ arietē faceret: quo muros eius oppidi quateret: ſcripſit ad magiſtꝝ αρχητεκτωνα molis atheniēſium: ſocioꝝ amicorūq; po. ro. ut ex malis duobus: quos apud eos uidiſſet: uter maior eſſet: cum mittēdum curaret. Tum magiſter αρχητεκτων cōperto: quāobrē malum deſideraret: nō uti iuſſus erat/ maiorē: ſed quem eſſe magis idoneum: aptiorēq; faciēdo arieti: faciliorēq; portatu exiſtimabat: minorē miſit. Craſſus eum uocari iuſſit: & quum interrogaſſet: cur non quem iuſſerat miſiſſet cauſis rōnibus quas dictitabat/ ſpretis/ ueſtimēta detrahi imꝑauit: uirgiſq; multis cecidit. Corrūpi atq; diſſolui officiū omne imꝑantis ratus: ſiqs ad id quod facere iuſſus eſt. nō obſequio debito: ſed cōſilio nō deſiderato reſpondeat.

P.Craſ.

Quid dixerit feceritq;. C. Fabritius magna uir gloria: magniſq; rebus geſtis/ ſed familiæ pecuniæq; inops: quum ei ſamnites tanq̄ indigēti graue aurum donarent: plenumq; odii. Caput. xiiii.

IVlius Iginus in libro de uita: rebuſq; illuſtriū uiroꝝ ſexto/ legatos dicit a ſamnitibus ad. C. Fabritiū imꝑatorē po. ro. ueniſſe/ & & memoratis multis/ magniſq; rebus/ quæ bene & beniuole poſt redditā pacē ſamnitibus feciſſet/ obtuliſſe dono grandē pecuniā/ oraſſeq; uti accipet: u tereturq;. Atq; id facer̄ ſamnites dixiſſe/ ꝙ uiderēt multa ad ſplendorē domus atq; uictus deſieri: neq; pro magnitudine dignitateq; lautū paratūq; eſſe. Tum Fabritiū planas manus ab auribus ad oculos: & infra deinceps ad nares: & ad os: & ad gulā: atq; inde porro ad uentrē imū deduxiſſe: & legatis ita reſpondiſſe: dum illis omnibus membris/ quæ attigiſſet obſiſtere/ atq; imꝑare poſſet: nunq̄ quicq̄ defuturꝝ. Propterea pecuniā: qua ſibi nihil eſſet uſus/ ab iis quibus eā ſciret uſui eſſe/ non accipere.

Q ꝺ' īportunū uitiū ſit futilis: inaniſq; loquacitas. & q̄multis in locis a prīcipib⁹ utriuſq; līguæ uiris deteſtatiōe iuſta culpata ſit. C. xv.

QVi ſunt leues/ & futiles/ & īportuni locutores/ quiq; nullo rerum pondere innixi uerbis humidis/ & lapſantibus defluunt. eorum orationem bene exiſtimatum eſt in ore naſci: non in pectore.

L inguā

Lingua aũt debere aiunt nõ eſſe libera: nec uaga: ſed uinclis de pectore imo: ac de corde aptis moueri: & quaſi gubernari. Sic enim uideas quoſdã ſcatere uerbis ſine ullo iudicii negocio cum ſecuritate multa & ꝓfunda. ut loquẽtes plerũq; uideant̃: loqui ſeſe neſcire. Vlyxẽ cõtra Homerus uirꝶ ſapiẽti facũ/ dia prædituũ: uocẽ mittere ait nõ ex ore: ſed ex pectore. Q uo. ſ. nõ ad ſonum magis habitũq; uocis: q̃ ex ſniarum penitus cõceptarꝶ altitudine pertineret. Petulãtiæq; uerborꝶ coercẽdæ uallum eſſe oppoſitũ dentium: luculẽte dixit: ut loquẽdi temeritas: nõ cordis tm̃ cuſtodia: atq; uigilia cohibeat̃: ſed ex q̃buſdã q̃ſi excubiis ĩ ore poſitis ſepiat̃. Homerica de qb' ſupra dixi: hæc ſũt.

ἀλλ᾽ ὅτε δὴ ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος ἵει.
τέκνον ἐμὸν ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων. ideſt.

Aſt ubi iam magnam fundebat pectore uocem.
Dentis clauſtra tui uox qualis nata reliquit.

M. Tullii quoq; uerba poſui: qbus ſtultã & inanẽ dicẽdi copiam grauiter & uere deteſtatus eſt. Dũmodo inquit hoc conſtet: neq; infantiã eius: qui rem norit: ſed eam explicare dicẽdo nõ queat: neq; inſcitiã illius: cui res nõ ſuppetat: uerba nõ deſint: eſſe laudandã. Q uorꝶ ſi alterũ ſit optãdum: malim equidem indiſertã prudentiã: q̃ ſtultã loquacitatem. Item in libro de oratore primo uerba hæc poſuit. Q uid enim eſt tã furioſum: q̃ uerborꝶ uel optimorꝶ: atq; ornatiſſimorꝶ ſonitus inanis: nulla ſubiecta ſnia: nec ſcientia. Cum primis aũt. M. Cato atrociſſimus huiuſcemodi uitii inſectator eſt. nãq; in orõne quæ inſcripta eſt. Si Celius trib. pleb. appellaſſet. Nunq̃ inq̃t tacet: quem morbus tenet loquẽdi: tanq̃ ueternoſum uiuẽdi atq; dormiẽdi. Q uod ſi nõ cõueniant: tñ conuocari iubet. Ita eſt cupidus orationis: ut conducat: qui auſcultet. Itaq; auditis nõ auſcultatis tanq̃ pharmacopolã. Nam eius uerba audiunt̃: uerum ei ſe nemo cõmittat: ſi æger eſt. Idem Cato in eadẽ oratione eidem. M. Celio uilitatẽ obprobrans: nõ loquendi tm̃: uerũetiã tacendi. Fruſto inquit panis conduci põt: uel uti taceat: uel uti loquatur. Neq; non merito Homerus unum ex omnibus Terſitã ἀμετροεπῆ ἀκριτόμυθον. ideſt loquentem ſine iudicio & modo appellabat. uerba illius multa & ἄκοσμα. ideſt incompta. ſtrepẽtium ſine modo graculorꝶ ſimilia eſſe dicit. Q uid. n. eſt aliud ἀμετροεπὴς ἐκολῴα. ideſt ſupra modum loquitans conturbabat. Eupolidis quoque uerſus de id genus hominibus: conſignatiſſime factus eſt. λαλεῖν ἄριστος. ἀδυνατώτατος λέγειν. ideſt blatterare optimus: dicere ineptiſſimus. Q uod Saluſtius noſter imitari uolens: loquax inquit magis quam facundus. Q uapropter Heſiodus poetarum prudentiſſimus linguam non uulgandam: ſed recondendam eſſe dicit. perinde ut theſaurum. Eiuſq; eſſe in promendo grãm plurimam: ſi modeſta: & parca & modulata ſit.

γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος
φειδωλῆς. πλείστη δὲ χάρις, κατὰ μέτρον ἰούσης.

Optimus eſt homini linguæ theſaurus: & ingens
Gratia: quæ parcis menſurat ſingula uerbis.

Epicharmium quoque illud non inſcite ſe habet. ὐ λέγειν δινὸς. ἀλλὰ σιγῆν ἀδύνατος: ideſt non idoneus ad dicendum: ſed ad tacendum impos. Ex quo profecto ſumptum eſt: Qui cum loqui non poſſet: tacere non poterat. Phauorinum: ego audiui dicere uerſus iſtos Euripidis: ἀχαλίνων στομάτων. ἀνόμου τ᾽ ἀφροσύνας, τὸ τέλος δυστυχία. ideſt effrenioris: & ex legis dementiæ extremum infœlicitas occupat. Non de iis tantum factos accipi debere: qui impia: aut illicita dicerent: ſed uel maxime de hominibus quoque poſſe dici ſtulta & immodica blatterãtibus. quoꝝ lingua tam prodiga: infreniſq; ſit: ut fluat ſemper & æſtuet colluuione uerboꝝ teterrima. Quod genus homines a græcis ſignificatiſſimo uocabulo λάλους. i. linguaces appellatos. Valerium Probum grãmaticum illuſtrem: ex familiari eius docto uiro comperi Saluſtianum illud: Satis loquentiæ: ſapientiæ parum: breui anteq̃ uita decederet: ſic legere cœpiſſe: & ſic a Saluſtio relictum affirmaſſe. Satis loquẽtiæ: ſapientiæ parum. Quod loquentia nouatori uerboꝝ Saluſtio maxime congrueret. Eloquentia cum inſipientia minime conueniret. Huiuſcemodi autẽ loquacitatem: uerborũq; turbam magnitudine inani uaſtã facetiſſimus poeta Ariſtophanes inſignibus uocabulis denotauit in his uerſibus. ἄνθρωπον ἀγριοποιὸν αὐθαδόστομον, ἔχοντα ἀχάλινον ἀκρατὲς, ἀπύλωτον, στόμα ἀπεριλάλητον. κομποφακελορρήμονα: ideſt hoíem agreſti ferocia: ore temerario: effrenato: prodigo: petulante: loquacem: futilem: & fuſum: per uerboꝝ cõgeriem: ac faſtum. Neq; minus inſigniter ueteres quoq; noſtri: hoc genus hoíes in uerba proiectos: locutuleios: & blatterones: & linguaces dixerunt.

Satis loqn tiæ ſapien tiæ parum

¶ Quod uerba iſtæc Quadrigarii ex annali tertio ibi: Mille hominum occiditur: non licentia neq; de poetarum figura: ſed ratione certa: & proba grãmaticæ diſciplinæ dicta ſunt.

Mille ho minũ occi ditur

QVadrigarius in. iii. ãnalium ita ſcripſit. Ibi occiditur mille hominum. occiditur inquit: nõ occiduntur. Item Lucilius in. iii. ſatyrarum. Ad portum mille a porta eſt: exinde ſalernum. mille inq̃t eſt: nõ mille ſunt. Varro in. xviii. rerum humanaꝝ. Ad Romuli initium plus mille & cẽtum annoꝝ eſt. Cato in primo originum. Inde eſt ferme mille paſſus. M. Cicero in. vi. in Antonium. Ita ne Ianus medius in. L. Antonii clientela eſt? quis unq̃ in illo Iano inuentus eſt: qui. L. Antonio mille nũmum ferret expenſum? In his: atq; multis aliis mille numero ſingulari dictũ eſt. Neq; hoc (ut quidam putant) uetuſtati conceſſum eſt: aut per figuratũ concinnitatem admiſſum eſt: ſed ſic uidetur ratio poſcere. mille enim nõ pro eo ponitur: quod græce χίλιοι dicitur. Sed quod χιλιάς & ſicuti una χιλιάς & duæ χιλιάδες: ita unum mille: & duo milia: certa atque directa ratione dicitur. Quãobrẽ id quoq; recte & probabiliter dici ſolitum: mille denariũ in arca eſt. & mille equitũ in exercitu eſt. Lucilius aũt præterq̃ ſuperius poſui: alio quoq; in loco id manifeſtius demõſtrat. Nã in libro. xv. ita dicit.

Hunc mille paſſum qui uicerit: atq; duobus.
Campanus ſonipes ſucculſor nullus ſequetur.

Maiore in ſpatio ac diuerſus iubebitur ire.
Item alio libro.viii.Mille die nummum poteſt unō quærere centum.Mille paſſum dixit pro mille paſſibus.& uno mille nummum pro unis mille nummis aperteq; oſtendit:mille & uocabulum eſſe & ſingulari numero dici.Eiuſq; pluratiuum eſſe millia.& caſum etiam capere ablatiuum neq; cæteros caſus requiri oportere.quum ſint alia pleraq; uocabula quæ in ſingulos tantum caſus:quædam etiam quæ in nullum inclinentur.quapropter nihil iam dubium eſt: quin M.C.in oratiōe quam inſcripſit pro Milone:ita ſcriptum reliquerit.Ante fundum Clodii quo in fundo:propter inſanas illas ſubſtructiones:facile mille hominum uerſabatur ualentium: non uerſabātur quod in libris minus accuratis ſcriptum eſt.Alia enim ratiōe mille hominum:alia mille homines dicendū eſt.

¶ Quāta cū animi æquitate tolerauerit Socrates uxoris ingeniū ītractabile atq; inibi qd.M.Varro in quadā ſatyra:de officio mariti ſcripſerit. ¶Cap.xvii.

XAntippe ſocratis philoſophi uxor moroſa admodum fuiſſe fertur.& iurgioſa.Irarūq; & moleſtiarum muliebrium:per diem perque noctem ſcatebat.Has eius intemperies in maritum Alcibiades demiratus:interrogauit Socratem:quæ nam ratio eſſet:cur mulierē tam acerbam domo nō exigeret.Quoniam inquit Socrates:quum illam domi talem perpetior:inſueſco & exerceor:ut cæterorum quoq; foris petulantiā & iniuriam facilius ferā.Secundum hanc ſententiā quoq; Varro in ſatyra menippea:quam de officio mariti ſcripſit.¶Vitiū inquit uxoris aut tollendū:aut ferendum eſt.Qui tollit uitiū uxorē cōmodiorē præſtat:qui fert ſeſe meliorē facit.Hæc uerba Varronis tollere:& ferre lepide quidem compoſita ſunt.Sed tollere apparet dictū pro corrigere. Id etiā apparet:eiuſmodi uitium uxoris ſi corrigi non poſſit ferēdum eſſe:Varronem cenſuiſſe.quæ ferri ſcilicet:a uiro honeſte poſſunt.Vitia enim flagitiis leuiora ſunt.

¶ Quod.M.Varro in libro de ratione uocabulorum primo.L.Læliū magiſtrū ſuū περὶ ἐτυμολογίας nōnullorum uerborum falſa dixiſſe reprehendit: quodq; idem Varro in eodem libro furis ἐτυμολογίαν falſum dicit. ¶Cap.xviii.

IN primo de ratione uocabulorum libro.M.Varro doctiſſimum tunc ciuitatis hominem.L.Lælium erraſſe oſtēdit: q uocabulum græcum uetus traductū in linguam romanam pro meraco.& quaſi a ſe primitus latine fictum eſſet:reſoluit in uoces latinas:ratione etymologica falſa.Verba ipſa ſuper ea re Varronis poſuimus.In quo Lælius noſter litteris ornatiſſimus memoria noſtra errauit aliquotiēs. Nam aliquot uerborum antiquorum græcorum:perīde atq; eſſent propria noſtra reddidit cauſas falſas.Non enim leporem dicimus(ut ait)quod eſt leuipes. Sed quod eſt uocabulum antiquum græcum.Multa enim uetera illorum ignorantur quod pro iis aliis nunc uocabulis utuntur.& illorum eſſe plæriq; ignorent græcum/quod nūc noīant ἑλληνα. Puteū eſſe quod uocāt φρέαρ.leporem:quod λαγωόν dicunt.In quo non modo Lælii ingenium non reprehēdo:ſed induſtriam laudo. Succeſſu m.n.fortuna experientiā laus ſequitur.Hæc Varro in primo lib.ſcri-

pſit: de ratione uocabulorum ſcitiſſime: de uſu utriuſq; linguæ peritiſſime: de ipſo
Lælio clementiſſime. Sed in poſteriore eiuſdem libri parte dixit. Furem ex eo
dictum q. ueteres romani: furuum atrum appellauerint. & fures per noctem.
quæ atra ſit. facilius furentur. Nonne ſic uidet Varro de fure dixiſſe. tanq̃ Læ-
lius de lepore? Nam quod a græcis nunc κλέπτης. ideſt fur dicitur antiquiore
græca lingua φωρ eſt dictum. Hinc per affinitatem litterarum. quæ φωρ græce
eſt latine fur. Sed ea res fugerit ne tunc Varronis memoriam. an contra aptius
& cohærentius putarint. furem a furuo. ideſt nigro appellari. in hac re de uiro
tam excellentis doctrinæ non meum iudicium eſt.

Fur

¶ Hiſtoria ſuper libris ſibyllinis. ac de Tarqnio ſuperbo rege. ¶ Cap. xix

libri ſibyllini

IN antiquis annalibus memoría ſuper libris ſibyllinis hæc prodita
eſt. Anus hoſpita: atq; ícognita ad Tarquinium ſuperbum regem
adiit: nouẽ libros ferens quos eſſe dicebat diuina oracula. eos uel-
le dixit uenundare. Tarquinius precium percũtatus eſt. Mulier ni-
mium atq; ímenſum popoſcit Rex quaſi anus ætate deſiperet riſit. Tum illa fo-
culum corã eo: cũ igni appoſuit. tris libros nouem deurít: & ecquid reliquos
ſex eodem p̄cio emere uellet: regem interrogauit. Sed enim Tarquinius id mul-
to riſit magis. dixitq; anum iam ꝓculdubio delirare. Mulier ibidem ſtatim trís
libros alios exuſſit. atq; idipſum denuo placide rogauit: tris reliquos eodem il-
lo precio emat Tarquinius ore iam ſerio: atque attentiore animo fit. eam con-
ſtantiam confidẽtiamq; non inſuper habẽdam intelligit: & libros tris reliquos
mercatur nihilo minore pretio: q̃ quod erat petitum pro omnibus. Sed eã mu-
lierem tunc a Tarquinio digreſſam: poſtea nuſquam loci uiſam conſtitit. Li-
bri tres in ſacrarium conditi ſibyllini appellati. Ad eos quaſi ad oraculum qn-
decimuiri adeunt: quum dii immortales publice conſulendi ſunt.

¶ Quid geometriæ dicãt græci. Quibuſq; omnia iſta latinis uocabulis appel-
lentur. ¶ Caput. xx

FIgurarum quæ σχήματα geometræ appellant: genera ſunt duo: pla-
num & ſolidum. hæc ipſi uocãt ἐπίπεδον καὶ στερεόν. Planũ eſt quod
in duas partis ſolum lineas habet: qua latum eſt: & qua longum.
qualia ſunt triquetra: & quadrata: quæ in area fiunt ſine altitudine.
Solidum eſt: quando non longitudines modo: & latitudines planas numeri li-
nearum efficiunt: ſed etiam extollunt altitudines. quales ſunt ferme mete triã-
guli quas pyramidas appellant: uel qualia ſunt quadrata undiq; quæ κύβους illi:
nos quadrantalia dicimus κύβος enim eſt figura ex omni latere quadrata: qua-
les ſunt inqt. M. Varro teſſeræ. quibus in alueolo luditur: ex quo ipſe appella-
tæ κύβοι. In numeris etiam ſimiliter κύβος dicitur: quum omne latus eiuſdem nu-
meri æqualiter in ſeſe ſoluitur. ſicuti fit. quum ter terna ducunt. Atq; idẽ ipſe
numerus triplicat. huius numeri cubum Pythagoras uim habere lunaris circu-
li dixit: q. & luna orbem ſuum luſtret ſeptem & uiginti diebus: qui a numeris
ternio: qui græce dicit τριάς tantundẽ efficiat in cubo. Linea autem a noſtris di-
citur: quam γραμμήν græci uocant. Eam. M. Varro ita definit: Linea eſt inquit

longitudo

lõgitudo quædam ſine latitudine & altitudine. εὐκλείδης autem breuius præter
miſſa altitudine γραμμὴ eſt inquit μῆκος ἀπλατές: ideſt longitudo illatabilis: qđ
exprimere uno latine uerbo non queas: niſi audeas dicere illatabilis.

¶ Quod Iulius Higinus affirmatiſſime contẽdit legiſſe ſe librum. P. Virgilii
domeſticum: in quo ſcriptum eſſet. Et ora Triſtia tentantum ſenſu torquebit
amaror: non quod uulgus legeret ſenſu torquebit amaro. ¶ Cap. XXI.

VErſus iſtos ex georgicis uirgilii plærīq; omnes ſic legunt.
At ſapor indicium faciet manifeſtus: & ora.
Triſtia tentantum ſenſu torquebit amaro.
Higinus autem non hercle ignobilis grammaticus in commenta-
riis: quæ in uirgilium fecit confirmat: & perſeuerat: non hoc a uirgilio relictũ.
Sed quod ipſe inuenerit in libro qui fuerat ex domo: atq; familia uirgilii: Et ora
Triſtia tentantum ſenſu torquebit amaror. Neq; id ſoli Higino. ſed doctis qui amaror
buſdam etiam uiris complacitum quoniam uidetur abſurde dici. Sapor ſenſu
amaro torquet: quum ipſe inquiunt ſapor ſenſus ſit: non alium in ſemetipſo
ſenſum habeat: ac perinde ſit quaſi dicatur: ſenſus ſenſu amaro torquet. Sed
enim cum Phauorino Higinii commentarium legiſſem atq; ei ſtatim diſplici
ta eſſet inſolẽtia & inſuauitas amaroris. Iouem lapidem īquit quod ſanctiſſi-
mum iuſiurandum eſt habitum: paratus ſum ego iurare: uirgilium hoc nunq̃
ſcripſiſſe. Sed Higinum ego dicere uerum arbitror. Non enim primus finxit
hoc uerbum uirgilius inſolenter: ſed in carminibus Lucretii inuentum: non
eſt aſpernatus auctoritate poetæ ingenio & facundia præcellentis. Verba ex
quarto Lucretii hæc ſunt.
Deniq; in os ſalſi uenit humor ſæpe ſaporis:
Quum mare uerſamur propter: dilutaq; contra.
Quum tuimur miſceri abſcynthia tangit amaror:
Non uerba autem ſola: ſed uerſus prope totos & locos quoque Lucretii pluri-
mos ſectatum eſſe Virgilium uidemus.

¶ An qui cauſas defendit: recte latineq; dicat ſupereſſe id quod defendit: &
ſupereſſe proprie quid ſit. ¶ Cap. XXII

IRroborauit inueterauitq; falſa & aliena uerbi ſignificatio: quod
dicitur: hic illi ſupereſt quum dicendum eſt. Aduocatum eſſe quẽ
cuipiã: cauſamq; eius defendere Atq; id dicitur: non in compitis tã
tum neq; in plæbe uulgaria ſed in foro: in comitio: apud tribuna-
lia. Qui integre autem locuti ſunt: magnam partem ſupereſſe ita dixerunt: ut Adeſſe
eo uerbo ſignificarent ſuperfluere: & ſuperuacare atq; eſſe ſupra neceſſarium ſupereſſe
modũ Itaq;. M. Varro i ſatyra quæ īſcripta eſt: Neſcis quid ueſper uehat: ſup
fuiſſe dicit īmodice & ītẽpeſtiue fuiſſe. Verba ex eo libro hæc ſũt. In cõuiuio
legi nec oĩa debent: & ea potiſſimũ quæ ſimul ſint βιωφελῆ. i. uitæ cõmoda: &
delectẽt poti9: ut id quoq; nõ uideat̃ ſupfuiſſe. memini ego p̃toris docti homi
nis tribunali me fortaſſe aſſiſtere: atq; ibi aduocatũ nõ īcelebrẽ ſic poſtular̃: ut
q̃ cauſã diceret: rẽq; q̃ agebat̃ nõ attingeret. Tũc p̃torẽ ei cuia res erat dixiſſe

aduocatũ eum non habere: & quum is qui uerba faciebat reclamaſſet: ego illi
uir clariſſime ſuperſum: Reſpondiſſe prætorem feſtiuiter: Tu plane ſuperes:
non ades. M. autem Cicero in libro q̃ inſcriptus eſt de iure ciuili in artem redi-
gendo uerba hæc poſuit. Nec uero ſententia iuris maioribus ſuis. Q. Helius
Tubero defuit, doctrina etiam ſuperfuit. In quo loco ſuperfuit ſignificar̃ uide-
tur ſupra fuit: & præſtitit: ſuperauitq; maiores ſuos doctrina ſua ſuper fluẽti-
tum & nimis abũdãti. Diſciplinas enim Tubero ſtoicas & dialecticas percal-
luerat. In libro quoq; de repu. ſecundo: idipſum uerbum Ciceronis non teme-
re trãſeundũ. Verba ex eo libro hæc ſunt Non grauarer Læli: niſi & hos uelle
putarẽ: & ipſe cuperẽ te quoq; aliq̃ partẽ huius noſtri ſermonis attingere præ-
ſertim cũ heri ipe dixeris te nobis nõ ẽt ſupfuturũ: uerũ id quidẽ fieri non põt:
ne deſis oẽs te rogamus. Exquiſite igit & cõperte Iulius paulus dicebat: homo
in noſtra memoria doctiſſimus ſupeſſe nõ ſimplici rõne dici tã latine q̃ græce.
Græcos. n. περιεῖναι. i. uiuere: adeſſe: uiciſſe: etiã ĩ utraq; pte ponere: uel qđ ſup
uacaneũ cẽt: ac nõ neceſſariũ: uel qđ abũdãs nimis & afflues & exuperãs. Sic
quoq; noſtros ueteres ſupeſſe alias dixiſſe: p ſupfluẽti & ſupuacuo: nec admo
dũ neceſſario: ita ut ſupra poſuimus Varronẽ dicere. Alias ita ut Cicero dixit:
p eo qđ copia qdẽ & facultate cæteris anteiret: tũ ſupra modũ: & largius plixi
uſq; flueret: q̃ cẽt ſatis. Qui dicit ergo ſe ſupeſſe ei: quẽ defẽdit nihil iſtoꝝ uult
dicere: ſed neſcio qd aliud indictũ inſcitumq; dicit. Ac ne Virgilii qdẽ poterit
auctoritate uti: q ĩ georgicis ita ſcripſit. Prim9 ego ĩ patriã mecũ mõ uita ſupſit.
Hoc enĩ ĩ loco Virgilius ἀκυρότερον. idest minus pprie uerbo uſus uidetur:
quod ſuperſit dixit p lõginquius diutiuſq; adſit. illud cõtra eiuſdẽ Virgilii eſt
aliquanto probabilius: Florentiſq; ſecant herbas fluuioſq; miniſtrant:
Farraq; ne blando nequeant ſupereſſe labori.
Significat enim ſupra laborem cẽ: neq; opprimi a labore. An autem ſupereſſe
Superare — dixerint ueteres pro reſtare & perficiendæ rei deſſe quærebam9. Nam Saluſti
us in ſignificatione iſta non ſupereſſe: ſed ſuperare dicit. Verba eius in iugur-
tha. Is plerumque a rege exercitum ductare: & omnis res exequi ſolitus erat:
quæ iugurthæ feſſo, aut maioribus aſtricto ſuperauerant. Sed inuenimus. ĩ. iii.
Ennii annalium in hoc uerſu.
Inde ſibi memorat unum ſupereſſe laborem idest reliquum eſſe & reſtare.
Reſtare — Quod quia ideſt diuiſe pronunciandum eſt: ut non una pars orationis eſſe ui-
deatur: ſed duæ. Cicero aũt in. ii. antonianarum: quod eſt reliquum non ſuper-
eſſe: ſed reſtare dicit. Præter hæc ſupereſſe inuenimus dictum pro ſuperſtitẽ
ſupereſſe — eſſe. Ita enim ſcriptũ eſt in libro epiſtolarũ. M. Ciceronis ad. L. Plancũ: & ĩ epi-
ſtola. M. aſinii Pollionis ad Ciceronem uerbis his. Nam neq; deeſſe reip. uolo:
neque ſupereſſe. Per quod ſignificat: ſi reſpu. emoriatur: & pereat nolle ſe ui-
uere. In Plauti autem aſinaria manifeſtius idipſum ſcriptum eſt in his uerbis:
quæ ſunt eius comœdiæ prima. Sicut tuum uis unicum gnatum tuæ ſupereſſe
uitæ ſoſpitem & ſuperſtitẽ. Cauenda igitur eſt nõ ĩproprietas ſola uerbi. ſed
etiã prauitas omnis: ſiquis ſe nũc ſenior aduocatus adoleſcẽti ſupereſſe dicat.

Quis fuerit

Tria Epigramata triu veteru poetaru,

¶ Quis fuerit Papyrius prætextatus: q̄ue iſtius cauſa cognom̄eti ſit hiſtoriaq; iſta omnis ſuper eodem Papyrio cognitu iocunda. Cap. XXIII.

Papyrius

HIſtoria de Papyrio prætextato dicta: ſcripta eſt a. M. Catone oratione qua uſus eſt ad milites cōtra Galbam: cū multa qdē uenuſtate atq; luce: ac mūdicia uerborum. Ea Catonis uerba: huic prorſus commentario indidiſſem: ſi libri copia fuiſſet id tēporis: quum hæc dictaui. Quod ſi nō uirtutes dignitateſq; uerborum: ſed rem ipſam ſcire quæris: res ferme ad hunc modum eſt. Mos antea ſenatoribus romæ fuit: in curia cum prætextatis filiis introire. Tunc quidem in ſenatu res maior quæpiam cōſultata: eoq; in diem poſterum prolata eſt. Placuitq; ut eā rem ſuper quā tractauiſſent: nequis enunciaret: priuſq̄ decreta eſſet. Mater papyrii pueri: qui cū parente ſuo in curia fuerat: percontata eſt filium: quidnam ī ſenatu patres egiſſent. Puer reſpondit tacendum eſſe: neq; id dici licere. Mulier fit audiendi cupidior ſecretum rei: & ſilentium pueri: animumq; eius ad inquirendum euerberat. Quærit igitur compreſſius uiolentiuſq;. Tum puer matre urgente: lepidi: atq; feſtiui mendacii conſilium capit: actum in ſenatu dicit utrum uideret̃ utilius: exq; repu. eſſe: unus ne ut duas uxores haberet: an ut una apud duos nupta eſſet. Hoc illa ut audiuit: animus compaueſcit. domo trepidans egredit̃: ad cæteras matronas peruenit. Ad ſenatum poſtridie matrum familias caterua lachrymantes: atq; obſecrantes orant: una potius ut duobus nupta fieret: q̄ ut uni duæ. Senatores ingredientes in curiam: quæ illa mulierum intemperies: & quid ſibi poſtulatio illa uellet mirabantur. Puer Papyrius in medium curiæ ꝓgreſſus: quid mater audire inſtitiſſet: quid ipſe matri dixiſſet: rem ſicuti fuerat denarrat. Senatus fidem atq; ingeninm pueri exoſculatur. Conſultum facit: uti poſthac pueri cum parentibus in curiam ne introeant: niſi ille unus Papyrius. Atq; puero poſtea cognomentum honoris gratia inditum Prætextatus ob tacendi loquendiq; in ætate prætextata prudentiam.

Prætextatus

¶ Tria epigrām̄ata trium ueterū poetarū: Neuii: Plauti: Pacuuii: quæ facta ab ipſis: eorum ſepulchris inciſa ſunt. Cap. XXIIII.

TRium poetaꝝ illuſtriū epigrāmata Cn. Neuii: Plauti. M. Pacuuii: q̄ ipſi fecerūt & īcidēda ſuo ſepulchro reliquerūt: notabilitas eoꝝ gratia: ac uenuſtatis/ſcribēda ī his cōmētariis eſſe duxi. Epigrāma Neuii plenū ſupbiæ cāpanæ/qđ teſtmoniū eē iuſtū potuiſſet/niſi ab ipodictum eſſet. Immortales mortales ſi foret fas flere:

Neuii epigramma.

Flerent diuæ camenæ Neuium poetam.
Itaq; poſtq̄ eſt orchio traditus theſauro:
Obliti ſunt Romæ lingua latina loquier.

Loquier

¶ Epigramma Plauti/quod dubitaſſemus an plauti foret/niſi a. M. Varrone poſitum eſſet in libro de poetis primo.

Plauti Epigramma

Poſtq̄ eſt morte captus plautus/
Comœdia luget/ſcæna eſt deſerta.
Deinde riſus/ludus/iocuſq;/& numeri.

Inducie: belli sunt ferie

Innumeri ſimul omnes collachrymarunt.

Plauti Epigramma

¶ Epigrãma Pacuuii uerecũdiſſimũ.& puriſſimũ dignũq; eius elegãtiſſima grauitate
Adoleſcens tametſi properas.hoc te ſaxum rogat.
Vt ſe aſpicias.deinde quod ſcriptum eſt legas.
Hic ſunt poetæ Pacuuii marci ſita oſſa.
Hoc uolebam neſcius ne eſſes. Vale.

¶ Quibus uerbis.M.Varro inducias definierit/quæſitum q; inibi curioſius/quænam ratio ſit uocabuli induciarum. Cap. XXV

inducie

Duobus modis.M.Varro in libro humanarum/qui eſt de bello & pace/induciæ quid ſint definit/Induciæ inquit ſunt pax caſtrenſis paucorum dierum. Item alio in loco.Induciæ inquit ſunt belli feriæ.Sed lepide magis atq; iocundæ breuitatis: utraq; definitio: q̃ plena aut proba eſſe uidetur. Nam neq; pax eſt induciæ:bellum enim manet: pugna ceſſat.Neq; in ſolis caſtris:neq; paucorum tantum dierum induciæ ſũt. Quid enim dicemus ſi induciis in menſium aliquot factis:caſtris concedatur: nonne tum quoq; induciæ ſunt? Aut rurſus quid eſſe id dicemus:quod in primo annalium quadrigarii ſcriptum eſt.C. Pontium ſamnitem a dictatore Romano ſex horarum inducias poſtulaſſe.ſi induciæ paucorum tantum dierum appellãdæ ſunt.Belli aũt ferias feſtiue magis dixit:q̃ aperte atq; definite.Græci autem ſignificãtius conſignãtiuſq; ceſſationẽ iſtã pugnæ pacticiã ἐκεχειρίαν.i. manibus tẽperationem dixerunt:exempta una littera ſonitus uaſtioris: & ſubiuncta lenioris.Nam quod eo tempore non pugnetur:& manus cohibeantur. ἐκεχειρίαν ideſt inducias ab abſtinendis manibus appellarunt.Sed profecto nõ id fuit uarroni negocium:ut inducias ſuperſtitioſe definiret:& legibus rationibuſq; omnibus definitionum inſeruiret.Satis enim uiſum eſt:eiuſmodi facere demonſtrationem.

Satis visum est

Quod genꝰ græci τύπους ideſt formas magis & ὑπογραφάς ideſt deſcriptiones:q̃ ὁρισμούς ideſt definitiones uocant.Induciarum autem uocabulum.qua ſit ratione factum : iam diu eſt ꝗ quærimus.Sed ex multis quæ iam audiuimus uel legimus probabilius:id quod dicam uidetur. Inducias ſic dictas arbitramur: quaſi tu dicas induci anſam. Pactum induciarum eiuſmodi eſt:ut in diem certum non pugnetur: nihilq; incommodi detur:ſed ex eo die poſtea uti iam omnia belli iure agantur. Quod dicitur dies certus præfinitus: pactũq; fit : ut ante eum diem ne pugnetur;atq; is dies ubi uenit:inde uti iam pugnetur.Iccirco ex hiis quibus dixi:uocibus quaſi per quẽdam coitum & copulam:nomen induciarum connexum eſt. Aurelius autem Opilius primo librorum:quos muſarum inſcripſit.Induciæ inquit dicuntur : quum hoſtes inter ſeſe utrinq; ultro citroq; alteri ad alteros impune:& ſine pugna ineunt.Inde ab eo inquit nomen eſſe factum uidetur :quaſi initus atq; introitus.Hoc ab Aurelio ſcriptum propterea non præterii:ne cui harum noctium æmulo:eo tã tũ nomine elegãtius id uideretur : tanq̃ id nos originẽ uerbi reqrentes fugiſſet.

Alio modo Inducie,

¶ Quem in modum mihi Taurus philoſophus reſponderit: percontanti an ſapiens iraſceretur. Cap. XXVI

INterrogaui in diatriba Taurum an ſapiens iraſceretur? Dabat enĩ ſæpe poſt quotidianas lectiones: quærendi: quod quis uellet poteſtatem. Is cum grauiter: & copioſe de morbo affectu ue iræ diſſeruiſſet: quæ & in ueterꝝ libris: & in ipſius commentariis expoſita ſunt: conuertitur ad me qui interrogaueram: Et hæc ego inquit ſup iraſcendo ſentio Sed quid & Plutarchus noſter uir doctiſſimus: & prudentiſſimus ſenſerit: nõ ab re eſt ut id quoq; audias Plutarchus inquit ſeruo ſuo nequã homini & contumaci: ſed libris diſputationibuſq; philoſophiæ aures imbutas habenti tunicã detrahi. ob neſcio quod delictũ: cædiq; eũ loro iuſſit: cœperat uerberari: obloquebatur: non meruiſſe: ut uapulet: nihil mali: nihil ſceleris admiſiſſe. Poſtremo uociferari interuapulãdũ incipit. neq; iam q̃rimonias aut gemitus eiulatuſq; facere: ſed uerba ſeria & obiurgatoria. Non ita eſſe Plutarchum: ut diceret phm iraſci turpe eẽ ſæpe eũ de malo iræ deſertauiſſe: librꝝ quoq; περὶ ἀοργησίας ideſt de non iraſcendo uel iraſcibilitate pulcherrimum conſcripſiſſe. Is omnibus: quæ in eo libro ſcripta ſunt: nequaq̃ conuenire: q̃ puolutus: effuſuſq; in iram plurimis ſe plagis mulctaret. Tum Plutarchus lente & leniter: qd autem ĩquit uerbero: nunc ego tibi iraſci uideor? ex uultu ne meo: an ex uoce: an ex colore: an etiã ex uerbis correptum eſſe me ira ĩtelligis? Mihi quidem neq; oculi (opinor) truces ſunt: neq; os turbidũ: neq; ĩmaniter clamo: neq; ĩ ſpumã: roboremue efferueſco. Neq; pudẽda dico: aut pœnitẽda: neq; oĩno trepido ita & geſtio: hæc enĩ oĩa ſi ignoras: ſigna eſſe irarꝝ ſolẽt: & ſimul ad eũ q cedebat: cõuerſus interi inqt: dũ ego atq; hic diſputamus: hoc tu age. Sũma ãt totius ſñiæ Tauri hæc fuit: nõ idẽ eſſe exiſtimauit ἀοργησίαν καὶ ἀναλγησίαν. i. iniraſcẽtiã & indolentiã. Aliudq; eẽ nõ iracũdũ animũ: aliud ἀνάλγητον καὶ ἀναίσθητον. i. hebetẽ ac ſtupẽtẽ. Nã aliorꝝ omniũ quos latini philoſophi affectus uel affectiões græci πάθη appellãt: ita huius quoq; motus animi: q cũ eſt ulciſcendi cauſa ſeuior/ ira dicit̃/ nõ priuationẽ eſſe utilẽ cenſuit/ quã græci στέρησιν dicunt: ſed mediocritatem: quam μετριότητα illi appellant.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER SECVNDVS.

¶ Quo genere ſolitus ſit philoſophus Socrates exercere patientiam corporis: deque eiuſdem uiri patientia. Cap. I.

INter labores uolũtarios: & exercitia corporis ad fortuitas patiẽtiæ uices firmamẽtũ id quoq; accepimus Socratẽ facere inſueuiſſe/ ſtare ſolitus Socrates dicit̃ pertinaci ſtatu pdius/ atq; pnox a ſummo lucis ortu ad ſolẽ alterũ orientẽ incõueniẽs/ ĩmobilis iiſdẽ in ueſtigiis/ & ore atq; oculis eundẽ in locũ directis cogitabũdus/ tãq̃ quodã ſeceſſu mẽtis/ atq; aĩ facto a corpore/ Quãrem cum Phauorinus de fortitudine eius uiri/

Quare veteres: h. lr̄az l' ponis ſpiritū vole īmiſerit,

ut pleraq; diſſerens attigiſſet πολλάκις.i.ſæpenumero inqt ἐξ ἡλιού εἰς ἥλιον εἱςτήκει ἀστραβέστερος τῶν πρέμμον .i.de ſole ad ſolē erectior ſtipitibus arborū ſteterat. Tēperantia quoq; eū fuiſſe tanta traditū eſt: ut oīa fere uitæ ſuæ tēpora ualitudine inoffenſa uixerit. In illius ēt peſtilētiæ uaſtitate: q̄ in bello pelopōneſiaco īprime ipſam athenienſiū ciuitatē internecino genere morbi depopulata eſt. is parcēdi: moderandiq; rōnibus dicit̄: & a uoluptatū labe cauiſſe: & ſalubritates corporis retinuſſe. ut nequaq̄ fuerit communi omnium cladi obnoxius.

Internecino gñe morbi,

Quæ rō obſeruatioq; officioꝝ eē debeat īter pr̄es: filioſq; ī diſcūbēdo ſedēdoq;: atq; ī id gēus rebus: domi foriſq;: Si filii magiſtratus ſūt & pr̄es priuati: ſupq; ea re Tauri ph̄i diſſertatio & exēplū ex hiſtoria romana petitū. Cap.II.

AD philoſophū Tauꝝ athenas: uiſēdi cognoſcēdiq; eius gratia: uenerat uir clariſſimus: p̄ſes Cretæ ꝓuinciæ: & cū eo ſimul eiuſdē p̄ſidis pr̄. Taurus ſectatoribus cōmodū dimiſſis ſedebat pro cubiculi foribus: & cū aſſiſtētibus nobis ſermocinabat̄. Introiuit ꝓuinciæ p̄ſes: & cū eo pr̄. Aſſurrexit placide Taurus & poſt mutuā ſalutationē reſedit. Allata mox una ſella eſt qua in prōptu erat: atq; dū aliæ ꝓmebant̄: appoſita eſt. Inuitauit Taurus patrē p̄ſidis ut ſederet. Atq; ille ait ſedeat hic potius qui po.ro. magiſtratus eſt. Abſq; p̄iudicio inqt Taurus tu interea ſede quū īſpicimus. q̄rimuſq; utrū cōueniat te ne potius ſedere: q pr̄ es: an filiū q magiſtratus ē. Et cū pr̄ aſſediſſet: appoſitūq; eſſet aliud filio quoq; eius ſedile: uerba ſup ea re taurus facit cū ſūma dii boni: honoꝝ atq; officioꝝ ꝑpēſatiōe Eoꝝ uerboꝝ ſn̄ia hæc fuit. In publicis locis: atq; mūeribus: atq; actiōibus patꝝ iura: cū filioꝝ q in magiſtratu ſunt poteſtatibus collata īter quieſcere paululū & cōniuere. Sed quū extra rēp. ī domeſtica re: atq; uita ſedeat̄: ambularet̄: ī cōuiuio quoq; familiari diſcūbat̄: tū inter filiū magiſtratū: & patrē priuatū publicos honores ceſſare: naturales & gēuinos exoriri: hoc igit̄ inqt: q; de me uēiſtis: q; colloqmur nūc: q; de officiis diſceptamus: priuata actio eſt: Itaq; utere apd' me iis honorib9 prior: qb9 domi quoq; ur̄æ te uti priorē decet. Hæc atq; alia in eādē ſn̄iam taurus grauiter ſimul & comiter diſſeruit: qd āt ſup huiuſcemōi pr̄is atq; filii officio apd' Claudiū legerimus: nō eē ab re uiſū eſt: ut adſcriberemus. Poſuimus igit̄ uerba ip̄a q̄drigarii ex ānali eius. vi. trāſcripta Deide facti ī cōſules Sempronius Gracchus iteꝝ. Q. Fabius maximus filius eius q priore anno erat cōſul: ei cōſul pr̄ ꝓcōſul obuiā ī æquo uehēs uenit. Neq; deſcēdere uoluit: q; pater erat: & q; inter eos ſciebat maxima concordia conuenire: lictores non auſi ſunt deſcēdere iubere. Vbi iuxta uenit tū cōſul ait deſcēdere iube: qd' poſtea q̄ lictor ille qui apparebat cito intellexit. Maximū procōſulē deſcendere iuſſit. Fabius īperio paret: & filiū collaudauit: quum imperiū: quod populi eſſet: retineret.

Filiorum in patres officium

Qua rōne uerbis qbuſdā uocabuliſq; ueteres īmiſerūt. h. lr̄æ ſpiritū. C.III.

HLr̄a: ſiue illā ſpiritū magis q̄ litterā dici oportet: inſerebāt eā ueteres noſtri pleriſq; uocibus uerboꝝ firmādis roborādiſq;: ut ſonus eaꝝ eēt uiridior uegetiorq;. Atq; id uident̄ feciſſe ſtudio & exēplo līguæ attice ſatis notū eſt atticos ἰχθὺν ἵρον .i. piſcē pauperē. multa itidem alia:

H littera

Fidum optatumq multi nois gramaticum,

itidē alia: citra morē gentium græciæ cæterarū inſpiratis prime litteræ dixiſſe. Sic lachrymas. ſic ſepulchrū. ſic ahenum ſic uehemēs. ſic ichoare. ſic helluari. ſic allucinari. ſic honera: ſic honuſtum dixerunt. In his uerbis oibus litteræ ſeu ſpiritus iſtius nulla ratio uiſa eſt. niſi ut firmitas & uigor uocis: q̄ſi quibuſdam neruis additis intenderet̃. Sed quoniā aheni quoq; exemplo uſi fuimus uenit nobis in memoriam. Fidum optatumq; multi nominis romæ grāmaticū oſtendiſſe mihi librū æneidos ſecundū mir ādæ uetuſtatis: emptū in ſigillariis. xx. aureis. quē ipſius Virgilii fuiſſe credebat: in quo duo iſti uerſus quū ita ſcripti forent. Veſtibulum ante ipſum. primoq; in limine pyrrhus. Exultat telis & luce coruſcus aena. additam ſupra uidimus. h. litterā. & ahena factū. Sic i illo quoq; Virgilii uerſu in optimis libris ſcriptū iuenimus. Aut foliis undā tepidi diſpumat aheni.

Lachrymæ. Sepulchrū. Ahenum Vehemens. inchoare helluare hallucinare. Honera. Honuſtū

Venit in memoriam

❡ Qua ob cauſam. C. Baſſus genus quoddā iudicii diuinationē appellari ſcripſit. Et quam aliam cauſam eſſe eius uocabuli dixerunt. Cap. IIII

QVum de conſtituendo accuſatore quærit̃. iudiciūq; ſuper ea reddit̃. cuinam potiſſimum ex duobus pluribuſue accuſatio: ſubſcripta ne in reum ꝑmittat̃. ea res atq; iudicium cognitio diuinatio appellat̃. Id uocabulum quam ob cauſam ita factum ſit quæri ſolet. C. Baſſus in tertio librorū: quos de origine uocabulorū cōpoſuit. Diuinatio inquit iudicium appellat̃. quoniam diuinare quodāmodo iudicē oportet: quā ſnīam ſeſe ferre par ſit. Nimis quidem eſt in uerbis. C. Baſſi rō imperfecta uel magis inops & ieiuna. Sed uidetur eum ſignificare uelle: iccirco dici diuinationem: ꝗ in aliis quidem cauſis iudex ea quæ didicit: quæq; argumētis uel teſtibus demonſtrata ſunt ſequi ſolet. In hac autem re: quum eligendus accuſator eſt parua admodū: & exilia ſunt: quibus moueri iudex poſſit/ & propterea ꝗnam magis ad accuſandum idoneus ſit: quaſi diuinādū eſt. Hæc Baſſus. Sed alii quidam diuinationem eſſe appellatam putant/ quoniam quum accuſator & reus duæ res q̄ſi cognatæ: cōiunctæq; ſint: neq; una ſine altera cōſtare poſſit. in hoc tamen genere cauſæ reus quidem iam eſt. ſed accuſator nondum eſt: & iccirco quod adhucuſque deeſt: & latet diuinatione ſupplēdum eſt: quiſnam accuſator ſit futurus.

Diuinatio

❡ Quam lepide deſignateq; dixerit Phauorinus philoſophus/ quid interſit inter Platonis & lyſiæ orationem. Cap. V.

PHauorinus de Lyſia & Platone ſolitus ē dicere: ſi ex platonis inqt oratione uerbum aliquod demas: muteſue: atq; id cōmodiſſime facias/ de elegantia tamen detraxeris/ ſi ex Lyſiæ de ſententia.

Plato Lyſias

❡ Quibus uerbis ignauiter & abiecte Virgilius uſus eſſe dicatur: & quid iis qui improbe dicunt reſpondeatur. Cap. VI.

NOnnulli grāmatici ætatis ſupioris in qbus eſt Cornutus Anneus/ haud ſane indocti/ neque ignobiles/ q cōmentaria in Virgiliū cōpoſuerūt: repræhendūt/ quaſi icurioſe & abiecte uerbū poſitum in his uerſibus Candida ſuccinctā latrantibus inguina monſtris

Cornutus Anneus

haud ſane indocti,

Buſyrus hoſpites ſuos dijs immolare ſolebat

Dulichias uexaſſe ratas:& gurgite in alto.
At timidos nautas canibus laceraſſe marinis.

Vexaſſe enim putant uerbum eſſe leue:& tenuis ac parui incōmodi:nec tantæ atrocitati congruere:quum homines repēte a bellua immaniſſima rapti:laniati ꝙ ſint.Item aliud huiuſcemodi reprehendūt.Omnia iam uulgata:quis aut euryſtea durum.Aut illaudati neſcit buſyridis aras? Illaudati parū idoneum uerbum eſſe dicunt:neq; id ſatis eſſe ad faciendam ſcelerati hominis deteſtationē: qui ꝙ hoſpites omnium gentium immolare ſolitus fuit:non laude indignus: ſed detractione execrationeq; totius generis humani dignus eſſet. Item aliud uerbum culpauerunt.Per tunicam ſquallentem auro latus aurit apertum tanꝗ non conuenerit dicere:auro ſquallētem quoniā nitoribus:ſplendoribuſq; auri ſqualloris illuuies ſit cōtraria.Sed de uerbo uexaſſe ita reſpōderi poſſe credo: uexaſſe graue uerbum eſt.Factumq; ab eo uidetur quod eſt uehere:in quo eſt iam uis quædā alieni arbitrii:Non.n. ſui potens eſt qui uehit᷑. Vexare autem: ꝙ ex eo inclinatum eſt:ui atq; motu diſtrahitur:is uexari proprie dicitur:ſicuti taxare preſſius:crebriuſq; eſt:ꝗ tangere. unde proculdubio id inclinatum eſt: & iactare multo fuſius:largiuſq; eſt:ꝗ iacere:id unde uerbum traductum eſt. Et quaſſare:ꝗ quatere grauiusuiolentiuſq; eſt.Non igitur quia uulgo dici ſolet.uexatum eſſe quem fumo:aut uento :aut puluere: propterea debet uis uera.atq; natura uerbi deperire. quæ a ueteribus: qui proprie ac ſignate locuti ſunt:ita ut decuit conſeruata eſt.M.Catonis uerba ſunt ex oratione : quam de acheis ſcripſit.Cumq; annibal terram italiam laceraret:atq; uexaret.uexatam italiam dixit Cato ab Annibale:quādo nullum calamitatis: aut ſeuitiæ:aut īmanitatis genus reperiri queat:ꝙ in eo tempore italia non perpeſſa ſit.M.Tullii in uerrem quæ ab iſto ſic ſpoliata atq; direpta eſt.ut non ab hoſte aliquo.qui tamen in bello religionem & conſuetudinis iura retinet. ſed ut a barbaris prædonibus uexata eſſe uideatur. De illaudato autem duo uidentur reſponderi poſſe.Vnum eſt ciuſmodi: nemo quiſquā tam efferris eſt moribus:quin faciat: aut dicat nonnunꝗ aliquid quod laudari queat:unde hic antiquiſſimus uerſus uice prouerbi celebratus eſt.

(Vehere / Vexare / Taxare / Tāgere / Iactare / Iacere / Quaſſare / Quatere)

(Illaudatus)

πολλάκι καὶ κηπωρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν.idest.

Sæpe etiam eſt olitor ualde opportuna locutus

Sed.n.qui omni in re:atq; omni tēpore laude omni uocat:is illaudatus eſt.Iſq; omniū peſſimus deterrimuſq; eſt.Sicuti omnis culpæ priuatio:inculpatū facit Inculpatus autem inſtar eſt abſolutæ uirtutis. Illaudatus quoq; finis eſt extremæ malitiæ.Itaq; Homerus non uirtutibus appellandis:ſed uitiis detrahēdis laudare ampliter ſolet:hoc.n.eſt κὺδαμάντις ἀμύμων.Et τὼ δ᾽ οὐκ ἀκόντε πετέσθην. id eſt fari inculpabilis auſpes:& illa aut inuita uolarunt.Et item illud.

(Inculpatus)

ἔνθ᾽ οὐκ ἂν ὑβρίζοντα ἴδοις ἀγαμέμνονα δῖον.
οὐδὲ καταπτόσσοντ᾽ οὐδ᾽ οὐκ ἐθέλοντα μάχεσθαι.idest:

Tunc neq; cernere erat torpentem agamēnona diuum.
Nec pauidum:uel nolentem decernere ferro.

Epicurus

Epicurus quoq; ſimili modo maximã uoluptatẽ: detractionẽ priuationẽq; om-
nis doloris definiuit his uerbis ὅρος τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις i. hæc eſt definitio
doloris detractio. Eadẽ rõne idem Virg. inamabilẽ dixit ſtigiã paludẽ. Nã ſicut
illaudatũ κατα. i. ſecundũ laudis ςέρησιν. i. priuationẽ: ita inamabilẽ κατα amoris
ςέρησιν deteſtatus eſt. Altero modo illaudatus ita defenditur. laudare ſignificat — Inamabilis
priſca lingua nominare: appellareq;: ſic in actionibus autem ciuilibus laudari — Laudare
id dicitur: quod eſt nominatius. Illaudatus enim eſt quaſi illaudabilis: qui neq;
mentione. aut memoria ulla dignus: neq; unquam nominandus eſt. Sicuti quõ
dam a communi conſilio aſiæ decretum eſt: uti nomen eius: qui templũ dianæ
epheſiæ incenderat: nequis ullo in tempore nominaret. Tertium reſtat ex hiis:
quæ reprehenſa ſunt: ꝗ tunicam ſqualentẽ auro dixit. Id autem ſignificat copi — Squalere.
am denſitatẽq; auri in ſquamaꝝ ſpeciem intexti. Squallere enim dictum eſt a
ſquamaꝝ crebritate: aſperitateq;: quæ in ſerpentum piſciumq; coriis uiſuntur
Q uã rem & alii: & hic quidem poeta locis aliquod demonſtrat. Q uem pellis — Squalor
inquit ahenis in plumã ſquamis auro conſerta tegebat. Et alio loco. Iamq; adeo
rutilũ thoraca ĩdutus Ahenis. Horrebat ſquamis. Accius ĩ pelopidis ita ſcribit.
Eius ſerpentis ſquamæ ſqualido auro: & purpurea prætextæ. Q uicquid igiť
nimis inculcatũ obſitũq; aliqua re erat & incuteret uiſentibus facie noua hor-
rorẽ id ſqualere dicebať ſic ĩ corꝑibus ĩcultis ſquamoſiſq; alta cõgerie ſordium
ſqualor appellabať. Cuius ſignificatiõis multo aſſiduoq; uſu totũ id uerbũ ita
cõtaminatũ eſt: ut iã ſqualor de re alia nulla: q̃ de ſolis ĩqnamẽtis dici cœperit.

¶ De officio erga parẽtes liberoꝝ: deq; ea re ex p̄hiæ libris: ĩ qbus ſcriptũ q̃ſi
tũq; eſt: an ſemꝑ in oĩbus patris iuſſis obſequẽdũ ſit. Cap. VII.

Q Veri ſolitum eſt in philoſophoꝝ deceptatiõibus: an ſemper inq; — Officia filiorũ in patres
oĩbus iuſſis patri parẽdũ ſit. Super ea re græci: noſtriq; qui de offi
ciis ſcripſerunt: tres ſententias eſſe quæ ſpectãdæ conſiderandeq;
ſint: tradiderũt: eaſq; ſubtiliſſime diiudicauerũt. Eaꝝ una eſt: omni
bus quæ pater imperat parendũ. Altera eſt: in quibuſdã parendũ: quibuſdam
non obſequẽdũ. Tertia eſt: nihil neceſſum eſſe patri obſeq: & parere. Hæc ſen
tẽtia quoniã primore aſpectu nimis ĩfamis eſt: ſuper ea prius quæ dicta ſunt:
dicemus Aut recte inquiũt imperat pater: aut perperã. Si recte imperat: non
quia imperat parendũ: ſed quoniam id fieri ius eſt: faciendũ eſt. Si perperam:
nequaq̃ ſcilicet faciendum quod non fieri oportet. Deinde ita cõcludũt/nequa
q̃ eſt igitur patri parendum/quæ imperat. Sed neq; iſtam ſententiã ꝓbari acce
pimus. Argutiola quippe hæc: ſicuti mox oñdemus/friuola & inanis eſt. Neq;
aũt illa quã primo in loco diximus: uera & proba uideri poteſt/omnia eſſe quæ
pr̃ iuſſerit parẽdũ. Q uid enim ſi ꝓditionẽ patriæ: ſi matris necem/ſi alia quæ
dã imperarit turpia/aut impia. Media igitur ſententia optima/atq; tutiſſima ui
ſa eſt. Q uædam eſſe parendum: quædam non obſequendum. Sed ea tamen
quæ obſequi nõ oportet leniter & uerecunde/ ac ſine deteſtatione nimia ſine
obprobratione acerba reprehenſionis declinanda ſenſim/& relinquenda eſſe
dicunt: q̃ reſpuenda. Concluſio uero illa: qua colligiť ſicuti ſupra dictum eſt:

Omnia q̄ in hūanis fiunt: aut honeſta ſunt aut turpia,

nihil patri parēdum:imperfecta eſt.Refutari ac dilui ſic poteſt.Omnia quæ in
rebus humanis fiunt.ſicuti docti cenſuerūt:aut honeſta ſunt:aut turpia.Quæ
ſua ui recta:aut honeſta ſunt ut fidem colere:ut patriā defendere:ut amicos
diligere:ea fieri oportet:ſiue imperet pater:ſiue non imperet.Sed quæ his cō
traria:quæq; turpia & omnino iniqua ſunt ea ne ſi imperet quidem:Quæ ue
ro in medio ſunt:& a græcis tum ἀδιάφορα.i.indifferentia:tum μέσα.i.media ap
pellantur:ut in militiā ire:rus colere:honores capeſcere:cauſas defendere:uxo
rem ducere:uti iuſſum pficiſci.ut accerſitū uenire:quoniā:& hæc:& his ſimi
lia per ſeſe ipſa neque honeſta ſunt:neq; turpia:ſed perinde ut a nobis agunt
ita ipſis actionibus aut probāda fiunt:aut reprehēdēda.propterea in huiuſmo
di oīum rex generibus patri parendū eſſe cenſent:ueluti ſi uxorē ducere impe
ret.aut cauſas pro reis dicere:quod.n.utrūq; in genere ipſo:per ſeſe neq; hone
ſtū.neq; turpe eſt:iccirco ſi pater iubeat obſequēdū ē.Quid.n.ſi īperet uxorē
ducere infamē:propudioſam crimino ſam? Aut pro reo Catilina aliquo:aut.C.
Bibulo.aut.P.Clodio cauſam dicere? non ſcilicet parēdum:quoniā accedente
aliquo turpitudinis numero deſinunt eē per ſeſe hæc media.atque indifferen
tia.Non ergo integra eſt propoſitio dicēda:aut honeſta ſunt q̄ īperat pater:aut
turpia.Neq; ὑγιὲς νόμιμον διεζευγμένον.i.ſanū legitimum diſiunctū uideri poteſt
deeſt enim diſiunctioni iſti tertiū:aut neq; honeſta ſunt.neq; turpia.quod ſi
additur.poteſt ita concludi.nonnunq̄ eſt igitur patri parendum.

Quod parum æqua repræhenſio epicuri a plutarcho peracta ſit in ſyllogiſ
mi diſciplina. Cap. VIII.

PLutarchus ſecūdo librox:quos de Homero cōpoſuit:imperfecte
atq; præpoſtere:atq; inſcite ſyllogiſmo eſſe uſum Epicurū dicit.
Verbaque ipſa Epicuri ponit ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς τὸ γὰρ διαλυθὲν
ἀναισθητεῖ.τὸ δὲ ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς.i.mors nihil ad nos:Nā
diſſolutū nō ſentit:qđ aūt nō ſentit nihil ad nos.Nā p̄termiſit inq̄t ꝙ in prima
parte ſumere debuit ὁ θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις:ideſt mors animæ &
corporis diſſolutio.Tum deinde eodem ipſo:quod omiſerat q̄ſi poſito cōceſſe
q; ad confirmandum aliud utitur.progredi autem hic inquit ſyllogiſmus niſi
illo prius poſito non poteſt.Vere hoc quidem Plutarchus de forma & ordine
ſyllogiſmi ſcripſit.Nam ſi ut in diſciplinis traditur:ita colligere:& ratiocinari
uelis:ſic dici oportet:ὁ θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις,τὸ δὲ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ
τὸ δὲ ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς:ideſt mors animæ corporiſq; eſt diſſolutio:
diſſolutum autem non ſentit.quod uero non ſentit:nihil ad nos.Sed Epicurus
cuiuſmodi homo eſt non inſcitia uidetur partem illam ſyllogiſmi prætermiſ
ſe.Neq; id ei negociū fuit ſyllogiſmum tanq̄ in ſcholis philoſophox cū nu
meris oībus/& cum ſuis finibus dicere.Enim pfecto quia ſeparatio aīæ & cor
poris in morte euidēs eſt/non eſt ratus neceſſariā eſſe eius admonitionē/quod
oībus prorſus erat obuiū:ſicuti etiā ꝙ concluſionē ſyllogiſmi nō in fine poſu
it/ſed in principio.Nā id quoq; nō impꝛite factum:quis nō uidet? Apud Plato
nē quoq; multis in locis reperias ſyllogiſmos repudiato conciſoq; ordine iſto/
qui in docē

ἀδιάφορα
μέσα media
Patri nō ēē obſequendum
Ratiocinatio
Mors

quí in docendo traditur.cũ elegãti quadã repræhẽſionis cõtentiõe poſitos eſſe.

¶ Q̃ d idẽ Plutar.euidẽti calũnia uerbũ ab Epicuro dictũ ĩſectatus ſit.Ca.IX.

IN eodẽ libro idem Plutarchus eundẽ Epicuꝝ repræhẽdit:q̇ uerbo uſus ſit paꝝ proprio & alienæ ſignificatiõis.Ita.n.ſcripſit Epicurus ὅρος τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν.ἡ παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις.i.defi-nitio magnitudĩs uoluptatũ:oĩs doloris ſublatio. Nõ inq̃t παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος .i.oĩs dolentis ſed παντὸς τοῦ ἀλγεινοῦ .i.omnis rei anxiæ:& triſtis dicere oportuit.Detractio enim ſignificãda eſt doloris inquit:non dolentis Nimis minute ac prope etiã ſubfrigide plutarchus in epicuro accuſando λέξεις θηρεύει idest dictiones rimatur.has enim curas uocum uerborumq; elegantias: non modo non ſectatur epicurus:ſed etiam inſectatur.

¶ Quid ſint fauiſſæ capitolinæ:& quid ſuper eo uerbo.M.Varro Ser.Sulpitio quærenti reſcripſerit. Cap. X.

SEruius Sulpitius iuris ciuilis auctor:uir bene litteratus:ſcripſit ad M.Varronẽ:rogauitq; ut reſcriberet quid ſignificaret uerbũ qđ in cenſoriis libris ſcriptũ eſſet id erat uerbũ fauiſſe capitolinæ.Varro reſcripſit.ĩ memoria ſibi eſſe q̇.Q.Catullus curator reſtituendi capitolii dixiſſet.uoluiſſe ſe aream capitolinam deprimere:ut pluribus gradibus in eandẽ cõſcenderet.Suggeſtuſq; pro faſtigii magnitudĩe altior fieret:ſed facere id nõ quiuiſſe:quoniã fauiſſæ ĩpediſſent.Id eſſe cellas quoſdã & ciſternas: quæ in area ſub terra eſſent:ubi reponi ſolerent ſigna uetera:quæ ex eo templo collapſa eſſent:& alia quædam religioſe donariis cõſecrata. At deinde eadẽ epiſtola negat quidem ſe in litteris inueniſſe:cur fauiſſæ dictæ ſint. Sed.Q.Valerium Soranum ſolitum dicere ait:quos theſauros græco nomĩe appellaremus priſcos latinos flauiſſas dixiſſe:q̇ in eas non rude æs:argentumq;: ſed flata ſignataq; pecunia conderetur.Coniectare igitur ſe detractatã eſſe:ex eo uerbo ſecũdam litteram:fauiſſas eſſe dictas cellas quaſdam & ſpecus:quibus æditui capitolini uterentur ad cuſtodiendas res ueteres religioſas.

fauiſſe capitolĩæ

theſaurus Flauiſſas

¶ De Sicinio dentato egregio bellatore multa memoratu digna. Cap.XI.

LVcium Siciniũ dentatum:qui trib.ple.fuit.Sp.Tarpeo.Au.Thermo conſulibus:ſcriptum eſt in libris annalium: pluſq̃ credi debeat:ſtrenuum bellatorem fuiſſe.Nomenq; ei factum ob ingentem fortitudinem:appellatumq; eſſe Achillem romanum.Is pugnaſſe in hoſtem dicitur centum &.xx.prœliis Cicatricem auerſam nullam:aduerſas quíq; &.xl.tuliſſe. Coronis eſſe donatus aureis octo. Obſidionali.una.Muralibus tribus. Ciuicis.xiiii.Torq̃bus tribus &.lxxx.Armilis plus centum.lx.Haſtis duodeuiginti.Phaleris item donatus eſt quinquieſuicieſq; populi militaria habuit multiiuga:ĩ his ꝓuocatoria pleraq;:Triumphauit cum imperatoribus ſuis triumphos nouem.

Sicinius den tatus Achilles romanus

¶ Conſiderata perpenſaq; lex quædam Solonis ſpeciem habens primorẽ iniquæ iniuſtæque legis:ſed ad uſum & emolumentum ſalubritatis penitus repertam. Caput. XII.

Liberi mltitũdinis nũo/q8./

IN legibus Solonis illis antiquiſſimis q̃ Athenis axibus ligneis inci
ſæ ſunt:quaſq; latas ab eo Athenieſes.ut ſempiternæ manerẽt: pœ
nis & religionibus ſanxerunt: legẽ eſſe Ariſtoteles refert ſcriptam
ad hanc ſniam.Si ob diſcordiam diſſenſionẽq; ſeditio atq; diſceſſio
populi in duas partis fieret: & ob eã cauſam irritatis animis utrinq; arma cape
rent.pugnaret q;:tum qui ĩ eo tẽpor:ĩ eoq; caſu ciuilis diſcordiæ:nõ alterutra
parte ſeſe adiũxerit:ſed ſolitarius ſeparatuſq; a cõmuni malo ciuitatis ſeceſſe-
rit:is domo patria:fortuniſq; oĩbus careto:exul extoriſq; eſto.Q uum hanc le-
gem Solonis ſingulari ſapiẽtia præditi legiſſemus:tenuit nos grauis quædã in
principio admiratio:requirẽtes quã ob cauſam dignos eſſe pœna exiſtimarit:
Solonis legis ſenſus. qui ſe procul a ſeditiõe & ciuili pugna remouiſſent.Tum qui penitus atq; alte
uſum ac ſniam legis introſpexerat:non adaugendã ſed ad deſinendã ſeditio-
nem legem hanc eſſe dicebat & res prorſum ſe ſic habet.Nam ſi boni hoĩes
qui in principio coercendæ ſeditionis impares fuerint:populumq; percitum &
amẽtem nõ deterruerint: ad alterutram partem diuiſi ſeſe adiũxerint:tum eue
niret:ut quũ ſocii partis ſeorſum utriuſq; fuerit eoq; partes ab hiis:ut maioris
auctoritatis uiris:tẽperari ac regi cœperint:cõcordia per eos potiſſimũ reſtitui.
cõciliariq; poſſit:dum & ſuos:apud quos ſunt regũt:atq; mitificãt:& aduerſa
rios ſeruatos magis cupiũt:q̃ perditos.Hoc idẽ Phauorinus philoſophus iter
fratres quoq; aut amicos diſcidẽtis oportere fieri cẽſebat:ut qui in medio ſunt
utriuſq; partis beniuoli:ſic in cõcordia admittẽda parũ autoritatis : quaſi ambi
gui amici habuerit:tum alter in alterã partẽ diſcedat.Ac per id meritũ uiam ſi
bi ad utriuſq; cõcordiã muniãt.Nunc autem pleraq; inqt partis utriuſq; amici
quæ ſi probe faciant:duos litigãtes deſtituũt:& reliquũt.deduntq; eos aduoca
tis maliuolis aut auaris:qui lites aĩaſq; eoꝝ inflãment:aut odii ſtudio:aut lucri.

¶ Liberos in multitudĩs nũero ẽt unũ filiũ filiãue ueteres dixiſſe. Cap.XIII.

ANtiqui oratores:hiſtoriæq;:aut carminũ ſcriptores etiam unum fi
Liberi liũ:filiamue.liberos multitudinis numero appellarunt.Id quoq;
nos quũ in cõpluriũ ueteꝝ libris ſcriptũ aliquotiẽs aduerteremus
nunc quoq; in lib.Sẽpronii Aſſelliõis rerũ geſtaꝝ quinto ita poſitũ
eſſe oſtendimus.Is Aſellio ſub P.Scipiõe Aphricano tri.militũ ad Numãtiã
fuit Reſq; eas:quibus gerendis ipſe interfuit.conſcripſit.Eius uerba de Tib.
Graccho tri.ple.quo in tẽpore ĩterfectus in capitolio eſt.hæc ſunt.Nam Grac
chus domo quum proficiſceret nunq̃ minus terna. aut quaterna milia homi-
minum ſequebãtur.Atq; inde infra de eodem Graccho ita ſcripſit.Orare cœ-
pit ut ſe defenderent.liberoſq; ſuos.eum quem uirilis ſexus tum in eodem tẽ-
pore habebat produci iuſſit.populoq; commendauit prope flens.

Ca.XIIII. ¶ Q d.M.Cato ĩ libro qui ĩſcriptus eſt cõtra Tibe.exulẽ ſtitiſſes
uadimoniũ p ĩ lrãm dicit.nõ ſtitiſſes.Eiuſq; uerbi rõ reddita.

IN libro uetere.M.C.q ĩſcribit cõtra tiberiũ exulẽ ſcriptũ qdẽ ſic
Stitiſſes erat.Q uid ſi uadimoniũ capite obuoluto ſtitiſſes?Recte ille ſtitiſ
ſes ſcri.Sed falſi & audaces emẽdatores e ſcripto p libros ſtetiſſes fecerũt tãq̃

ſtetiſſes

ſtitiſſes uanũ. & nihili uerbũ eſſet.quin potius ipſi neq̃ & nihili ſunt.qui igno-
rant ſtitiſſes dictum a Catone. quoniam ſiſteretur uadimonium non ſtaretur.

¶ Q uod antiquitus ætati ſenectæ potiſſimum habiti ſint ampli honores: & cur poſtea ad maritos & patres iidem iſti honores delati ſint. atq; ibi q̃dam de capite legis iuliæ. viii. Cap. xv.

APud antiqſſimos romãoꝝ neq; generi: neq; pecũiæ p̃ſtãtior honos tribui q̃ ætati ſolitus. Maioreſq; natu a minoribus colebãť: ad deũ prope & parentum uicem. Atq; in omni loco: inq; omni ſpecie honoris priores potioreſq; habiti A conuiuio quoq;: ut ſcriptũ eſt in antiquitatibus: ſeniores a minoribꝰ domũ reducebãtur eumq; morẽ accepiſſe romanos a lacedæmoniis traditum eſt: apud quos licurgi legibus maior rerum omnium honos maiori ætati habebať. Sed poſtq̃ ſoboles ciuitati neceſſaria uiſa eſt: & ad prolem populi frequẽtandã præmiis: atq; inuitamẽtis uſus fuit: tũ antelati quibuſdã in rebus: qui uxores: qui q; liberos haberẽt: ſenioribus: neq; liberos: neq; uxores hñtibus. Sic capite. vii. legis Iuliæ priori ex coſſ. faſces ſumẽdi poteſtas fit: non qui pluris annos natus eſt ſed qui pluris liberos q̃ collega: aut in ſua ptãte habet: aut bello amiſit. Sed ſi par utriq; numerus liberorũ eſt maritus: aut qui in numero maritoꝝ eſt præfertur. Si uero ambo & mariti & patres totidem liberoꝝ ſunt: tum ille priſtinus honos inſtauratus: & qui maior natu eſt: prior faſces ſumit. Super hiis autẽ qui aut cælibes ambo ſunt: aut parem numerum filiorum habet aut mariti ſunt: & liberos non habent: nihil ſcriptum in lege de ea ætate eſt. Solitos tamen audio: qui lege potiores eſſent: faſces primi menſis collegis concedere: aut lõge ætate prioribus: aut nobilioribus multo aut ſecundum conſulatum ineuntibus.

¶ Q uod Ceſellius Vindex a Sulpitio Apollinarii repræhenſus eſt in ſenſus Virgiliani enarratione. Cap. xvi.

VIrgilii uerſus ſunt e libro ſexto.

Ille uides pura iuuenis qui nititur haſta:
Proxima ſorte tenet lucis loca primus ad auras
Aethereas italo commixtus ſanguine ſurget
Siluius albanum nomen tua poſthuma proles.
Q uem tibi longæuo ſerum lauinia coniunx
Educet ſiluis regem: regumq; parentem
Vnde genus longa noſtrum dominabitur alba.

Videbantur hæc nequaq̃ conuenire. Tua poſthuma proles.
Q uem tibi longæuo ſerum lauinia coniunx
Educet ſiluis regem. Nam ſi hic Siluius ut in omnium ferme annalium monumentis ſcriptum eſt: poſt mortem patris natus eſt. ob eãq; cauſam prænomen ei impoſitum hoc fuit qua ratione ſubiectum eſt. Q uem tibi longæuo. ſerum Lauinia coniunx. Educet ſiluis regem? Hæc enim uerba ſignificare uideri poſſunt. Aenea uiuo. & iam Sene natum ei ſiluium. & educatum. Itaque hanc ſententiam eſſe uerborum iſtorum Ceſellius opinatus in commentario

Poſthuma proles
Siluius Longæuus

lectionum antiquarū. Poſthuma inquit proles nō eū ſignificat. q̄ pr̄e mortuo. ſed q poſtremo loco natus eſt ſicuti Siluius qui Aenea iā ſene tardo ſeroq; partu eſt editus. Sed huius hiſtoriæ auctorem nullum idoneum nominat. Siluiū autem poſt Aeneæ mortē ſicuti diximus, natum multi tradiderūt. Iccirco Apollinaris ſulpitius inter cætera in quibus Ceſelliū reprehendit, hoc quoq; eius q̄ſi erratū aīaduertit. Erroriſq; iſtius hāc eſſe cauſam dixit q; ſcriptū ita ſit. Quem tibi longæuo inquit non ſeni. Significatio. n. eſſet contra hiſtoriæ fidem: ſed in lōgum iam æuum & perpetuū recepto immortaliq; facto: Anchiſes enim qui hæc dicit ad filium: ſciebat eum: quū hoīum uita diſceſſiſſet, īmortalem atq; indigentem futurum & longo perpetuoq; æuo potiturum. Hoc ſane Appollinaris argute. Sed aliud tamen eſt longum æuum, aliud perpetuum. Neq; dii longæui appellant': ſed immortales.

In & Con

Cuiuſmodi naturam eſſe quarūdam præpoſitionū. M. Cicero animaduerterit diſceptatumq; ibi ſuper eoipſo: quod Cicero obſeruauerat. Cap. xvii.

Indoctus
Inſanus
Inhumanus
Infœlix

OBſeruate curioſeq; aīaduertit. M. Tullius in & con præpoſitiones uerbis: aut uocabulis præpoſitas tunc produci: atq; protendi: quū litteræ ſequerent': quæ primæ ſunt in ſapiēte atq; fœlice. In aliis aūt oībus correpte ꝓnunciari. Verba Ciceronis hæc ſunt. Quid uero hoc elegātius: qd' non fit ſtatura: ſed quodā inſtituto? Indoctus dicimus breui prima lr̄a: inſanus ꝓducta: inhumanus breui: infœlix longa. Et ne multis: quibus in uerbis eæ primæ lr̄æ ſunt: quæ in ſapiēte atq; fœlice: hæc ꝓducte dicuntur: in cæteris uero oībus breuiter. Item quæ cōpoſuit: cōſueuit: cōcrepuit: confecit: cōſule ueritatē: cōpræhende & refer ad auris: ꝓbabūt. Quare cur ita ſit? dicent: proh iuuare. uoluptati aūt auriū morigerari debet oro. Manifeſta qdē ratio ſuauitatis eſt in iis uocibus: de quibus Cicero locutus eſt: ſed quid dicemus de p̄poſitione pro? quæ cum ꝓduci & corripi ſoleat. obſeruationē hanc tn̄. M. Tullii aſpernata eſt. Nō enim ſemp ꝓducit': quum ſequit' ea lr̄a: quæ prima eſt in uerbo fœlix: quā Cicero hanc lr̄e uim ſignificat: ut ꝓpter eam rem in & con p̄poſitiones ꝓducant'. Nā ꝓficiſci: & ꝓfundere: & ꝓfugere: & ꝓphanū: & ꝓfeſtum correpte dicimus. ꝓferre aūt: & ꝓfligare: & ꝓficere producte: cur igit' ea lr̄a: quā Cicero ꝓductionis cām facere obſeruauit: nō in oībus cōſimilibus eandem uim aut rōnis: aut ſuauitatis tenet? ſed aliam uocē produci facit: aliā corripi. Neq; uero con particula tum ſolum ꝓducit': quū ea lr̄a: de qua Cicero dicit: inſequit'. Nā & Cato & Saluſtius fœnoribus inquiūt coopertus eſt. Præterea colligatus & cōnexus producte dicunt'. Sed tn̄ uideri pōt in iis: quæ poſui: ob eā cām particula hæc ꝓduci: qm̄ elidit' ex ea n lr̄a. Nā detrimentum lr̄æ ꝓductiōe ſyllabe cōpenſat'. Quod quidē etiā in eo ſeruat': quod eſt cogo. Neq; repugnat: q; coegi & correpte dicimus. Nō enim ſalua συναιρέσει. i. coagmentatione dicitur a uerbo: quod eſt cogo.

Pro
proficiſci
proficere
profugerē
ꝓfanum
ꝓfeſtum
proferre
ꝓfligare
proficere

Colligat⁹
Connex⁹
Cogo

Phedon

Quod Phedon ſocraticus ſeruus fuit: quodq; item alii cōpluſculi ſeruitutē ſeruierunt. Caput. xviii.

PHedon elidenſis ex cohorte illa ſocratica fuit, Socratiq; & Platoni perfuit

ni perfuit familiaris. Eius nomini Plato illum librum diuinum de immortalita-
te animæ dedit. Is Phedon ſeruus fuit: forma atq; ingenio liberali: & ut quidã
ſcripſerunt: a leone domino puer ad merendum coactus. Eũ Cebes ſocraticus
hortante Socrate emiſſe dicitur: habuiſſeq; in pholoſophiæ diſciplinis. Atq; is
poſtea philoſophus illuſtris fuit. Sermoneſq; eius de Socrate admodum ele-
gantes legunt. Alii quoq; non pauci ſerui fuerunt: q poſt philoſophi clari exti- Menippus
terunt. Ex quibus ille Menippus fuit: cuius libros. M. Var. in ſatyris æmulatus Mys.
eſt: quas alii cinycas: ipſe appellat menippeas. Sed & Theophraſti pipatetici Diogenes
Seruus põpilius: & Zenonis ſtoici ſeruus: q pſeus uocatus eſt/ & Epicuri: cui cynicus
nomen Mys fuit/ philoſophi nõ incelebres uixerũt. Diogenes ẽt cynicus ſerui Xeniades
tutẽ ſeruiuit: ſed is ex libertatẽ in ſeruitutem uenierat: quẽ quum emere uellet
Xeniades corinthius/ & quis id artificii nouiſſet percõtatus foret: Noui inquit
Diogenes hominibus liberis imperare. Tum Xeniades reſponſum eiuſdem Corinthius
miratus emit: & manumiſit: filioſq; ſuos ei tradẽs: accipe inquit liberos meos/
quibus ĩperes. De Epicteto aũt philoſopho nobili: ꝗ is quoq; ſeruus fuit/ re- Epictetus
cẽtior eſt memoria: q̃ ut ſcribi/ q̃ſi oblr̃atum debuerit. Eius Epicteti etiã de ſe
ſcripti duo uerſus ferunt/ ex qbus latenter intelligas: non omnis modo diis ex-
oſos non eſſe qui in hac uita cum erũnarum uarietate luctantur: ſed eſſe arca-
nas cauſas/ ad quas paucorum potuit peruenire curioſitas.

δοῦλος ἐπίκτητος γενόμην. καὶ σώματι πηρός.
καὶ πενίην ἶρος. καὶ φίλος ἀθανάτοις. ideſt

Seruus epictetus fueram/ qui corpore mancus:
Pauperiæ præſſus/ carus eram ſuperis:

¶ Reſcire uerbũ qd ſit: & quã hẽat uerã & ꝓpriã ſignificationẽ. Cap. XIX.

Erbũ reſcire obſeruauimus uĩ habere litteræ ꝓpriã quãdã: non ex Reſcire
cõmuni ſignificatiõe cæteroꝝ uerboꝝ: quibus eadẽ ꝑpoſitio re im-
ponitur. Neq; ut reſcribere: relegere/ reſtituere: dicimus itidem
reſcire. Nam qui factum aliquod occultius aut inopinatum inſpe-
ratumq; cognoſcit: is dicitur proprie reſcire. Cur autem in hoc uno uerbo re
particula huius ſnĩæ uim habeat: equidem adhuc quæro. Aliter enim dictum
eſſe/ reſciui aut reſcire apud eos: qui diligẽter locuti ſunt nõdum inuenimus q
ſuper his rebus: quæ aut conſulto conſilio latuerint: aut contra ſpem opinio-
nẽue uſu uenerint: q̃q̃ ipſum ſcire de omnibus cõiter rebus dicatur: uel aduer-
ſis: uel proſperis: uel inſperatis/ uel expectatis. Neuius ĩ triphalo ita ſcripſit.
Si unq̃ quicq̃ filium reſciuero: argentum amoris cauſa ſumpſiſſe mutuo: extẽ-
plo illo te ducam, ubi non deſpuas. Claudius quadrigarius in primo annali. ea
lucani ubi reſciuerunt ſibi per fallacias uerba data eſſe. Item Quadrigarius in
eodem libro in re triſti & inopinata. uerbo iſto ita utitur. Id ubi reſciuerunt ꝓ-
pinqui obſidum: quos Pontio traditos ſupra demonſtrauimus. eorum paren-
tes cũ propinquis capillo paſſo in uiã prouolarunt. M. Cato in quarto originũ/
Deinde dictator iubet poſtridie magiſtrũ æquitum accerſi. Mittam te ſi uis
inquit cum equitibus. Sero eſt inquit magiſter equitum iam reſciuere.

¶ Q uæ uulgo dicuntur uiuaria id uocabulũ ueteres non dixiſſe: & quid pro
eo.P.Scipio in oratione ad populum:quid poſtea.M.Var.in libris de re ruſti-
ca dixerit uſurpatum. Cap. XX.

Viuaria
Leporaria
Orni-
thones

V Iuaria quæ nunc dicunt̃ ſepta quedã loca in quibus feræ uiuæ paſ
cunt̃.M.Var.in lib.de re ruſtica.iii.dicit leporaria appellari.Ver-
ba Var.ſubieci.Villaticæ paſtionis genera ſunt terna:ornithones:
leporaria:piſcinæ.Nunc ornithones dico omnium alitum:quæ in-
tra parietes uille ſolent paſci.Leporaria te accipe uolo non ea quæ tritaui noſtri
dicebant:ubi ſoli lepores ſint:ſed omnia ſepta ædificia uillæ : quæ ſunt : & ha-
bent incluſa aĩalia.quæ paſcunt̃. is itẽ infra in eodẽ lib.ita ſcribit.Q uũ emiſti
fundũ thuſculanũ a.M.Piſone in leporario apri fuerũt multi.Viuaria ãt q̃ nũc
uulgus dicit quos παραδείσους.i.hortos græci appellãt q̃ leporaria Var.dicit:ha
ud uſq̃ mẽini apud uetuſtiores ſcriptũ.Sed q̃d apud Scipionẽ omnium ætatis
ſuæ puriſſime locutũ legimus:roborari aliquot romæ doctos uiros dicere au-
diui id ſignificare quod nos uiuaria dicimus Appellataq; eẽ a tabulis roboreis:
quibus ſepta eſſent:qd genus ſeptorum uidimus in Italia locis pleriſq; Verba ex
oratione eius contra Clau. Aſelliũ q̃nta hæc ſunt.Vbi agros optime cultos:&
uillas expolitiſſimas uidiſſet.in his regionibus excelſiſſimo loco murũ ſtatuere
aiebat.ĩdecorrigere etiã:aliis p uincas medias aliis p roborariũ atq; piſcinã: aliis

Piſcinæ a
piaria
Meliſſo-
nes
Mellaria

per uillam.Lacus uero & ſtagna:quæ piſcibus uiuis coercẽtur clauſa: ſuo atq;
proprio noĩe piſcinas noĩauerunt.Apiaria quoq; dici loca in q̃bus ſiti ſint aluei
apum.Sed neminem eorum ferme qui incorrupte locuti ſũt:aut ſcripſiſſe me
mini:aut dixiſſe.M.autẽ Var.de re ruſtica.iii.μελισσῶνες.i.apiaria mellariaq;/ut
ἀμπελῶνες.i.uineas & δαφνῶνες.i.laureta inq̃t ita facere oportet/ q̃ q̃dem mella-
ria appellabãt.Sed hoc uerbũ quo Var.uſus ẽ/græcũ ẽ:nã meliſſões ita dicũt̃.

¶ Super eo ſidere quod græci ἅμαξαν:nos ſeptentriones uocamus:ac de utriuſ
q; uocabuli ratione & origine. Cap. XXI.

A B ægina in piræum compluſculi earundem diſciplinarum ſectato
res græci Romaniq; homines eadem ĩ naui tranſmittebamus: nox
fuit:& clæmens mare:& anni æſtas cœlumq; liquide ſerenum. ſe-
debamus ergo in puppi ſimul uniuerſi:& lucentia ſydera conſide-
rabamus.Tum quiſpiam ex iis:qui eodem in numero græcas res eruditi erant:
quid ἅμαξα.ideſt paluſtrem eſſet:quid ἄρκτος:ideſt urſa.quid βοώτης : ideſt bo-
otes :& quænam maior ἄρκτος:& quæ minor:& cur ita appellata:& quam par
tem procedentis noctis ſpatium mouerentur : & quamobrem Homerus ſolã
eam non occidere dicat: cum & quædam alia ſcite tum iſta omnia ac perite diſ
ſerebat/hic ego ad noſtros iuuenes cõuertor.Q uid inq̃ uos oppidici dicitis mi
hi: quare quod ἅμαξαν græci uocant:nos ſeptentriones uocamus.Non enim ſa

Septentri
ones

tis eſt q.vii.ſtellas uidemus:ſed quid hoc totum quod ſeptentriones dicimus
ſignificat ſcire inquã id prolixius uolo.Tum quiſpiam ex iis qui ſe ad litteras
memoriaſq; ueteres dediderat. Vulgus inquit grammaticorum ſeptentriones

Triones

a ſolo numero ſtellarum dictum putat.Triones enĩ per ſeſe nihil ſignificare
aiunt:ſed

aiunt:ſed uocabuli eſſe ſupplemẽtum:ſicut in eo quod quĩquatrus dicamus:ꝙ Quinquatrus
quinq; ab idibus dierum numerus ſit atrius nihil. Sed ego quidem cum. L. Læ
lio:&.M.Varrone ſentio:qui triones ruſtico certo uocabulo boues appellatos
ſcribunt:quaſi quoſdam teriones:hoc eſt arandæ colendæq; terræ idoneos. Ita
q; hoc ſidus:quod a figura poſituraq; ipſa:quia ſimile plauſtri uidetur: antiq
græcorum ἅμαξαν dixerunt:noſtri quoq; ueteres a bubus iunctis ſeptentriones
appellarunt: ideſt a ſeptem ſtellis/ex quibus quaſi iuncti triones figurantur.
Præter hanc inquit opinionem id quoq; Varro addit:dubitare ſeſe:an propte-
rea magis hæ ſeptem ſtellæ triones appellatæ ſint:quia ita ſunt ſitæ/ut ternæ
ſtellæ proximæ quæque inter ſeſe faciat trigona.i.triquetras figuras. Ex his dua Trigona
bus rationibus quas ille dixit/quod poſterius eſt ſubtilius elegãtiuſque uiſum
eſt. Intuentibus enim nobis ĩ illud:ita propemodum res erat/ut ea forma eſſet:
ut triquetra uideretur.

De uento iapige/deq; aliorum uentorum uocabulis:regionibuſq; accepta a Phauorini ſermonibus. Cap. XXII. De Vento Iapige Et aliorum Regionibus

APud menſam Phauorini in conuiuio familiari legi ſolitum erat aut
uetus carmẽ Melici poetæ:aut hiſtoria partim græcæ linguæ/alias
latinæ:Legebatur ergo tunc ibi in carmine latino ἰάπυξ uentus:q̃ſi Iapix
tumq; eſt:quis hic uentus: & quibus ex locis ſpiraret: & quæ tam
infrequentis uocabuli ratio eſſet. Atq; etiam petebamus/ut ſuper cæterorum
nominibus regionibuſq; ipſe nos docere uellet:quando uulgo neq; de appella-
tionibus eorum:neq; de finibus:neq; de numero cõueniret. Tum Phauorinus
ita fabulatus eſt. Satis inquit notum eſt/limites regioneſq; eſſe cæli quatuor/ex
ortum:occaſum/meridiem/ſeptentrionem/Exortus et occaſus mobilia & ua-
ria ſunt. Meridies ſeptentrioneſq; ſtatu perpetuo ſtant/& manent. Oritur enĩ
ſol non idem ſemper/ſed aut æquinoctialis oriens dicitur.quum in circulo cur
rit/qui appellatur ἰσονύκτιος:ideſt æquinoctialis:aut ἰσημέρινος/ideſt æquidialis:
aut ſolſtitialis/aut brumalis/quæ ſunt θεριναὶ τροπαὶ, καὶ χειμεριναὶ:ideſt æſtiua ſol
ſtitia & hiberna. Item cadit ſol non in eundem ſemper locum:fit enim ſimili-
ter occaſus eius/aut æquinoctialis/aut ſolſtitialis/aut brumalis. Qui uentus igi
tur ob oriente uerno.i.æquinoctiali uenit nominatur eurus ficto uocabulo:ut Ventorũ deſcriptio
iſti ἐτυμολογικοὶ ideſt rationem originis uerbi interpretando indagantes aiunt
ἀπὸ τῆς ἕω ῥέων ideſt ab oriente ſole fluens. Is alio quoq; a græcis nomine. ἀπηλιώ Apeliotes
της:a Romanis nauticis ſubſolanus cognominatur. Sed qui ab æſtiua & ſolſti Subſolanus
tiali orientis meta uenit:latine aquilo/boreas græce dicitur/eumq; propterea Aquilo
quidam dicunt ab Homero αἰθρηγενέτην ſerenitatem facientem appellatum. Bo Boreas
rean autem putant dictum ἀπὸ τῆς βοῆς.ideſt boatu:quoniam ſit uiolẽti ſtatus Vulturnꝰ
& ſonori. Tertius uentus eſt/qui ab oriente hyberno ſpirat uulturnum Ro- Euronotꝰ
mani uocant. Eum plerique græci mixto nomine/ꝙ inter notum & eurum ſit Eurus Caurus
εὐρόνοτον appellant. Hi ſunt igitur tres uenti orientales:aquilo/uulturnus eurus: Argeſtes
quorum medius eurus eſt. His oppoſiti & contrarii ſunt alii tres occidui:cau
rus quem ſolent græci ἀργέστην uocare is aduerſus uulturnum flat. Itẽ alter Fa

Fauonius Zephyrus Aphricus Libs Auſter Notus Septentrionarius Aparctias

uonius, qui græce uocatur ζέφυρος is aduerſus eurum flat. Tertius africus: qui græce uocatur λίψ. is aduerſus uulturnum flat. Eæ duæ regiones cæli orientis: occidentiſq; inter ſeſe aduerſæ ſex habere uentos uidentur. Meridies autem quoniam certo atque fixo limite eſt: unum meridiolem uentum habet. Is latine auſter: græce νότος nominatur: quoniam eſt nebuloſus atque humectus νοτὶς enim græce humor nominatur. Septentriones autem habent ob eandem cauſam unum. Is obiectus directuſque in auſtrum latine ſeptentrionarius: græce ἀπαρκτίας appellatus. Ex his octo uentis alii quattuor detrahunt uentos: atque id facere ſe dicunt Homero auctore: qui ſolos quattuor uentos nouerit: eurũ: auſtrum aquilonem: fauonium. Verſus homeri ſunt.

σὺν δὲ ὖρός τε ἔπεσε ζέφυρός τε νότος τε δυσαὴς,
καὶ βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων.

Cumque euro incubuit: zephyruſq;: notuſq; furentes:
Sudificuſque ſimul: boreas mala plurima uoluens. A quattuor cæli partibus quas quaſi primas nominauimus: oriente ſcilicet: atque occidente latioribus: atque ſimplicibus non tripartitis. Partim autem ſunt/qui pro octo .xii. faciunt inter hoc quatuor in media loca inſerentes: cum meridie ſeptentriones eadem ratione: q̃ ſecũdi quatuor interſiti ſunt inter primores duos apud orientem: & occidentemq;. ſunt porro alia quædam nomina quaſi peculiarium uentorum: quæ incolæ in ſuis quiſq; regionibus fecerunt: aut ex locorum uocabulis: in quibus pollent ex aliqua cauſa: quæ ad faciẽdum uocabulum acciderat. Noſtri namq; galli uentum ex ſua terra flantem: quem ſeuiſſimum patiuntur: circium appellant a turbine (opinor) eius: ac uertigine. ἰάπυγα ex ipſius apuliæ oræ proficiſcentem: quaſi finibus apuli eodẽ & ipſi nomine iapigem dicunt: eum eſſe propemodum caurum exiſtimo. Nam & eſt occidentalis & uidetur aduerſus eurum flare. Itaq; Virgilius cleopatram e nauali prœlio in ægyptum fugientem uẽto iapige ferri ait. equum quoq; epulum eodem: quo uentũ uocabulo iapigẽ appellauit. eſt etiam uentus nomine cæcias: quem ariſtoteles ita flare dicit ut nubes procul propellat: ſed ut ad ſeſe uocet: ex quo uerſum iſtum prouerbialem factum ait κακὰ ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκων ὡς ὁ καικίας νέφος. ideſt Mala ad ſeſe attrahẽs: ut cæcias nubes. Præter hos autem: quos dixi: ſunt alii plurifariam uenti commẽticii ſuæ quiſque regionis idigenæ: ut Oratianus quoq; ille Atabulus: quos ipſe quoq; executurus fui. Addidiſſemque eos: qui eteſiæ & prodromi appellantur: qui certo tempore anni: quum canis oritur: ex alia atque alia parte cæli ſpirant: rationeſque omnium uocabulorum: quia plus adbibi/effudiſſem niſi multa iam prorſum omnibus uobis reticentibus uerba feciſſem/quaſi fieret a me ἀκρόασις ἐπιδεικτική. ideſt auſcultatio ſeſe oſtentans: In conuiuio autem frequẽti loqui ſolum unum/neque honeſtum eſt inquit/neque commodum/ Hæc nobis Phauorinus in eo quo dixi tempore: apud menſam ſuam ſumma cum elegantia uerborum totiuſque ſermonis comitate/atque gratia denarrauit. Sed q ait uentum qui ex terra gallia flaret/circium appellari. M. Cato in libris originum eum uẽtum cercium dicit non circium: Nam quũ de hiſpanis

Circius Iapix Cauilis

Cæcias

Atabulus Eteſiæ Prodromi

alpinis ſcriberet:qui citra hiberum colunt: uerba hæc poſuit. Sunt in his regionibus ferrariæ argentifodinæ pulcherrimæ. Mons ex ſale mero magnus. quãtum demas tantum adcreſcit. Ventus certius:quum loquare:buccam implet: Armatum hominem plauſtrum oneratum percellit. Quod ſupra autem dixi ἐτησίας. ideſt etheſias ex aſia & alia parte cæli flare:haud ſcio an ſecutus opinionem multorum temere dixerim. P. Nigidii in ſecundo librorum:quos de uento compoſuit: uerba hæc ſunt.

& auſtri anniuerſarii ſecundo ſole flant. Cõſiderãdũ igiť ẽ:qd ſit ſecũdo ſole.

¶ Conſultatio diiudicatioq; locorum facta ex comœdia Menandri: & Cecilii quæ Plocium inſcripa eſt. Cap. XXIII.

COmœdias lectitamus noſtrorum poetarum ſumptas: ac uerſas de græcis Menandro: & Poſodio: aut Apollodoro: aut Alexide: & quibuſdam item aliis comicis. Atqui quum legimus eas nihil ſane diſplicent: qui lepide quoq; & uenuſte ſcriptæ uideantur. prorſus ut melius poſſe fieri nihil cenſeas. At enim ſi conferas: & componas græca ipſa unde illa uenerunt: ac ſingula conſiderate atq; apte iunctis: & alternis lectionibus cõmittas: oppido q̃ iacere: atq; ſordere incipiunt: quæ latina ſunt. Ita græcarum quas æmulari nequiuerunt: facetiis atq; luminibus obſoleſcũt. Nuper adeo uſus huius rei nobis uenit: Cecilii. Plocium legebamus. haud quaq̃ mihi: & qui aderant/diſplicebat. Libitum eſt Menandri quoq; Plocium legere: a quo iſtam comœdiam uerterat. Sed enim poſtq̃ in manus Menandri uenit: a principio ſtatim dii boni/quãtum ſtupere: atq; frigere: quãtumq; mutare a Menãdro Cecilius uiſus eſt: Diomedis hercle arma: & Glauci nõ diſpari magis precio æſtimata ſunt. Acceſſerat dehinc lectio ad eum locum in quo maritus ſenex ſuper uxore diuite: atq; deformi quærebatur. ꝙ ancillam ſuam non iſcito puellam miniſterio: & facie non illerabili coactus erat uenundare: ſuſpectam uxori quaſi pellicem. Nihil dicam ego quãtum differat uerſus utriuſq; eximius: ſit ſatis aliis ad iudicium faciendum exponi. Menander ſic.

Plocium comœdia

Obſoleſcũt

Libitũ eſt

ἐπαμφοτέραν ἐν ἐπίκληρος ἡ μέλλειν καθευδήσειν
κατεργάσασα μέγα. καὶ περιβόητον ἔργον
ἐκ τῆς οἰκίας ἐξέβαλε τὴν λυποῦσαν. ἣν ἐβούλετο.
ἵν' ἐπιβλέπωσι πάντες εἰς τὸ κρεωβύλης πρόσωπον.
ἤ τ' εὔγνωστος εἶχ' ἐμὲ γυνὴ δέσποινα.
καὶ τὴν ὄψιν ὤν ἐκτίσατο ὄνος ἐν πιθήκοις τοι,
τὸ λεγόμενον ἐστὶ δὴ τοῦτο σιωπᾶν βούλομαι.
τὴν νύκτα. τὴν πολλῶν κακῶν ἀρχηγόν.
οἴμοι κρεωβίλην λαβεῖν ἐμὲ. καὶ δέκα τάλαντα.
γυναικῶν οὖσα πηχέως. εἶτ' ἐστὶ τὸ φρύαγμα.
εἶπ' ὡς ἂν ὑπόστατον. διὰ τὸν ὀλύμπιον.
καὶ ἀθηνᾶν οὐδαμῶς παιδισκάριον θεραπευτικὸν δὲ
λόγου, τάχιον. ἀπαγέσθω δέ τις ἢ ἄρ' αὐτίκα γύγην. ideſt:

In aurem utranq;. quandoquidem dotata eſt; cubet.

Re confecta magnifica:& negocio inclyto
Domo illam exegit:cui male uoluit maxume.
Vt omnes increobulæ faciem oculos conuerterent/
Tum me cunctis notum ut faceret uxor hera.
Meoq; demoraretur in uultu/aſinus inter ſimias fierem
Vti aiunt.Se.Q uid tandem.Ma. Tacere uolo.
Noctem mali conſciam plurimi.
Me miſerum qui creobulam duxi:& talenta decem:
Nanam mulierculam:cuius ſuperbia
Adeo intolerabilis eſt.Iouem olympium
Et mineruam teſtor non ancillulam potius officioſam:dicto citius
Præſto:hanc quiſpiam abigat quæſo:at illam referat.
Cecilius autem ſic.Se.Is demum miſer eſt:qui erumnam ſuam nequit
Occultare.Ma.ferre ita me uxor forma & factis facit.
Si taceam:tamen indicium eſt:quæ niſi dotem omnia
Q uæ nolis habet:qui ſapit de me diſcet:qui quaſi
Ab hoſtis captus libere ſeruio:ſalua urbe atq; arce.
Q uæ mihi quicq̄ placet:eo priuatum:uim me ſeruatum?
Dum eius mortem inhio:egomet uiuo mortuus
Inter uiuos.Ea me clam cum mea ancilla ait
Cōſuetum:id me arguit:ita plorando:orando:
Inſtando : atq; obiurgando me obtudit:uti eam
Venundarem nunc credo inter ſuas æqualis.
Et cognatas ſermones ſerit.Q uæ uoſtrum fuit
Integra ætatula:quæ hoc itidem a uiro
Impetrarit ſuo:quod ego anus modo
Effeci:pellice:ut meum priuarem uirum?
Hæc erunt concilia hodie:differor ſermone miſer:

Præter uenuſtatē autem rerum atq; uerboꝝ:ī duobus libris nequaq̄ parem:in hoc equidem ſoleo animum attendere:ꝙ quæ Menād er præclare & appoſite & facete ſcripſit:ea Cecilius nequaq̄ potuit & quidem conatus enarrare. Sed quaſi minime probanda prætermiſit:& alia neſcio quæ inimica inculcauit.Eſt & illud Menandri de uita hominum media ſumptum : ſimplex : & uerum /& delectabile/quod neſcio quo pacto omiſit .Idem enim ille maritus ſenex cum altero ſene uicino colloquens: & uxoris locupletis ſupbiā deprecans:hæc ait.

ἔχω δ᾽ ἐπίκληρον λαμίαν οὐκ εἴρηκά σοι.
τοῦτ᾽ οὐχὶ κυρίαν τῆς οἰκίας. καὶ τῶν ἀγρῶν.
καὶ πάντων ἀντ᾽ ἐκείνης ἔχομεν. ἀπόλλων χαλεπῶν.
καλεπώτατον. ἅπασι δ᾽ ἰαργαλέα ἐστὶν ἐμοὶ μόνω.
υἱῷ πολὺ μᾶλλον θυγατρί. πρᾶγμα
ἄχοχον λέγεις εὖ οἶδα ideſt
Laniam hæreditariam duxi:quod non dixeram tibi.

Tum uero

Tum uero domus:atq; agrorum heram.
Vniuerſorumq; illius loco:Se.hei q̄ miſerum & graue.
Ma.Difficillimum immo.At omnibus moleſta eſt:non ſoli mihi:
Filio multo magis filiæq;.Se. prouinciam
Inexpugnabilem geris certo ſcio.
Cecilius uero hoc in loco ridiculus magis q̄ perſone iſti:quam tra
ctabat: aptus atq; conueniens uideri maluit:ſic enim hæc corrupit
Se.Sed tua moroſa ne uxor quæſo eſt.Ma.Quam rogas.
Se.Qui tandem.M.Tedet mentionis:quæ mihi ubi domum
Adueni:ac ſedi:extemplo ſauium data.Se.ieiuna anima:
Nil peccat de ſauio:ut deuomas uolt:quod foris potaueris.
Quid de illo quoq; loco in utraq; comœdia poſito exiſtimari debeat manifeſtū
eſt.Cuius loci hæc ferme ſententia eſt.Filia hominis pauperis in peruigilio uiti
ata eſt.Ea res clam patre fuit: & habebatur pro uirgine ex eo uitio grauida mē
ſi exactis parturit.Seruus bone frugi:quum pro foribus domus ſtaret: &
propinquare partum herili filiæ:atq; omnino uitium eſſe oblatum ignoraret:
gemitum & ploratum audit puellæ in puerpio enitentis timet:iraſcitur:ſuſpi
catur miſeretur:dolet.Hi omnes motus eius animi affectioneſq; in græca qui
dē comœdia mirabiliter acres & illuſtres:apud Cecilium autem pigra hæc oīa:
& a rerum dignitate atq; gratia uacua ſunt.Poſt ubi idem ſeruus percontan
do quid acciderat:repperit:has apud Menandrum uoces facit.

ὦ τρὶς κακοδαίμων ὅστις ὢν πένης ἀνήρ.
καὶ παιδοποιεῖ. ὡς ἀλόγιστος ἔστ' ἀνήρ.
ὅς μήτε φυλακὴν τῶν ἀναγκαίων ἔχει.
εἰ μήτ' αὖ ατυχέσῃ εἰς τὰ κοινά τοῦ βίου.
ἐπαμφιέσθαι δύναται τοῦτο χρήμασιν.
ἀλλ' ἐν ἀνακατακύπτω καὶ ταλαιπώρω βίω
χειμαζόμενος ζητῶν μὲν. ἀνιαρὸν δ' ἔχων τὸ μέρος,
ἀπαὐτῶν ἀγαθῶν οὐ δυνάμενος.
ὑπὲρ γὰρ ἑνὸς ἀλέγων. πάντας νουθετῶ.

Se.Quam extreme infœlix eſt:quiſquis in egeſtate ſitus.
Quærit liberos:hei quantum eſt inſciens ſui.
Quiq; neq; neceſſariarum ſtudium rerum gerit.
Niſi quantum aliquid iugiter in uita deterat.
Neq;(licet res cogat)tectum præbere quit ſibi.
Sed inops domo in erumna uitam trahit:
Hyemem tolerans male:miſeriæ omnis ſocius.
Bonorumq; uniuerſorum inſors:ac carens
Vnum equidem cū obprobrans:cunctos monitos uolo.
Ad hoꝝ āt ſinceritatē ueritatēq; uerboꝝ: an aſpirauerit Cecilius cōſideremus.
Verſus ſūt hi Cecilii:trūca q̄dā ex Menādro dicētis & cōſarcinātis uerba tra
gici tumoris Is demum infortunatus eſt homo p auper:

Sauiu
ieiuna
anima

Q ui educit in egeſtate liberos:cui fortuna
Et res eſt ut continuo pateat:nam opulento famam
Facile occultat factio.

Itaq; ut ſupra dixi:quũ hæc uerba ſeorſũ lego:neutiq; uidentur ingrata ignauaq;:Q uum autem græca comparo:& contendo/non puto Cecilium ſequi debuiſſe/quod aſſequi nequiret.

¶ De uetere parſimonia/deq; antiqs legibus ſũputuariis. Cap. XXIIII.

PArſimonia apud ueteres romãos:& uictus atq; cœnarũ tenuitas nõ domeſtica ſolũ obſeruatiõe :ac diſciplina : ſed publica quoq; aĩaduerſione. legũq; cõplurium ſanctionibus cuſtodita eſt. Legi adeo nuper in Capitonis Attei cõmentariis ſenatus decretum uetus. C. Fannio:&. M. Valerio Meſſala conſulibus factum:in quo iubentur principes ciuitatis:qui ludis megalenſibus antiquo ritu mutitarent. i. mutua inter ſeſe dominia agitarent. iurare apud eos uerbis cõceptis non amplius ĩ ſingulas cœnas ſumptus eſſe facturos:q̃ centenos uicenoſq; æris:præter olus:& far & uinum Neq; uino alienigena:ſed patrio uſuros. Neq; argenti in conuiuio plus pondo: q̃ libras centum illaturos Sed poſt id ſenatuſconſultum lex fãnia lata eſt: quæ ludis romanis/itẽ ludis plæbeis/& ſaturnalibus/ & aliis qbuſdã diebus in ſingulos dies cẽtenos æris inſumi cõceſſit:decemq; aliis diebus in ſingulis menſibus tricenos. Cæteris autẽ omnibus diebus denos. Hanc Lucilius poeta legẽ ſignat quũ dicit. Fannii centuſſiſq; miſellos. In quo errauerunt quidam commẽtariorum in Lucilium ſcriptores/q; putauerunt fannia lege perpetuos in omne dierum genus cẽtenos æris ſtatutos. Centũ enim æris Fannius conſtituit/ſicuti ſupra dixi feſtis qbuſdam diebus/eoſq; ipſos dies nominauit. Aliorũ autẽ dierũ oĩum in ſingulos dies ſumptus incluſit intra æris/ alias tricenos/alias denos Lex deinde licinia rogata eſt quæ cũ certis diebus ſicuti fannia cẽtenos æris ĩpẽdi permiſiſſet / nuptiis ducenos indulſit/cæteriſq; diebus ſtatuit æris tricenos quum & carnis aridæ/& ſalſamenti certa pondera in ſingulos dies cõſtituerit. Sed qcquid eſſet tũ e terra/uite/arboreq;/promiſcue / atq; indefinite largita eſt. Huius legis Lælius poeta meminit in crotopæginis. Verba Lælii hæc ſunt/ quibus ſingnificat hædum/qui ad epulas fuit allatus/dimiſſum/cænamq; /ita ut lex licinia ſanxiſſet/pomis oleribuſq; inſtructam. Lex licinia inquit introducitur:lux liquida hædo redditur : Lucilius quoq; legis iſtius meminit in his uerſibus. Legem uitemus licini. Poſtea. L. Sylla dictator:quũ legibus iſtis ſitu atque ſenio oblitteratis plerique in patrimoniis amplis helluarentur:& familiã pecuniamque ſuam prandiorum gurgitibus proluiſſent:legem ad populum tulit:qua cautum eſt ut calendis: idibus:noniſq;. diebuſq; ludorum : & feriis quibuſdam ſolennibus:ſeſtertios tricenos in cœnam inſumere ius poteſtaſq; eſſet. Cæteris autem diebus omnibus non amplius ternos. Præter has leges Aemiliam quoq; legem inuenimus:qua lege non ſumptus cœnarum ſed ciborũ genus & modus præfinitus eſt:Lex deinde antea præter ſumptum æris id etiam ſanxit:ut qui magiſtratus eſſet. magiſtratumue capturus eẽt:nequo ad cœnam niſi ad certas perſonas itaret : Poſtremo lex Iulia ad populum peruenit:

Mutitarent.

Fannia lex

Licinia lex

Aemilia lex

Antia lex

Iulia lex

Cæſar

Cæſare Auguſto imperante/quo profectis quidem diebus finiuntur: Calen-
dis:idibus nonis: & aliis quibuſdã feſtiuis trecẽti:nuptiis autem & repotiis ſe
ſtertii milies eſſe. Etiã dicit capito Atteius edictum diui ne Auguſti: an Ty-
berii Cæſaris non ſatis commemini: quo edicto per dierũ uarias ſolemnita-
tes:a trecẽtis ſeſtertiis aduſq; duo milia ſumptus cœnaꝝ ꝓpagatus ẽ: ut his ſal
ltẽ finibus luxuriæ efferueſcẽtis æſtus coerceret.

❡ Quid græci ἀναλογίαν uocãt:quid cõtra ἀνωμαλίαν. Cap. XXV.

IN latino ſermone:ſicuti in græco alii analogiam ſequendam pu-
tauerunt:alii ἀνωμαλίαν.i.inæqualitatem:ἀναλογία eſt ſimilium decli-
natio:quã quidã latine proportionem uocant.ἀνωμαλία eſt inæqua
litas declinationum conſuetudinẽ ſequens. duo autem græci grã Analogia
matici illuſtres.Ariſtarchus. & Crates ſumma ope ille ἀναλογίαν: hic ἀνωμαλίαν
defenſitauit.M.Varrõis liber ad Ciceronẽ de lingua latina octauus:nullã eſſe Proportio
obſeruationem ſimilium docet.Itaq; in omnibus pene uerbis conſuetudinem Anomalia
dominari oſtendit:ſicuti quum dicimus ĩquit lupus. lupi:probus probi:& le
pus leporis. Item paro paraui:lauo laui:pungo pupugi:tũdo tutudi:& pingo
pixi.Quumq; inquit a cœno.& prandeo & poto.& cœnatus ſum.& pranſus
ſum.& potus ſum dicamus.& aſtringor cõtra & extergor.& lauor.aſtrinxi.&
exterſi.& laui dicimus. Item quum dicamus ab oſci tuſco græco oſce tuſce
græce.A gallo tamen & mauro. gallicæ & maurice dicimus.Itẽ a probus pro- Raro
be:a doctus docte:ſed a ratus non rare:ſed alii raro dicunt:alii rarẽter.Idẽ.M. Rarenter
Varro in eodem libro Sentior inqt nemo dicit.& id per ſe nihil eſt:aſſentior
tamen fere omnes dicunt: Siſenna unus aſſentio in ſenatu dicebat:& eum po
ſtea multi ſecuti:neq; tamen uincere conſuetudinẽ potuerũt.Sed idem Varro
in aliis libris multa pro ἀναλογία tuẽda ſcripſit.Sunt hi igitur tanq̃ loci com-
munes contra ἀναλογίαν dicere:& rurſus item pro ἀναλογία.

❡ Sermões.M.Frontonis/Phauorini phi de generibus coloꝝ:uocabuliſq; eo
rũ græcis & latinis.Atq; inibi color ſpadix/& cuiuſmõi ſit. Cap. XXVI.

PHauorinus philoſophus quum ad.M.Frontonem cõſularem pe-
dibus ægrũ uiſeret uoluit me quoq; ad eum ſecum ire.Ac deinde
quum ibi apud Frontonẽ pleriſq; uiris doctis præſentibus ſermo
nes de coloribus uocabuliſq; coꝝ agitarentur ꝙ multiplex:colorũ
facies: appellationes autem incertæ & exiguæ forent:plura inquit ſunt Phauo
rinus in ſenſibus oculorum:q̃ in uerbis uocibuſq; colorũ diſcriminata. Nam
ut alias eorum concinitates omittamus: ſimplices iſti ruffi: & uirides colores
ſingula quidẽ uocabula multas autem ſpecies differentes habent.Atq; eam uo-
cum inopiam in lingua magis latina uideo: q̃ græca.Quippe qua ruffus color
a rubore quidẽ appellatus eſt.Sed quũ aliter rubeat ignis:aliter ſanguis:aliter
oſtrũ:aliter crocũ:has ſingulas ruffi uarietates latina or̃o ſingulis propriiſq; uo
cabulis non demonſtrat: omniaque iſta ſignificat una ruboris appellatione.
Quum tamẽ ex ipſis rebus uocabula coloꝝ mutuet̃:& igneum aliquid dicit: Ruffus
& flameũ & ſanguineum:& croceũ:& hoſtrinũ:& aureũ.Ruffus.n.color:& color

Ruber ruber nihil a uocabulo rubri differũt:neq; ꝓprietates oẽs eius declarãt ξανθὸς δὲ καὶ πυῤῥός. καὶ ἐρυθρός. καὶ φοινικοῦς .i.flauus autẽ & ruber: & rubidus: & fuluus: & puniceus.ſ.hr̃e quaſdã diſtãtias coloris ruffi uidẽt᷑: uel augẽtes eũ uel remittẽtes:uel mixta quadã ſpecie tẽperãtes. Tũ Frõto ad Phauorinũ non ĩficias ĩquit imus:quin lingua græca quã tu uidere legiſſe:prolixior fuſiorq; ſit: q̃ noſtra Sed in his tñ coloribus qbus modo dixiſti denominãdis:nõ peride inopes ſumus:ut tibi uidemur.Non.n.hæc ſunt ſola uocabula ruffum colorẽ demonſtrãtia:quæ tu modo dixiſti:ruffus & ruber:ſed alia quoq; habemus plura:q̃

Fuluus
Flauus
Rubidus
Phœnice⁹
Rutilus.
Leteus
Spapix
Phoeniceus

quæ dicta abs te græca ſũt.fuluus.n.& flauus & rubidus:&phœniceus:& rutilus:& luteus: & ſpadix appellatiões ſunt ruffi coloris:aut acuẽtes eũ.q̃ſi ĩcẽdẽtes.aut cũ colore uiridi miſcẽtes: aut nigro ĩfuſcãtes:aut uirẽti ſenſim albo illuminãtes.Nã phœniceus:quẽ tu græce φοινικοῦν.i.puniceũ dixiſti nr̃ eſt.& rutilus & ſpadix phœnicei συνώνυμα.i.cognata q factus græce noſter eſt:exuberãtiã ſplẽdoreq; ſignificat ruboris:Q uales ſunt fructus palmæ arboris:nõ ad modũ ſole ĩcocti:uñ ſpadicis & phoenicei nomẽ eſt.Spadica.n.dorici uocant auulſum e palma termitẽ cũ fructu.Fuluus aũt uidet᷑ de ruffo atq; uiridi mixtus: in aliis plus uiridis:ĩ aliis plus ruffi hr̃e. Sic poeta uerboꝝ diligẽtiſſimus: fuluuã aqlã dicit:& iaſpidẽ. fuluos galeros.& fuluũ auꝝ & arenã fuluã & fuluũ leonẽ.Sic.Q u.Ennius in annalibus fuluo ære dixit.Flauus cõtra uidet᷑ ex uiridi:&,ruffo & albo cõcretus.Sic flauẽtes comæ: & quod mirari quoſdã uideo:frõdes oleaꝝ a Virgilio dicũt᷑ flauæ. Sic multoante Pacuuius aquã flauã dixit:& flauũ puluerẽ.cuius uerſus(quoniã ſunt iucũdiſſimi)libẽs cõmemini:

Cedo tamen pedem:lymphis flauis flauum puluerem.
Manibus iiſdem quibus ulyxi ſæpe permulſi.abluam.
Laſſitudinemq; nimiam manuum multitudine.

Rubidus ¶Rubidus ãt & ruffus atrore &nigror᷑ multo mixtus.Luteus cõtra ruffus color eſt dilucidior.Vnde ei quoq; nomẽ eẽ factũ uidet᷑.Nõ ergo inqt mi Phauori neſpecies ruffi coloris plures apud græcos.q̃ apud nos nominant᷑.Sed ne uiridis quidẽ color pluribus,ab illis.q̃ a nobis uocabulis dr̃.Neq; nõ potuit Virgilius colorẽ equi ſignificare uiridẽ uolẽs.cæruleũ magis dicere equũ q̃ glaucũ Sed maluit uerbo uti notiore græco.q̃ iuſitato latino.Noſtris ãt latinis ueteribus cæſia dicta eſt.q̃ a græcis glaucopis dr̃.ut Nigidius ait de colore cæli quaſi cælia.Poſtq̃ hæc Frõto dixit.tum Phauorinus ſcientiã rerum uberẽ.uerboꝝ ꝗ eius elegãtiam exoſculatus abſq; te inqt:uno forſitan lingua profecto græca lõge anteiſſet.Sed tu mi Fronto quod in uerſu Homerico eſt.id facies.

¶Glaucus
Cæſia
Glaucopis

καὶ νί κην ἐπ᾽ ἄρε τῆ ἀμφήριστον ἔθηκας,ideſt

Et uirtute tua facta eſt uictoria nutans.

Sed quum omnia libens audiui q̃ pitiſſime dixiſti:tum maxime ꝙ uarietatem flaui coloris enarraſti:feciſtiq; ut ĩtelligerem uerba ex annali.xiiii.Ennii amæniſſima:quæ minime intelligebam.

Verrunt extemplo placide mare marmore flauo:
Cæruleũ ſpumat mare cõferta rate pulſum.Non.n.uidebatur cæruleũ mare.

cum marmore

cum marmore flauo cõuenire. Sed quũ ſit (ita ut dixiſti) flauus color uiridi & albo mixtus pulcherrie pſus ſpumas uirẽtis maris. flauo marmoꝝ appellauit.

¶ Quid. T. Caſtritius exiſtimauerit ſuper Saluſtii uerbis & Demoſthenis q bus alter Philippũ deſcripſit alter Sertorium. ¶ Cap. XXVII.

VErba hæc ſunt grauia atq; illuſtria de rege Philippo Demoſthẽis: ἑώρων δὲ αὐτὸν Φίλιππον πρὸς ὃν ἦν ἡμῖν ὁ ἀγὼν ὑπὲρ ἀρχῆς καὶ δυναστείας τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον. τὴν κλεῖν κατεαγότα. τὴν χεῖρα. τὸ σκέλος πεπηρωμένον. πᾶν ὅτι ἂν βουληθῇ μέρος ἡ τύχη τοῦ σώματος παρελέσθαι τοῦτο προϊέμενον ὥστε τὸ λοιπὸν μετὰ τιμῆς καὶ δόξης ζῆν. i. uidebã etiam ipſum Philippũ quocũq; certaremus pro ĩperio prĩcipatuq; oculo effoſſum: humero fractũ manu cureq; oblæſum: omne deniq; corporis mẽbrũ qđ fortũa auferre uoluiſſet: id ultro offerẽtẽ: ut decætero uitã cũ honore & gl'ia ageret. Hæc æmulari uolẽs Saluſtius. de Sertorio duce ĩ hiſtoriis ita ſcripſit. Magna gloria tribus milibus in hiſpaniã. T. Didius ĩpator: magno uſu bello marſico paratu militũ & armoꝝ fuit. Multa q; tum ductu eius quæ rapta primo p ignobilitatẽ: deinde p inuidiã ſcriptoꝝ celebrata ſunt cominus faciem ſuã oſtẽdebãt: aliquot aduerſis cicatricibus & effoſſo oculo. Quo dehoneſtamẽto corporis maxĩe lætabat'. Neq; illis anxius: qa reliqua glorioſius retinebat. De utriuſq; his uerbis. T. Caſtritius quũ pẽſitaret; nõne ĩquit ultra naturæ modũ humãæ eſt: dehoneſtamẽto corporis lætari. Siquidẽ lætitia dicitur exultatio quædam animi gaudio efferuentiore euẽtu rerum expetitaꝝ. Quanto illud ſinceriuſq; & humãius: magiſq; omnibus cõueniens πᾶν ὅτι ἂν βουληθῇ μέρος ἡ τύχη τοῦ σώματος παρελέσθαι τοῦτο προϊέμενον idest omne deniq; corporis membrum: quod fortuna auferre uoluiſſe id ultro offerentem: ut decætero uitam cum honore & gloria ageret. Quibus uerbis oſtenditur inquit. Philippus non ut Sertorius corporis dehoneſtamento lætus: qđ eſt inquit ĩſolens & immodicũ: ſed præ ſtudio laudis & honoris iacturarum damnorumq; corporis cõtemptor: qui ſingulos artus ſuos fortunæ producendos daret quæſtu atque compendio gloriarum. Lætitia

¶ Non eſſe cõpertũ cui deo rem diuinam fieri oporteat: quum terra mouetur uiribus. Cap. XXVIII.

QVænã eſſe cauſa uideat'. quamobrẽ terræmotus fiant nõ mõ his communibus hoĩum ſenſibus opinioĩbuſq; cõpertũ non eſt: ſed ne ĩter phyſicas quidẽ philoſophias ſatis cõſtitit: uentorum ne ui accidãt ſpecus hiatuſq; terræ ſubeuntiũ: an aquaꝝ ſubter in terraꝝ cauis undantiũ fluctibus pulſibuſue: ita ut uidẽt' exiſtimaſſe antiquiſſimi græcoꝝ: q Neptunum ἐννοσίγαιον καὶ σεισίχθονα. i. terriquaſſonẽ: & tellurimotorẽ appellauerunt: an cuius aliæ rei cauſa alteriuſue dei ui ac numine nondũ ẽt (ſicut diximus) pro certo creditum. Propterea ueteres romãi cũ in oĩbus aliis uitæ officiis: tũ in conſtituẽdis religionibus atq; in diis ĩmortalibus aĩaduertendis caſtiſſimi cautiſſimiq;: ubi terrã mouiſſe ſenſerãt. nũciatumue erat ferias eius rei cauſa edicto imperabãt. Sed dei nomen ita uti ſolet cui ſeruari ferias oporteret ſtatuere & edicere quieſcebant: ne aliũ pro alio nominãdo falſa reli-

gione populũ alligarēt:eas ferias ſiquis polluiſſet:piaculoq; ob hāc rem remotus eſſet hoſtiā ſi deo:ſi deæ ĩmolabat:Idq; ita ex decreto põtificum obſeruatũ M.Varro dicit:quoniā & qua ui:& per quem deorum dearumue terra tremeret:icertum eſſet.Sed de lunæ motibus ſoliſq; defectiõibus:non minus in eius rei cā reperienda ſeſe exercuerũt. Quippe.M.Cato uir in cognoſcẽdis rebus multi ſtudii:incerta tamen cauſa incurioſa:ſuper ea re opinatus eſt.Verba Catonis ex originũ q̃rto hæc ſunt:nõ libet ſcribere qđ in tabula apud põtificẽ maximũ ẽ quotiẽs annõa cara:quotiẽs lunæ aut ſolis lumini caligo:aut qd obſtiterit: uſq; a deo puiſecit rõnes ueras ſolis & lũæ deficiẽtiũ uel ſcire uel dicere.

¶ Apologus æſopi phrygis memoratu non inutilis. ¶ Cap. XXIX.

Aeſopi apologus

AEſopus ille e phrygia fabulator haud immerito ſapiẽs æſtimatus eſt:quũ quæ utilia monitu ſuaſuq; erãt:nõ ſeuere nõ iperioſe pcepit & cenſuit:ut philoſophis mox eſt: ſed feſtiuos delectabileſq; apologos cõmẽtus res ſalubriter ac proſpiciẽter animaduerſas in mentes animoſq; homium cum audiẽdi quadã illecebra induit:uelut hæc eius fabula de auiculæ nidulo lepide atq; iucũde pmonet ſpem fiduciãq; rerũ quas efficere quis poſſit haud unq̃ in alios:ſed in ſemetipſo habẽdã.Auicula iquit

Caſſita

eſt parua nomẽ eſt caſſita:habitat nidulaturq; ĩ ſegetibus:id ferme temporis ut appetat meſſis puellis iamiam plumantibus:Ea caſſita in ſementes: forte conceſſerat tempeſtiuiores: propterea frumẽtis flaueſcentibus pulli etiam tũc iuolucres erãt.Quũ igit ipa iret cibũ pullis quæſitũ monet eos ut ſiqd ibi nouæ rei fieret:diceretur ue animaduerterẽt:idq; ſibi ubi rediſſet:renunciarẽt. Dominus poſtea ſegetũ illaꝝ filiũ adoleſcentẽ uocatũ & uides ne inquit hæc ematuruiſſe? & manus iam poſtulare? Iccirco die craſtino ubi primum diluculabit:fac amicos adeas:& roges ueniãt:operãq; mutuã dent:& meſſem hãc nobis adiuuent:hæc ille ubi dixit diſceſſit: atq; ubi rediit caſſita:pulli trepiduli circũſtrepere: orareq; matrem:ut ſtatim iam properet:atq; alium in locũ ſeſe aſportet.nam dominus inquiunt miſit qui amicos rogaret.uti luce oriente ueniant & metãt.Mater iubet eos a metu ocioſos eſſe. Si.n.domius iqt meſſem ad amicos reiicit craſtino ſeges non metet:neq; neceſſe eſt hodie uti uos auferã.Die igit poſtero mater ĩ pabulũ uolat/dominus quos rogauerat opperitur: ſol feruit:& fit:nihil & amici nulli erãt.Tum ille rurſum ad filium amici iſti inquit magnã ĩ partẽ ceſſatores ſunt.quin potius ĩmus/& cognatos affineſq; noſtros oramus:ut adſint cras tẽpori ad metẽdũ? Itidem hoc pulli pauefacti matri nunciãt.Mater hortat:ut tum quoq; ſine metu ac ſine cura ſint cognatos affineſq; nullos ferme tã obſequibiles eẽ ait:ut laborẽ capeſcendũ nihil cõtent: & ſtati dicto obediãt.Vos modo inqt aduertite:ſi modo quid denuo dicetur: Alia luce horta auis in paſtum profecta eſt/cognati & affines operam/quam dare rogati ſunt: ſuperſederunt.Ad poſtremũ igitur dominus filio ualeant inquit amici cum propinquis. Afferes prima luce falces duas:unam egomet mihi:& tu capies alteram/& frumentũ noſmetipſi manibus noſtris cras metemus.Id ubi ex pullis dixiſſe dominũ mater audiuit:tempus inquit eſt cedendi:

& abeundi:

Nequid expectes amicos quod tu per te age possis.

& abeundi: fiet nunc dubio procul quod futurum dixit. In ipſo enim iam uertitur: cuia eſt res: non in alio: unde petitur. Atq; ita caſſita nidum migrauit: & ſeges a domino demeſſa eſt Hæc quidem eſt æſopi fabula de amicorũ & propinquoꝝ leui plerũq; & inani fiducia. Sed quid aliud ſanctiores libri philoſophorum monent: q̃ ut in nobis tantum ipſis nitamur. Alia autem omnia quæ extra nos extraq; noſtrum animum ſunt: neq; pro noſtris: neq; pro nobis ducamus. Hunc æſopi apologum. Q. Ennius in ſatyris: ſcite admodum & uenuſte uerſibus quadratis compoſuit: quorum duo poſtremi iſti ſunt: quos habere cordi & memoriæ operæpretium eſſe Hercle puto hoc erit tibi argumentũ ſemper in promptu ſitum. Nequid expectes amicos. quod tu per te agere poſſis.

¶ Quid obſeruatum ſit in undaꝝ motibus: & quæ in mari alio atq; alio modo fiunt auſtris flantibus aquilonibuſq;. ¶ Cap. XXX.

Hoc ſæpenumero ĩ undarum motu obſeruatũ eſt: quas aqlones uẽti: quiq; ex eadem cæli regione aer fluit: quaſue faciunt in mari auſtri: atq; africi. Nam fluctus qui flãte aquilõe maximi: ac creberrimi excitãt̃: ſimul ac uẽtus poſuit ſternũt̃: ac cõflacceſcũt: & mox fluctus eſſe deſinũt. At nõ idem fit flante auſtro uel africo. qbus iam nihil ſpirãtibus uñ tamen factæ diutius tumẽt/& a uento quidẽ iãdudũ tranqlle ſunt: Sed mare eſt etiã atq; etiã undabundũ. Eius rei cã eſſe cõiectat̃: ꝙ uentis ſeptẽtriõibus ex altiore cæli parte in mare incidẽtes: dehorſum in aquarum profunda quaſi ꝑcipites deferunt̃. undaſq; faciũt non prorſus ĩpulſas: ſed ui intus cõmotas: quæ tantiſper erutæ uoluunt̃: dum illius infuſi deſuper ſpiritus uis manet. Auſtri uero & aphrici ad meridianũ orbis circulũ: & ad partẽ axis infimã depreſſi: ĩferiores & humiles per ſuprema æquoris eũtes protrudũt magis fluctus: q̃ eruũt: & iccirco nõ deſup læſæ: ſed propulſe inaduerſum aquæ etiam deſiſtẽte flatu retinẽt aliq̃tiſper de priſtino pulſu impetũ. Id autẽ ipſum quod dicimus: ex illis quoq; homericis uerſibus. ſiquis nõ incurioſe legat adminiculari põt. Nam de auſtri flatibus ita ſcripſit.

ἔνθα νότος πόντοιο κλυδῶνα ἐις λάαν ὠθεῖ

Auſter ubi inſanas urget ſub ſaxa procel las.

Contra autem de borea: quem aquilonem appellamus: alio dicit modo.

κὰι βορὲης αἰθριγενέτης μὲγα κῦμα κυδίνδων. ideſt.

Sudificuſq; altos aquilo rotat impete fluctus.

Ab aquilonibus enim qui alti ſuperniq;/ſunt fluctus excitatos quaſi per prona uolui dicit. Ab auſtris autem iis qui humiliores ſunt maiore ui quadam propelli/ſurſum atq; ſubiici: Id enim ſignificat uerbum λάαν ὠθεῖ. i. lapidẽ propellit. Sicut in alio loco: λάαν ἄνω ὠθεῖ. i. ſaxum ſurſum propellit. Id quoq; apertiſſimis rerum philoſophis obſeruatum eſt auſtris ſpirantibus mare fieri glaucum & & cæruleum: aquilonibus obſcurius atriuſue. Cuius rei cauſam cum Ariſtotelis libros problematum percerpſimus. notaui. Cur auſtro ſpirante mare cæruleum fiat? Aquilone obſcurius atriuſq;? An propterea ꝙ aqlo minus mare perturbat. Omne autem: quod tranquillius eſt: atrum eſſe uidetur.

Vndarũ motus uarii

Migrauit

Operæpretium est

Conflaccescunt

Vndabundum

Adminiculari

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER TERTIVS.

¶ Quæſitum:ac traditũ quam ob cauſam Saluſtius auaritiã dixerit non ani
mum modo uirilẽ:ſed corpus quoq; ipſum effœminare. Cap. I.

Saluſtius

HYeme iã diſcedente apud balneas ſitias ĩ area ſub cali
do ſole cũ Phauorino philoſopho ambulamus:atq;
ibi iterambulãdũ legebat Catilina Saluſtii:quẽ ĩ ma
nu amici cõſpectũ legi iuſſerat. Cumq; hæc uerba ex
eo libro lecta eſſent. Auaritia pecuniæ ſtudium ha-
bet quã nemo ſapiẽs cõcupiuit:ea q̃ſi uenẽis malis
ĩbuta corpus aĩumq; uirilẽ effœĩat. ſemp ĩfinita & in
ſatiabilis ẽ: neq; copia:neq; ĩopia minuit. Tũ Phauo
rius me aſpiciẽs quo inqt pacto corpus hoĩs auaritia
effœĩat: Quid.n.iſtuc ſit:q̧ aĩum uirilẽ ab ea effœĩari dixit:uideor ferme aſſe
q. Sed quonã mõ corpus quoq; hoĩs effœminet:nõdũ reperio. Et ego inq̃ lõ-
ge iã diu in eo ipõ quærẽdo fui:ac niſi tu occupaſſes ultro te hoc rogaſſem:uix
ego hæc dixerã cõtabũdus. atq; inibi q̄ſpiã de ſectatoribus Phauorini:q uide-
bat cẽ in lr̃is ueterator. Valeriũ inqt Probũ audiui hæc dicere: uſum eẽ Salu-
ſtiũ circũlocutiõe q̃dam poetica:& quũ dicere uellet: hoĩem auaritiã corrũpi:
corpus & animũ dixiſſe:quæ duæ res hoĩem demõſtrarẽt. Namq; hõ ex aĩa &
corpore eſt: Nunq̃ inqt Phauorinus qđ eq̄dẽ ſcio:tã importũa:tãq; audaci ar
gutia fuit nr̃ probus:ut Saluſtiũ uel ſubtiliſſimũ breuitatis artificẽ p̄iphraſim
poetaꝝ facere diceret. Erat tum nobiſcũ in eodẽ ambulacro homo q̄ſpiã ſane
doctus:is quoq; a Phauorino rogatus:ecq̄d haberet ſup ea re dicere:huiuſce-
mõi uerbis uſus eſt. Quos ĩquit auaritia minuit & corrũpit. quiq; ſeſe quærẽ-
da undiq; pecũia dederũt:eos pleroſq; tali genere uitæ occupatos uidemus:
ut ſicuti alia in is omnia præ pecũia:ita labor quoq; uirilis:exercẽdiq; corporis
ſtudiũ relictũ ſit. Negociis ſe plerũq; umbraticis:& ſellulariis q̄ſtibus inten-
tos habent:in q̄bus oĩs eorũ uigor aĩ:corporiſq; elãgueſcit. & quod Saluſtius
ait effœminat. Tum Phauorinus legi denuo uerba eadem Saluſtii iubet: atq;
ubi lecta ſunt. Quid igitur inqt dicemus:q̧ uidere eſt pecuniæ cupidos: &
eoſdẽ tamen eſſe corpore uegeto & ualẽti. Tum ille ita reſpõdit: nõ hercle ĩſci
te. Quiſquis eſt inquit pecuniæ cupiẽs:& corpore tamen eſt bene habito &
ſtrẽnuo:aliarũ quoq; rerũ uel ſtudio:uel exercitio eum teneri neceſſariũ eſt:at
q; in ſeſe colẽdo non æque eſſe parcum. Nam ſi auaritia ſola ſumma oẽs hoĩs
partes:affectioneſq; occupat: & ſi ad incuriã uſq; corporis graſſet:ut per il-
lam unam neq; uirtutis: neq; uiriũ neq; corporis:neq; animi adſit cura. Tum
deniq; iis uere dici poteſt effœmiato eſſe & aĩo & corpore: qui neq; ſeſe:neq;
aliud curet niſi pecuniã. Tum Phauorinus aut hoc inquit:quod dixiſti proba
bile eſt:aut Saluſtius odio auaritiæ pluſq̃ potuit eam criminatus eſt.

¶ Quemnam eſſe natalem diem. M. Varro dicat eorum:qui ante noctis ho
ram ſextam:

ram ſextam:poſtue eam nati ſunt.Atq; inibi de temporibus terminiſq; dierũ: qui ciuiles nominantur.& uſq;quaq; gentium uarie obſeruantur.& præterea quid.Q .Mutius ſcripſerit ſuper ea quam maritus non iure uſurpauiſſet: ꝙ rationem ciuilis anni non habuerit. Cap. II.

QVæri ſolitũ eſt:qui noctis hora tertia: quartaue: ſiue qua alia nati ſunt.uter dies natalis haberi appellariq; debeat:is ne quem nox ea conſecuta eſt:an qui dies noctem conſecutus eſt.M.Varro in libro rerum humanaꝝ:quem de diebus ſcripſit homines inquit:qui media nocte ad proximã mediam noctem in his horis.xxiiii.nati ſunt.una die nati dicunt᷑.Quibus uerbis ita uidetur dierum obſeruationem diuiſiſſe:ut qui poſt ſolem occaſum ante mediam noctẽ natus ſit:is ei dies natalis ſit:a quo die ea nox cœperit. Cõtra uero qui in ſex horis poſterioribus naſcit᷑:eo die uideri natum/qui poſt eam noctem diluxerit.Athenięſes autem aliter obſeruare idẽ Varro in eodem libro ſcripſit:eoſq; a ſole occaſo ad ſolem iterum occidentem omne id medium tempus unũ diem eſſe dicere. Babylonios porro aliter. A ſole enim exorto ad exortum eiuſdem incipientem.totum id ſpatium unius diei nomine appellare.Multos uero in terra umbria unum & eundem diem eſſe dicere a meridie uſq; ad inſequentem meridiem.Quod quidem Varro inquit nimis abſurdum eſt.Nam qui calendis hora ſexta natus eſt apud umbros dies eius natalis uideri debebit & calẽdaꝝ dimidiaꝝ.& q ẽ poſt calendas dies.ante horam eiuſdem diei.vi.Populum autem romanum ita uti Varro dixit.dies ſingulos annumerare a media nocte uſq; ad mediã proximam multis argumẽtis oſtẽdit᷑.Sacra ſunt romana partim diurna.partim nocturna.Sed ea quæ inter noctem fiunt.diebus adiiciunt᷑ non noctibus.Quæ igit᷑ ſex poſterioribus noctis horis fiunt.eo die fieri dicunt᷑.qui ꝓximus eam noctẽ illuceſcit.Ad hoc ritus quoq; & mox auſpicandi eandem eſſe obſeruationem docet.Nam magiſtratus quando una die eis eſt auſpicandum:& id ſuper quo auſpicauerũt agẽdum poſt mediam noctem auſpicatur:& poſt meridiem ſole magno.Auſpicatiq; eẽ:& egiſſe ex eodem die dicunt᷑.Præterea tribuni plæbei/quos nullum diem abeſſe Roma licet cum poſt mediam noctem proficiſcuntur:& poſt primam facem ante mediam ſequentem reuertuntur nõ dicuntur abfuiſſe unum diem quãdo ante horã noctis.vi.regreſſi:parte aliqua illius in urbe Roma ſunt Q.quoq; Mutium iuriſconſultum dicere ſolitum legi:non eſſe uſurpatã muliere m calẽdis Ianuariis:quæ apud uirum cauſa matrimonii eſſe cœpiſſet:ante diem.iiii.calẽdas Ianuarias ſequentis uſurpatum iſſet.Nõ.n.poſſe impleri trinoctiũ quod abeẽ a uiro uſurpãdi cã ex.xii.tabulis deberet:quoniã tertiæ noctis poſterioris ſex horæ alterius anni eſſent:qui iciperet ex calẽdis.Iſtæc autem oĩa de dieꝝ tẽporibus & finibus ad obſeruationẽ diſciplinãq; iuris antiq ꝑtinatia:quũ i libris ueteꝝ iueniremus nõ dubitabamus.qn Virgilius quoq; idipſũ oſtẽderit:nõ expoſite:atq; aperte:ſed ut hoĩem decuit poeticas res agẽtẽ recõdita & qſi operta ueteris iuris ſignificatiõe.Torquet inquit medios nox humida curſus.Et me ſæuus equis oriens afflauit anhelis.His enim uerſibus obli-

Dierum obſeruauatio

Sacra duplicia ſt

Virgilius

que ſicuti dixi:admonere uoluit diem:quem Romani ciuilem appellauerũt:a
vi.noctis hora oriri.De noſcendis explorandiſq; Plauti comœdiis quoniã pro-
miſcue ueræ atq; falſæ nomine eius inſcriptæ feruntur.Atq; inibi q; Plautus in
piſtrino:& Neuius in carcere fabulas ſcriptitarunt. ¶Cap. III.

Plautus — VErum eſſe cõperior:quod quoſdam bene litteratos homines dice
re audiui:qui pleraſq; Plauti comœdias curioſe:atq; contente lecti
tarunt:non indicibus Helii nec Claudii:nec Aurelii:nec Accii:nec
manilii:ſuper his fabulis:quæ dicuntur ambiguæ:credituros:ſed
ipſi plauto moribuſq; ingenii:atq; linguæ eius:Hæc enim iudicii norma Var-
ronem quoq; eſſe uſum uidemus.Nam præter illas unam &.xx.quæ uarroni-
anæ uocãtur:quas iccirco a cæteris ſegregauit:quoniam dubioſæ non erãt:ſed
conſenſu omnium Plauti eſſe cenſebãtur:quaſdam item alias probauit addu-
ctus ſtilo atq; facetia ſermonis plauto congruentis.Eaſq; iam nominibus alio-
Boeotia comœdia. — rum occupatas.Plauto uindicauit.Sicuti iſtam quam nuperrime legebamus:
cui eſt nomen boeotia:nam quum in illis una:&.xx.non ſit:& eſſe Aqlii dicat̃:
nihil tamen Varro dubitauit quin Plauti foret:neq; alius quiſquam non infre-
qués Plauti lector dubitauerit:ſi uel hos ſolos uerſus ex ea fabula cognouerit:
qui quoniã ſunt:ut de illius Plauti more dicam plautiniſſimi:propterea & me
Plautinissime — minimus eos:& aſcripſimus.¶Paraſitus ibi exuriens hæc dicit.

Vt illum dii perdant:primus qui ora repperit.
Quiq; adeo primus ſtatuit hic ſolarium.
Articulatim — Qui mihi cõminuit miſero articulatim diem.
Nam me puero uetus erat ſolarium.
Multo omnium iſtorum optimum:& ueriſſimum:
Vbi ubi iſte monebat eſſe:niſi cum nihil erat.
Nunc etiam quod eſt:non eſtur:niſi cũ ſoli lubet:
Itaq; adeo iam oppletur oppidum ſolariis.
Maior pars populi aridi reptant fame.

¶Neruularia — Phauorinus quoq; noſter.quum Neruulariam plauti legerem:quæ inter incer
tas eſt habita.& audiſſet ex ea comœdia uerſum hunc.Stratæ ſcruppæ de ſta
to uluæ ſordidæ.Delectatus faceta uerborum antiquitate meretricum uitia:at
¶Fretum cemœdia — q; deformitates ſignificantium:uel unus hercle inquit hic uerſus Plauti eſſe
hanc fabulam ſatis poteſt fidei feciſſe.Nos quoq; ipſi nuperrime:cum legere-
mus fretum:nomen eſt id comœdiæ:quam Plauti eſſe quidam non putant:
haud quicq̃ dubitauimus:quin Plauti foret & omniũ maxime genuina.Ex qua
duos hos uerſus exſcripſimus:ut hiſtoriam quæreremus oraculi arietini.Nũc
illud:eſt quod Arietini reſponſum magnis ludis dicitur.Peribo ſi non fecero.
Si faxo:uapulabo.M.autẽ Varro in libris de comœdiis plautinis primo actu
Cordolium — uerba hæc ponit.Nã nec gemini:nec leones:nec cordolium:nec anus plauti:
nec bis compreſſa nec boetia unq̃ fuit.Neq; adeo ἄγροικος:neq; commoriẽtes:
¶plautius poeta — ſed.M.Accutici.In eodem libro.M.Varronis id quoq; ſcriptum eſt:Plauti-
um fuiſſe quempiã poetã comœdiarum.Cuius quoniam fabulæ pla uti iſcripte
foret:ac ceptas

forent: acceptas eſſe:quaſi plautinas quum eſſent non a plauto plautinæ: ſed a plautio plautiane. Feruntur autem ſub Plauti nomine comœdiæ circiter:centum atq;.xxx.Sed homo eruditiſſimus Lælius quiq; &.xx.eſſe eius ſolas exiſtimauit. Non tamen dubium eſt:quin iſta:& quæ ſcripta a Plauto non uident: & nomini eius adiiciuntur:ueterum poetarum fuerit: & ab eo retractatæ & expolitæ ſint.Acpropterea recipiant dictum plautinum.Sed enim Saturionem. & Addictum:& tertiam quãdã cuius nunc mihi nomẽ nõ ſuppetit. in piſtrino eũ ſcripſiſſe Varro:& pleriq; alii memoriæ tradiderũt.cũ pecunia oĩ quã ĩ operis artificum ſcænicoruum pepererat:in mercationibus perdita inops Romã rediſſet:& ob quærẽdum uictum ad circunagendas molas/quæ truſatiles appellantur/operam piſtori locaſſet.Sicuti de neuio quoq; accepimus/fabulas eũ in carcere duas ſcripſiſſe.Areolũ:& Leontẽ:cũ ob aſſiduã maladicẽtiã/ & ꝓbra in principes ciuitatis de græcorum poetarum more dicta/in uincula Romæ a triũuiris cõiectus eſſet.V nde poſt a tri.ple. exẽptus eſt:cũ iis quas ſupra dixi fabulis:delicta ſua & petulãtias dictoꝝ qbus multos ante læſerat:diluiſſet:

Molæ truſatiles Neuius

¶ Quod.P.Africano:& aliis nunc uiris nobilibus ante ætatem ſenectam barbam: & genas radere:patrii moris fuit. ¶Cap. IIII.

IN libris: quos de uita.P.Scipionis Africani compoſitos legimus ſcriptum animaduertimus.P.Scipioni Pauli filio.poſtq̃ de pœnis triũphauerat:cenſorq; fuerat: eidem diem dictũ ad populũ a Claudio Aſellio tri.ple.cui equũ in cenſura ademerat:Eũq; cum eſſet reus:neq; barbam deſiſſe radi:neq; non candida ueſte uti:neq; fuiſſe cultu ſolito reorum.Sed quum in eo tempore Scipionem minorem.xl.annorum fuiſſe cõſtaret:quod de barba raſa ita ſcriptum eſſet mirabamur: Comperimus autem cæteros quoq; in iiſdẽ temporibus nobiles uiros:barbam in eiuſmodi ætate raſitauiſſe. Iccircoq; pleraſq; imagines ueterum:non admodum ſenum:ſed in medio ætatis ita factas uidemus.

Radẽdi barba mos

¶ Delitiarum uitiũ.& molicies oculorum.& corporis:ab Archeſilao philoſopho cuidam obprobrata acerbe ſimul & feſtiuiter. ¶Cap. V.

PLutarchus refert Archeſilaum philoſophũ uehemẽti uerbo uſũ eſſe:de qnodam nimis delicato diuite:qui ĩcorruptus tamen & caſtus perinteger dicebatur:Nã quũ uocẽ eius ĩfractã: capillũq; arte cõpoſitũ & oculos ludibũdos atq; illecebræ uoluptatiſq; plenos uideret nihil ĩtereſt inqt.qbus mẽbris cinædiſſiis poſterioribus.an prioribus.

Archeſilai uerbũ.

¶ De ui atq; natura palmæ arboris quod lignum ex ea ponderibus impoſitis renitatur. ¶Cap. VI.

PErhercle rem mirandam Ariſto.in.vii.problematum: & Plutar.ĩ viii.ſymphoſicorum ſcribit.Si ſuper palmæ inquit arboris lignũ magna pondera tmponas ac tam grauiter urgeas:oneréſq;:ut magnitudo oneris ſuſtineri nõ queat:nõ deorſum palma cædit:nec ĩtra flectitur: ſed aduerſus pondus reſurgit: & ſurſum nititur recuruaturq;/ Prppterea ĩquit Plutarchus in certaminibus palmam ſignum eſſe placuit ui-

Palmæ Natura

ctoriæ:quoniã ingenium eiuſmõi ligni eſt:ut urgẽtibus ꝑmẽtibuſq; nõ cedat.

¶ Hiſtoria ex ãnalibus ſũpta de.Q.Ceditio trib.militũ.uerbaq; ex originibꝰ M.Catonis appoſita:qbꝰ Ceditii uirtutẽ cũ Spartão leonida cõparat. Ca.VII

PVlchrum dii boni facinus:græcarumq; facundiarum magniloquẽtia condignum.M.Cato in libris originum de.Q.Ceditio trib.militum ſcriptum reliquit.Id profecto eſt ad hanc ferme ſniam.Imperator pœnus in terra ſicilia bello carthaginenſi primo: obuiam romano exercitui progreditur: colles locoſq; idoneos prior occupat. Milites Romani:uti res narrata eſt.in locum inſinuant fraudi & perniciei obnoxium. Tribunus ad cõſulẽ uenit.Oñdit exitũ de loci ĩportunitate:& hoſtiũ circũſtãtia.Maturꝫ cenſeo ĩqt:ſi rẽ ſeruare uis:faciũdũ:ut.cccc.aliquos milites ad uerucã illã(ſic enĩ.M.Cato locũ editũ:aſperũq; appellat)ire iubeas.Eãq; uti occupẽt:ĩperes hortériſq;: hoſtes ꝓfecto ubi id uiderit: fortiſſimus qſq; & prõptiſſimus:ad occurſãdũ pugnãdũq; in eos ꝑuertẽtur: unoque ĩillo negocio ſeſe alligabũt:atq; illi oẽs.cccc. ꝓculdubio obtrũcabũtur. Tu interea occupatis in ea cæde hoſtibus:tẽpus exercitus ex hoc loco educẽdi habebis. Alia:niſi hæc ſalutis uia nulla eſt.cõſul tribuno reſpõdit:cõſiliũ qdẽ fidũ:atq; ꝓuidẽs ſibi uiderier.Sed iſtos inqt milites.cccc.ad eũ locũ in hoſtiũ cuneos quiſnã erit qui ducat? Si alium ĩquit tribunus:nemĩnẽ reperis:me licet ad hoc periculũ utaꝛ.Ego hãc tibi:& reip.animã do:cõſul tribuno grãs laudeſq; agit.Tribunus &.cccc. ad moriẽdum ꝓficiſcunt᷑. Hoſtes eorꝫ audaciã demirant᷑.Quorſũ ire ꝑgãt in expectãdo ſunt:Sed ubi apparuit:ad eandẽ uerrucã occupãdã iter ĩtẽdere mittit aduerſum illos ĩpator carthaginẽſis peditatũq; eqtatũ: quos in exercitu uiros habuit ſtrẽnuiſſimos.Romãi milites circũueniũt᷑.circũuẽti repugnãt.Fit ꝑliũ diu anceps.tãdẽ ſupat multitudo.Quadrĩgẽti oẽs tum una pfoſſi gladiis aut miſſilibꝰ opti cadunt.Cõſul ĩteribi:dum ea pugna fit:ſe in locos tutos/atq; editos ſubducit.Sed qđ illi tribuno duci militũ.cccc.diuinitꝰ in eo ꝑlio uſu uenit:nõ iã nr̃is/ſed ipſius Catonis uerbis ſubiecimus.uerba Catonis. Dii ĩmortales tri.militũ fortunã ex uirtute eiꝰ dedere.Nã ita euenit/cũ ſautius multifariã ibi factus eẽt:tũ uulnus capiti nullũ euẽit.Eũq; ĩter mortuos defatigatum uulneribꝰ/atq; ſpirantẽ qđ ſanguen defluxerat/cognouere/eum ſuſtulere.Iſq; cõualuit.Sæpeq; poſt illã operã reipu.fortẽ/atq; ſtrenuã ꝑhibuit.Illoq; facto qđ illos milites ſubduxit:exercitũ cæterꝫ ſeruauit.Sed idẽ bñfactũ in quo loco ponas/nimiũ ĩtereſt.Leonides lacedæmonius laudat᷑:q ſimile apud Thermopylas fecit.pp eiꝰ uirtutes oĩs græcia gloriã atq; grãm ꝑcipuã claritudĩs ĩclytiſſimæ decorauere monumẽtis/ ſignis/ſtatuis/elogiis/hiſtoriis. Aliiſq; rebus gratiſſimũ id eiꝰ factũ habueꝛ.At tri.militũ pua laus ꝓ factis relicta:q idẽ fecerat atq; rẽp.ſeruauerat.Hãc.Q.Ceditii uirtutẽ.M.Ca.tali ſuo teſtimõio decorauit.Claudiꝰ aũt Quadrig.ãnali.iii.nõ Ceditio nomẽ fuiſſe refert:ſed laberio.

¶ Lr̃æ eximiæ cõſulũ.C.Fabritii/& Aemilii ad regẽ Pyrrhum a Q.Claudio ſcriptore hiſtoriarꝫ in memoriã datæ. Cap.VIII

CVm Pyrrhus rex in terra Italia eſſet:& unã atq; alterã pugnã ꝓſpere

Veruca

Ceditiꝰ tribunus

Leonides

Pyrrhus thimochates

ſpere pugnaſſet: ſatiſq; angerent romāi/ & pleraq; Italia ad regē deſciuiſſet: tū ambracieſis qſpiā Thimochares Regis Pyrrhi amicus ad. C. Fabritiū cōſulē furtī uenit: ac premiū petiuit/ & ſi de premio cōueniret/ ꝓmiſit Regē uenenis necare. Id qđ facile factu eē dixit/ qm̄ filii ſui pocula in cōuiuio regi miniſtrarēt Eā rē Fabritius ad ſenatū ſcripſit: ſenat⁹ legatos ad regē miſit: Madauitq; ut de Thimochare nihil ꝓderet: ſed moneret: uti rex circūſpectius ageret: atq; a ꝓximorū inſidiis ſalutē tutaretur: hoc ita uti diximus: in Valerii Antiatis hiſtoria ſcriptū eſt. Quadrigarius aūt in libro. iii. nō Thimocharē: ſed Niciā adiſſe ad cōſulē ſcripſit. Neq; legatos a ſenatu miſſos: ſed a cōſulib⁹. Et regē a populo romano laudes atq; grās ſcripſiſſe: captiuoſq; oīs: quos tū habuerit: reſtituiſſe: & reddidiſſe. Cōſules tū fuerunt. C. Fabritius: & Aemilius. Lrās quas ad regē Pyrrhū ſuper ea cauſa miſerūt: Clau. Quadrigari⁹ ſcripſit fuiſſe hoc exēplo Cōſule Romāi ſalutē dicūt Pyrrho regi. Nos ꝓ tuis iniuriis cōtiuo aīo ſtrenui cōmoti inimiciter tecū bellare ſtudemus. Sed cōmunis exēpli & fidei ergo uiſum eſt: uti te ſaluū uelimus: ut eſſet quē armis uincere poſſimus. Ad nos uenit Nicias familiaris tuus: q ſibi preciū a nobis peteret. ſi te clā interfeciſſet. Id nos negauimus uelle. Neue ob eā rē qcq̄ cōmodi expectaret: & ſimul uiſum eſt ut te certiorem faceremus: ne quid eiuſmodi ſi accidiſſet noſtro cōſilio ciuitates putarent factum: & quod nobis non placet precio: aut premio: aut dolis pugnare. Tu niſi caueas iacebis.

Fabritius

Nicias

¶ Quis & cuiuſmodi fuerit q in ꝓuerbio fertur equus ſeianus: & qualis color equorū ſit: q ſpadices uocant. Deq; iſtius uocabuli rōne. ¶ Cap. IX

CBaſſus i cōmētariis ſuis. itē Iulius modeſtus in. ii. qōnū cōfuſarū hiſtoriā de equo ſeiano tradūt: dignā memoria atq; admirōne. Cn. Seiū quēpiā ſcribūt fuiſſe. Eūq; habuiſſe equū natū argis in terra græcia: de quo fama cōſtās eēt tāq; de gn̄e equoꝝ ꝓgenit⁹ foret: q Diomedis thracis fuiſſent: quos Hercules Diomede occiſo e Thracia argos ꝓduxiſſet. Eū equū dicūt fuiſſe magnitudīe iuſitata. ceruice ardua: color Phœniceo. flaua & comāti iuba. Oibuſq; aliis equoꝝ laudib⁹ quoq; lōge pſtitiſſe. Sed eundē equū tali fuiſſe fato/ ſiue fortuna ferūt. aut qſq; hr̄et eū/ poſſideretq;: is cū oī domo/ familia fortuniſq; oib⁹ ſuis ad iternitionē uſq; depiret. Itaq; primū illū. Cn. Seiū dn̄m eius a. M. Ant. q poſtea triūuir reip. cōſtituēdæ fuit: capitis dānatū miſerādo ſupplicio affectū eē. Eodē tp̄e Cor. Dolobellā cōſulē ī Syriā ꝓficiſcentē fama iſtius eq adductū argos diuertiſſe. Cupidieq; hn̄di eius exarſiſſe. Emiſſeq; ſeſtertiis centū milib⁹. Sed ipm quoq; Dolobellā in Syria bello ciuili obſeſſum atq; iterfectū eē. Mox eūdē equū/ q Dolobellæ fuerat. C. Caſſiū q Dolobellā obſederat/ abduxiſſe. Eum Caſſiū poſtea ſatis notū eſt: uictis Parthis/ fuſoq; exercitu ſuo: miſerā mortē oppetiiſſe. Deīde Antoniū poſt iteritū Caſſii parta uictoria: equū illū nobilē Caſſii reqſiſſe: & cum eo potitus eēt: ipm quoq; poſtea uictum atq; deſertū: deteſtabili exitio iteriſſe. Hic ꝓuerbium de hoīb⁹ calamitoſis ortū: diciq; ſolitū. Ille hō hēt equū ſeianū. Eīdē ſn̄ia eſt illius quoq; ueteris ꝓuerbii/ qđ ita dictū accepimus. Auꝝ toloſanū. Nā quū oppidū

Equi Diomedis

Equus ſeianus

Auꝝ toloſanum

Appellitat hic gellius herodotum fabulatorem.

toloſanũ in terra italia.Q.Cepio cõſul diripuiſſet: multũq; auri in eiusoppidi tẽplis fuiſſet: qſqs ex ea direptione auꝝ attigit:miſero cruciabiliq; exitu periit. Hunc equũ.C.Baſſus uidiſſe ſe argis refert:haud credibili pulchritudie: uigoreq; & color exupantiſſimo.Quẽ colorẽ nos(ſicuti dixi)pũiceũ:græ.ꝑti φοίνικα alii σπαδίκα appellãt:qm̃ palmæ termes ex arbore cũ fructu auulſus ſpadix dr̃.

Puniceus color
Spadix

De vi et facultate septenarii numeri

Q dẽſt quædã ſeptenarii numeri uis & facultas:in multis naturæ reb⁹ aĩad uerſa:de qua.M.Varro in hebdomadibus diſſerit copioſe. Cap. X

Septẽari⁹ numerus
uergilie
Pleiades
Et rõnes
zodiacus
hebdomada

M.Varro in primo lib.q ĩſcribunť hebdom̃ades:uel de imagib⁹ſeptenarii nũeri:quẽ græci hebdomada appellãt:uirtutes/ptãteſq; multas/uariaſq; dicit.Is nãq; numerus inqt/ſeptẽtriones maiores:minoreſq; facit in cælo.Itẽ uergilias:quas græci πλειάδας uocãt. Facit ẽt ſtellas:quas alii erraticas.P.Nigidius errones appellat.Circulos quoq; ait in cælo:circũ lõgitudinẽ axis ſeptẽ eẽ:e qs duos mĩnos:q axẽ extimũ tãgũt:πόλους.i.axes appellari dicit.Sed eos in ſphæra quæ κρικωτή.i.ſphæra ꝑtuſa uocať ꝑp breuitatẽ nõ ĩeſſe.Atqui neq; ip̃e zodiacus ſeptenario caret numero. Nã in.vii. ſigno fit ſolſtitiũ a bruma.In ſeptimo bruma a ſolſtitio.In.vii. æquinoctiũ ab æqnoctio:Dies deĩde illos:quibus halcyones hyeme ãni in qua nidulanť: eos quoq; ſeptẽ eẽ dicit.Præterea ſcribit lunæ curriculũ cõfici integrũ quater ſeptenis diebus.Nã duodetriceſimo luna inquit:exquo ueſtigio ꝑfecta eſt:eodẽ redit.Auctorẽq; opionis huius Ariſtidẽ eẽ ſamiũ:in qua re non id ſolũ aĩaduerti debere dicit:qđ quater ſeptenis.i.octo & uiginti diebus cõficeret iter luna ſuũ Sed ꝙ is numerus ſeptenarius:ſi ab uno ꝑfectus:dum ad ſemetip̃m ꝑgrediť: oĩs/ꝑ quos ꝑgreſſus eſt/numeros cõpræhẽdat:ip̃mq; ſe addat:facit numerum octo &.xx.quot dies ſunt curriculi lunaris.Ad hoĩes quoq; naſcẽdos uim nũeri iſtius porrigi.ptinereq; ait.Nã cum in uteꝝ inquit mulieris genitale ſemẽ datum eſt:primis ſeptẽ diebus cõglobať coagulaťq;.Fitq; ad capiẽdã figurã idoneũ.Poſt deinde qrta hebdomade:qđ eius uirile fœtus futuꝝ eſt/caput/& ſpina:quæ eſt in dorſo informať.Septima aũt fere hebdomade.i.nono &.xl.die totus inquit hõ in utero abſoluiť.Illã quoq; uim numeri huius obſeruatam refert:ꝙ añ mẽſem ſeptimũ:neq; maſculus neq; fœmina ſalubriter:ac ſ̃m naturã naſci põt.& ꝙ ii/qui iuſtiſſime in utero ſunt:poſt.cclxxx.dies:poſtq̃ ſunt cõcepti:quadrageſima deniq; hebdomada ita naſcunť.Pericula quoq; uitæ fortunarũq; hominũ:quæ climacteras Chaldæi appellant grauiſſima quæq; fieri affirmat ſeptenariis.Præter hæc modũ eẽ dicit ſũmũ adoleſcẽdi humani corpis ſeptẽ pedes:qđ eẽ magis ueꝝ arbitramur:q̃ qđ Herodotus hõ fabulator in primo hiſtoriaꝝ inuẽtũ eẽ ſub terra ſcripſit Oreſti corpus cubita lõgitudĩs hñs ſeptẽ:quæ faciũt pedes.xii.& quadrãtẽ.Niſi ſi(ut Homerus opinatus eſt)uaſtiora:ꝓlixioraq; fuerint corpa hoĩum antiquoꝝ:& nũc quaſi iã mũdo ſeneſcẽte: reꝝ atq; hoĩum detrimẽta ſunt. Dentes quoq; & in primis ſeptẽ mẽſibus: & ſeptenos ex ntraq; pte gigni ait:& cadere ãnis ſeptenis.& genuinos ãnaſci anniſferebis ſep tenis.Venas ẽt in hoĩbus:uel potius arterias: medicos muſicos dicere ait:nũero moueri ſeptenario:qđ ipſi appellãt τὴν διὰ τεσσάρων συμφωνίαν: ideſt per

Nidulant

Genitale ſemen

Climate
Herodotus fabulator

.i. p quaternariũ cõſonãtiã:q uæ fit in collatione q̃ternarii numeri. Diſcrimina etiã periculoꝝ in morbis maiore ui fieri putãt in diebus:q cõficiunt ex numero ſeptenarii. Eoſq; dies oĩum maxime ita ut medici appellãt κριτικοὺς ἢ κρισίμους: ideſt iudiciarios uel iudiciales cuiq; uideri primã hebdomadã:& ſecũdã & tertiã. Necnõ ideſt etiã ad ui facultateſq; eius numeri augẽdas:q; qbus inedia mori cõſiliũ eſt: ſeptimo demũ die mortẽ appetũt. Hæc Varro de numero ſeptenario ſcripſit ad modũ cõq̃ſite. Sed alia quoq; ibidẽ cõgerit frigidiuſcula: Veluti ſeptẽ opera eſſe in orbe terraꝝ miranda:& ſapiẽtes itẽ ueteres ſeptẽ fuiſſe:& curricula ludoꝝ circẽſiũ ſolẽnia ſeptẽ eẽ: ad oppugnãdas thebas duces ſeptẽ delectos. tũ ibi addit ſe quoq; iã duodecimã ãnoꝝ hebdomadã igreſſũ eſſe:& ad eũ diẽ ſeptuagita hebdomadas libroꝝ cõſcripſiſſe. Ex quibus aliquãdiu quum proſcriptis eſſe: direptis bibliothecis ſuis non comparuiſſe. Varro ſcripſit libros q.oo Frigidiuſcula

¶ Quibus & q̃ friuolis argumentis Actius in didaſcalicis utatur: quibus docere nititur Heſiodum eſſe:q̃ Homerũ natu antiquiore. ¶Cap. XI. De friuolis et didascalicis argumentis auth

SVper ætate Homeri atq; Heſiodi nõ cõſentit. Alii Homerũ:q̃ Heſio. maiorẽ natu fuiſſe ſcripſerũt. in qbus Philochorus & Zenophanes. Alii minorẽ inqs. L. Actius poeta:& Ephorus hiſtoriæ ſcriptor. M. aũt Varro in primo de imaginibus: uter prior natꝰ ſit: parꝝ cõſtar dicit: Sed nõ eẽ dubiũ qn aliquo tpe eodẽ uixerint: idq; ex epigrãmate oñdit: qđ in tripode ſcriptũ eſt:q in mõte helicone ab Heſiodo poſitus traditur. Actius aũt in primo didaſcalico leuibus admodũ argumẽtis utitur: p quẽ oñdit Heſiodũ natu priorẽ. Q đ Homerus inqt: quũ in pricipio carminis Achillẽ eẽ filiũ Pelei diceret: qs eẽt Peleus nõ addidit. Q uã rẽ pcul inqt dubio dixiſſet: niſi ab Heſiodo iã dictũ uideret. De cyclope itidẽ inqt uel maxime q; unoculus fuit: rẽ tã inſignẽ nõ pteriſſet niſi æquæ prioris Heſiodi carminibus uulgatũ eẽt. De pria quoq; Homeri multo maxie diſſenſum eſt. Alii colophoniũ: alii ſmyrnæũ ſunt q Atheniẽſem: ſunt q ægyptiũ dicãt fuiſſe. Ariſtoteles tradit ex inſula Ionatũ. M. Varro in libro de imaginibus prĩo Homeri imagini hoc epigramma appoſuit. Homerus Heſiodus Super etate homeri et Hesi:

Capella homeri cãdida hoc tumulũ idicat Q đ ariete mortuo faciũt ſacra.

ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν ὁμήρου.

σμύρνα, ῥόδος, κολοφών, σαλαμίν, ἰὸς, ἄργος, ἀθῆναι.

Septem urbes certant de ſtirpe inſignis homeri.

Smyrna rhodus: colophon: ſalamin: ius: argos athenæ.

¶ Largum atq; auidum bibendi a. P. Nigidio doctiſſimo uiro nouo & propemodum abſurdo uocabulo biboſum dictum. ¶Cap. XII. Quem appellamus aliquem bibacem qui biboſum:

BIbẽdi auidũ. P. Nigidius in cõmẽtariis grãmaticis bibacẽ & biboſũ dici. Bibacẽ ego ut edacẽ a pleriſq; aliis dictũ lego. Biboſũ dcm̃ ẽt nuſq̃ repperi: niſi apud Laberiũ. Neq; aliud eſt: q; ſimili iclinatu dicat. Nõ.n. ſimile eſt: ut uinoſus: aut uitioſus: cæteraq; q̃ hoc mõ dicũt / qm̃ a uocabulis nõ iclinata ſũt. Laberius ĩ mimo uel prĩo: q ſaliator iſcriptus eſt: uerbo hoc ita utit. Nõ mãmoſa: non ãnoſa: non biboſa: non procax. Bibax Biboſus Simili inclinatu

¶ Quod Demoſthenes etiam tum adoleſcens quum Platonis philoſophi diſcipulus foret: audito forte Calliſtrato rhetore in concione populi: deſtitit a Platone: & ſectatus eſt Calliſtratum. Cap. XIII.

HErmippus hoc ſcriptū reliqt. Demoſthenem admodū adoleſcētē uētitare ī academiā/Platonēq; audire ſolitū. Atq; is inqt Demoſthenes domo egreſſus: ut ei mos erat: quū ad Platonē pgeret: cōpluriſq; populos currētes uideret: pcontat' eius rei cauſam. Cognoſcitq; currere eos auditū Calliſtratū. Is Calliſtratus athenis orator in repu. fuit illi δημαγώγους appellāt uiſum eſt paulū diuertere expeririq; an ad digna auditu tāto pperatū ſtudio foret. Venit iqt: atq; audit Calliſtratū: nobilē illā τὴν περὶ ὀρώπου δίκην. i. de oropo cām dicentem. Atq; ita motus: & demulctus: & captus eſt/ut Caliſtratū iam inde ſectari cœperit: academiam cum Platone reliquerit.

¶ Dimidium librum legi: aut dimidiam fabulam audiui: aliaq; huiuſcemodi: qui dicat uitioſe dicere. Eiuſq; uitii cauſas reddere. M. Varronem nec quenq̄ ueterum iiſce uerbis ita uſum eſſe. Cap. XIIII.

Dimidiū | Dimidiatum

DImidiū librū legi: aut dimidiā fabulā audiui: uel qd aliud huiuſcemōi: & male & uitioſe dici exiſtimat Varro. Oportet. n. inqt dicere dimidiatū libꝝ: non dimidiū. & dimidiatā fabulā/nō dimidiā. Cōtra āt ſi e ſextario hemina fuſa eſt nō dimidiatū ſextariū fuſum dicendum eſt. Et qui quoq; ex mille nūmum quod ei debebatur: quingentos recepit: nō dimidiatū recepiſſe dicem': ſed dimidiū. At ſi ſcyphus inqt argētes mihi cū alio cōis in duas partes diſiectus ſit: dimidiatū meū dicere eē ſcyphū debeo: nō dimidiū. Argēti aūt: qd' in eo ſcypho ieſt: dimidiū meū eē nō dimidiatū: diſſerit, ac diuidit ſubtiliſſime: qd dimidiū dimidiato interſit. &. Q. Enniū ſciēter hoc in annalibus dixiſſe ait. Sicuti ſiqs ferat uas uini dimidiatu. Sic pars quæ deeſt a uaſe, nō dimidiata dicēda eſt: ſed dimidia. Oīs aūt diſputationis eius: quā ſubtiliter qdē ſed ſubobſcure explicat: ſumma hæc eſt. Dimidiatū eſt quaſi diſmediatum: & in partis duas pares diuiſū. Dimidiatū ergo: niſi ipſum qd' diuiſum eſt: dici haud cōuenit. Dimidiū uero eſt nō qd' ipſum dimidiatū eſt: ſed quæ ex dimidiato pars altera eſt: quū igit' partē libri dimidiā legiſſe uolumus dicere: aut partē dimidiā fabulæ audiſſe: ſi dimidiā fabulam: aut dimidiū librū dicemus: peccabimus. Totū. n. ipſum: qd' dimidiatū aut diuiſum eſt: dimidiū dicis. Itaq; Lucilius eadē ſecutus: uno oculo īqt pedibuſq; duobus: dimidiatus ut porcus. Et alio loco: qd ni & ſcuta qdē ut uēdat: ſcutari' laudat. Perfractā ſtrigilē ſoleā īprobus dimidiatā. Iā in. xx. manifeſtius dimidiam horā dicere ſtudioſe fugit. Sed pro dimidia dimidiū ponit ī hiſce uerſibus.

Tempeſtate ſua: atq; eodem uno tempore: & horæ
Dimidio tribus confectis duntaxat eandem: & quartam.

Nā quū obuiū pximūq; eēt dicer'/& hora dimidia tribus cōfectis: uigilate/atq; attēte uerbū nō probū mutauit per qd' ſatis apparet ne horā quidē dimidiā recte dici; ſed uel dimidiatā horā/uel dimidiatā ptē hore. Propterea Plaut' in bacchidib' dimidiū auri dicit: non dimidiatū auꝝ. Itē in aulularia: dimidiū obſonii

non dimidiatū

nō dimidiatū obſoniū:in hoc uerſu.Et adeo obſonii hic iuſſit dimidiū dari.in menechmis aūt dimidiatū diē:nō dimidiū in hoc uerſu.Dies qdē iam ad umbiculū dimidiatus mortuus eſt.Etiā.M.Cato in libro quē de agricultura cōſcripſit.ſemen cupreſſi ſerito crebrū:ita uti linū ſeri ſolet eo crebro terrā īſternito:dimidiatū digitū.Iā id bene tabula:aut pedibus:aut manibus cōplanato:dimidiatū inqt digitū:nō dimidiū.Nā digiti qdē dimidiū:digitū aūt ipſum dimidiatū dici oportet.Itē.M.Cato de carthagineſibus ita ſcripſit.Hoies defoderunt in terrā dimidiatos:igneq; circūpoſuerūt.ita interfecerūt.Neq; quiſq̄ omnium qui probe locuti ſunt his uerbis ſecus q̄ dixi uſus eſt.

¶ Extare ī lr̄is:pq; hoium mēorias tardi:q, repēte multis mortē attulit gaudiū īgēs iſperatū:iterclu ſa aīa:& ui magni:nouiq; mot⁹ nō ſuſtinēte. Cap. XV.

COgnito repēte iſperato gaudio expiraſſe animā refert Ariſtoteles phūs Polycratā nobile fœminā e naxo iſula.Philippides quoq; comœdiar̄ poeta: haud ignobilis ætate iā edita:cū in certamine poetar̄ præter ſpē uiciſſet & lætiſſime gauderet inter illud gaudiū repēte mortuus eſt.de rhodio ēt Diagora celebrata hiſtoria eſt.Is Diagoras tris filios adoleſcētes habuit.unū pugilē.alter̄ pācratiaſten.tertiū luctatorē.Eoſq; oīs uidit uincere/coronariq; eodē olympiæ die.& cū ibi eū tres adoleſcētes amplexi:coronis ſuis in caput pr̄is poſitis ſauiarent:cūq; ppl'us gratulabūdus flores undiq; in eum iacerēt:ibi in ſtadio īſpectāte populo.in oculis atq; in manibus filior̄ aiam efflauit. Præterea in nr̄is ānalibus ſcriptū legimus.qua tēpeſtate apud cānas exercitus populi romani cæſus eſt.anum matrem nuncio de morte filii allato:luctu atq; mœrore affectā eſſe.Sed is nuncius nō uerus fuit. Atq; is adoleſcēs nō diu poſt ex ea pugna in urbē redit.Anus repēte filio uiſo/copia:atq; turba:& quaſi ruina incidētis inopinati gaudii opp̄ſſa exaīataq; eſt.

¶ Tēporis uarietas in puerperiis mulier̄.quænā ſit a medicis & philoſophis tradita.Atq; inibi poetar̄ quoq; ueter̄:ſup eadem re opīones.Multaq; alia auditu atq; memoratu digna . Verbaque ipſa Hippocratis medici ex libro illius ſumpta:qui inſcriptus eſt περὶ τροφῆς .i.de alimēto. Id quoq; eſſe a grauiſſimis uiris memoriæ mandatum. ¶ Caput XVI

ET medici & philoſophi illuſtres:de tp̄e humāi partus quæſiuerūt. πόσος ὁ τῆς τῶν ἀνθρώπων κυήσεως χρόνος.i.q̄tū eſt hoium geſtatiōis tēpus.Et multa opīo eſt.Eaq; iā pro uera recepta.Poſtq̄ mulieris uterus cōceperit ſemē:gigni hoiem ſeptimo mēſe rarēter:nunq̄ octauo:ſæpe nono.ſæpenumero decimo mēſe.Euq; eē hoiem gignēdi ſummū finē:decē mēſes nō incœptos:ſed exactos.Idq; Plautū ueterē poetā dicere uidemus in comœdia ciſtellaria his uerbis.Tū illa quā cōpreſſerat decimo menſe exacto:hic pepit filiā.Hoc idē tradit ēt Menāder poeta uetuſtior:humanarū opīonū uel pitiſſimus.Verſus eius ſup ea re de fabula Plotio poſui.γυνὴ κυεῖ δεκάμηνος. mulier decimeſtris parit.Sed noſter Cæcilius:cū faceret eodē noīe:& eiuſdē argumēti comœdiā:ac pleraq; a Menādro ſumeret.in mēſibus tn̄ genitalib⁹ noīandis:nō p̄termiſit octauū:quē p̄terierat Menāder Cæcilii uerſus hi ſūt

De Partu mlris in Septio octavo: 9: 10: 11: mesibus

Cic. ad Attic. lib. 10 ep. ult. Tullia mea peperit puerū ἑπταμηνιαῖον: quod εὐτόκησεν gaudebā: quod quidem est natum, perimbecillum est.

Inſolet ne mulier decimo menſe parere?
Pol nono quoq; ſeptimo atq; octauo.

Eam rē Cæciliū nō incōſiderate dixiſſe: neq; temere a Menādro/atq; a multoꝝ opīonibus deſciuiſſe. M. Varro uti credamus facit. Nā mēſe nōnunq̄ octauo editū eē partū in lib. xiiii. reꝝ diuinaꝝ ſcriptū reliquit. Quo in libro ēt. xi. mēſe aliqn̄ naſci poſſe hoīem dicit. Eiuſq; ſniæ: tā de. viii. q̄ de. xi. mēſe Ariſtotelē laudat auctorē. Sed huius de mēſe. viii. diſſenſionis cā cognoſci pōt ī libro Hippocratis/qui inſcriptus eſt. περὶ τροφῆς de alimēto. ex quo libro. uerba hæc ſunt ἔστι δὲ καὶ οὐκ ἔστιν ὀκτάμηνος γένησις .i. Eſt aūt & nō eſt octimeſtris partus. Id tā obſcure atq; p̄ciſe/tanq; aduerſe dictū Sabinus medicus/qui Hippocratē cōmodiſſime cōmodiſſime cōmētatus eſt: his uerbis enarrauit. ἔστι μὲν φαινόμενα ὡς ζῶα μετὰ τὴν ἔκτρωσιν, οὐκ ἔστι δὲ ὡς θνήσκοντα μετὰ ταῦτα. καὶ ἔστιν οὖν φαντασία μὲν παραυτίκα ὄντα. δυνάμει δὲ οὐκ ἔστι .i. apparēt quidē ueluti aīalia poſt abortum. Sed nequaq̄ ſunt: quippe quæ ſtatim uita excedāt. Itaq; eē quidē tantiſp imaginant̄: ſed potētia nō ſunt. Antiquos aūt Romanos Varro dicit nō recepiſſe huiuſcemodi quaſi monſtroſas raritates. Sed nono mēſe aut decimo: neq; p̄ter hos alias partionē mulieris ſ̄m naturā fieri exiſtimaſſe. Iccirco eos noīa parcis tribus feciſſe a pariēdo. & a nono atq; decimo mēſe. Nā parca inq̄t īmutata lr̄a una a partu noīata. Itē nona & decima a partus tēpeſtiui tp̄e. Ceſellius aūt uindex in lectionibus ſuis antiquis tria inq̄t noīa parcaꝝ ſunt. Nona. Decima. Morta. Et uerſum hūc Liuii antiquiſſimi poetæ ponit ex ὀδυσσεία. i. ulyſſea. Quādo dies aduenīet. quē p̄fata morta eſt. Sed homo minime malus Ceſellius mortā quaſi nomen accepit: cum accipe quaſi mœrā deberet. Præterea ego de partu hūano: p̄terq̄ quæ ſcripta in libris legi: hoc quoq; ueniſſe uſu romæ cōperi. Fœminam bonis atq; honeſtis moribus: non ambigua pudicicia in. xi. mēſe poſt mariti mortem peperiſſe. Factūq; eſſe negocium propter rōnem temporis: quaſi marito mortuo: poſtea concepiſſet. qm̄ decēuiri in decimo menſe gigni hominem: nō in undecimo ſcripſiſſent. Sed diuū Hadrianū cauſa cognita decreuiſſe in. xi. quoq; mēſe partū edi poſſe. Id quoq; ipſum eius rei decretum nos legimus. In eo decreto Hadrianus ita ſtatuere ſe dicit: req̄ſitis ueterum p̄hoꝝ: & medicoꝝ ſentētiis. Hodie quoq; in ſatyra forte. M. Varronis legimus: quæ inſcribit̄ teſtamentum uerba hæc. Siquis mihi filius: unus: pluresue in decem menſibus gignunt̄: Ii ſi erūt ὄνοι λύρας. i. aſini ad lyrā exhæredes ſunto. Quod ſiquis undecimo menſe: κατ᾽ ἀριστοτέλη. i. ſecundū Ariſtotelē natus eſto. Actio idem/quod Titio ius eſto apud me: Per hoc uetus prouerbiū Varro ſignificat ſicuti uulgo dici ſolitū erat de rebus inter ſe nihil diſtantibus. Idem Acci quod Titii: ita pari eodemq; iure eſſe in. x. menſibus natos: & in. xi. Quod ſi ita: neq; ultra decimū mēſem fœtura mulierum protolli poteſt: quæri oportet: cur Homerus ſcripſerit Neptunum dixiſſe puellæ a ſe recens compreſſæ.

Nomina parcarum: Nona, Decima, Morta

χαῖρε νῦν φιλότητι, περιπλομένου δ᾽ ἐνιαυτοῦ.
τέξεις ἀγλαὰ τέκνα, ἐπεὶ οὐκ ἀποφώλιοι εὐναὶ
ἀθανάτων.

Nunc gaude

Nunc gaude dilecta.aſt cum ſe euoluerit annus
Illuſtres.neq; enim diuum cubilia uana.
Natos nixa dabis.Id quũ ego ad cõpluris grãmaticos attuliſſem partim eorum
diſputabant/Homeri quoq; ætate/ſicuti Romuli/annũ fuiſſe/nõ.xii.menſiũ
ſed.x.Alii conueniſſe Neptũo:maieſtatiq; eius dicebant:ut longiore tp̄e fœtus
ex eo grãdeſceret.Alii alia quædam nugalia.Sed Phauorinus mihi ait περιπλω
μένυ ἐνιαυτοῦ.i.uoluẽte anno:non confecto eſſe anno/ſed affecto.In qua re uſus
eſt uerbo non uulgariæ ſignificationis.Affecta.n.ſicuti.M.Cicero/& ueterũ
elegãtiſſimi locuti ſunt/ea proprie dicebant/quæ non ad finẽ ipſum/ſed pro
xime fini ꝓgreſſa deductaue erant.Hoc uerbũ ad hanc ſn̄iam Ciceronis ĩ ora
tione fuit/quam dixit de ꝓuinciis cõſularibus.Hippocrates aũt in eo libro/de
quo ſupra ſcripſi:quum & numerum dierũ quibus conceptum in utero coa
gulum conformatur:& tempus ipſius partionis nono aut decimo mẽſe definiſ
ſet:neq; id tamen ſemper eadem eſſe fini dixiſſet:ſed alias ocius fieri:alias ſeri⁹
hiſce ad poſtremum uerbis uſus eſt.γίνεται δὲ ἐντούτοις καὶ πλέιω.καὶ ἐλάσσω.καὶ
ὅλου.κατὰ μέρος.καὶ εἴπομεν δὲ καὶ πλέιω πλειόνων.καὶ ἐλλάσσω ἐλασσόνων.ideſt ĩ hiſce
uero & plura fiunt:& pauciora:& ex toto & per partes.Dicimus etiã plura plu
ribus & pauciora paucioribus:quibus uerbis ſignificat quod aliquando ocius
fieret.nõ multo tamen fieri ocius.Neq; quod ſerius multo ſerius.Memini ego
romæ accurate hoc atq; ſolicite quæſitũ:negocio nõ rei tunc paruæ poſtulante:
an.viii.menſe infans ex utero uiuus editus:& ſtatim mortuus ius trium libero
rum ſuppleuiſſet:quum abortio quibuſdam:nõ partus uideretur menſis octa
ui intẽpeſtiuitas.Sed quoniam de Homerico annuo partu.ac de.xi.menſe dixi
mus quæ cognoueramus:uiſum eſt non prætereundum:quod in Plinii ſecun
di libro.vii.naturalis hiſtoriæ legimus.Id aũt quia extra fidẽ uideri poteſt:uer
ba ipſius Plinii poſuimus.Maſſurius auctor eſt.L.Papyrium prætorẽ ſecũdo
hærede lege agente bonorum poſſeſſionem contra eum dediſſe:quum mater
partum:ſe.xiii.menſibus tuliſſe diceret:quoniam nullum certum tempus pari
endi:ſtatutum ei uideretur.In eodem lib.Plinii ſecũdi uerba hæc ſcripta ſunt.
Oſcitationi nixu lætalis eſt:ſicut ſtrenuiſſe coitu abortiuum.

¶ Q đ tres libros Plato Philolai pythagorici:& Ariſtoteles pauculos Speu
ſippi philoſophi mercati ſunt.preciis fidẽ non capiẽtibus. ¶ Cap. XVII.

MEmoriæ mandatum eſt Platonem philoſophum tenui admodum
pecunia familiari fuiſſe.Atq; eum tamen tris philolai Pythagorici
libros decem milibus denariũ mercatũ.Id ei preciũ donaſſe quidã
ſcripſerũt amicũ eius Dionẽ ſyracuſanũ Ariſtotelem quoq; tra
ditũ libros pauculos Speuſippi philoſophi poſt mortẽ eius emiſſe talentis atti
cis tribus ea ſũma fit nũmi nr̄i duo &.lxx.milia.τίμων amarulẽtus libꝝ maledi
cẽtiſſimũ cõſcripſit qui σῖλλος Sillus ĩſcribit.in eo libro Platonẽ ph̄ũm quem Sillus
dixeramus admodum tenui pecunia familiari fuiſſe contumelioſe appellat:q̄
impẽſo precio librum pythagorice diſciplinæ emiſſet.Exq; eo Timæum nobi
lem illum dialogum continuaſſet.Verſus ſuper ea re τίμωνος hi ſunt.καὶ σὺ

πλάτων καὶ γάρ σε μαθητὴν ὁ πόθος ἔχεν. πολλῶν δ' ἀργυρίων ὀλίγυν ἤλλαξας βίβλον ὅθεν ἀ παρχόμενος γράφειν ἐδιδάχθης.i.tuq; Plato.Nā diſcipulū te dira cupido Abſtulit.Exiguū redimus grāde ære libellū.Scribere p quē orſus : p̄doct9abīde fuiſti

¶ Quid ſint pedarii ſenatores & quā ob cauſam ita appellati.Quamq; habeant originem uerba hæc.ex edicto tranſlatitio conſulum.Senatores/quibuſq; in ſenatu ſententiam dicere licet. Cap. XVIII.

De Pedariis Senatoribus

NOn pauci ſunt : qui opinant̃ pedarios ſenatores appellatos:qui ſn̄iam in ſenatu nō uerbis dicerēt:ſed ī alienā ſn̄iam pedibus irēt Quid igit̃ quū ſe.con.p diſceſſionē fiebat:nōne uniuerſi ſenatores ſn̄iam pedibus ferebāt? Atq hæc ēt uocabuli iſti9 ratio dicit̃. quā.C.Baſſus in cōmētariis ſuis ſcriptā reliqt.Senatores.n.dicit in ueterꝝ ætate qui currulē magiſtratū geſſiſſent:curru ſolitos honoris gr̄a in curia uehi : in quo curru ſella eēt:ſupra quā cōſiderēt q̃ ob eā cām currulis appellaret̃ . Sed eos Senatores.q magr̄atū currulē nōdū cœperāt:pedibus itauiſſe in curiā.Propterea ſenatores nōdū maioribus honorib9 functos pedarios noīatos.M.autē

Eqcatella

Varro in ſatyra Menippea:quæ ī ἱπποκύων.i.eqcatella inſcripta eſt.eqtes quoſdā dicit pedarios appellatos.Videturq; eos ſignificare:qui nōdū a cēſoribus in ſenatū lecti:ſenatores quidē nō erāt.Sed qui honoribus pp̄lī uſi quidē erāt: in ſenatū ueniebāt:& ſn̄iæ ius habebāt . Nā & currulibus magr̄atib9 fūcti:qui nōdū a cēſoribus in ſenatū lecti erāt:ſenatores nō erāt.Et qui ī poſtremis ſcripti erant:non rogabant̃ ſn̄ias:ſed quas principes dixerāt in eas deſcendebant. Hoc ſignificabat edictū:quo nūc quoq; cōſules.quum ſenatores in curiā uocant.ſeruādæ cōſuetudinis cauſa tranſlatitio utunt̃.Verba edicti hæc ſunt.Senatores quibuſq; ī ſenatu ſn̄iam dicere licet.Verſū quoq; Laberii:inquo id uocabulū poſitū eſt:notari iuſſimus:quem legimus in mimo:qui ſcriptor inſcriptus eſt:caput ſine līgua : pedaria ſn̄ia eſt. hoc uocabulū a pleriſq; barbare dici animaduertimus:nam pro pedariis pedaneos appellant.

Laberius caput ſine lingua

¶ Qua ratione.C.Baſſus ſcripſerit:parcū hoīem appellatum/ & quam eius uocabuli cauſam putarit:& contra quē in modū quibuſq; uerbis Phauorinus hanc traditionem eius eluſerit. Cap. XIX.

APud cœnā Phauorini philoſophi quū diſcubitū fuerat:cœptuſq; erat apponi cibus ſeruus aſſiſtēs mēſæ eius legere inceptabat: aut litterarꝝ quid græcarꝝ:aut noſtratium:uelut eo die:quo affui ego legebat̃.C.Baſſi eruditi uiri liber de origine uerborꝝ & uocabulorū in quo ita ſcriptum fuit.Parcus compoſito uocabulo dictus eſt:quaſi par arcæ quando ſicut in arca:omnia recondunt̃:eiuſq; cuſtodia ſeruant̃ : & continētur:ita:ahomo tenax:paruoq; contentus omnia cuſtodita/& recondita habit ſicuti arca.quā ob cām parcus:quaſi par arcæ nominatus eſt.Tū Phauorinus ubi hæc audiuit:ſupſtitioſe inqt: & nimis moleſte atq; odioſa confabricatus cōmolituſq; magis eſt originem uocabuli .C.iſte Baſſus/q̃ enarrauit. Nam ſi licet res dicere cōmēticias.cur nō p̄babilius uideat̃.ut accipiamus parcū ob eā cām dictū:q; pecuniā cōſumi atq; īpēdi arceat:& p̄hibeat quaſi pecuniarcus.

C.Baſſus Parcus q̄ſi pararcus.

Pecuniarcus.

Quin potius:

Quin potius/quod ſimplicius inquit ueriuſq; eſt: id dicimus? Parcus.n.neq; ab arca: neq; ab arcẽdo: ſed ab eo quod eſt paruum denominatus eſt. Parcus uñ

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER QVARTVS.

¶ Sermo qdã Phauorini philoſophi cũ grãmatico iactãtiore factus in ſocraticũ modum: atq; ibi ĩter ſermonẽ/dictum quibus uerbis penus a.Q.Scæuola definita ſit. Caput I

IN ueſtibulo ædium palatinarũ oĩs fere ordinũ multitudo opperiẽtes ſalutationẽ Cæſaris cõſtiterãt. Atq; ibi ĩ circulo doctorꝝ hoĩum: Phauorino philoſopho pſente oſtẽtabat quiſpiã grãmaticæ rei doctor: ſcholica quædã nugalia.de gñibus & caſibus uocabulorꝝ differẽs: cũ arduis ſupciliis uociſq; & uultus grauitate cõpoſita: tanq̃ interpres & arbiter.ſibyllæ oraculorũ. Tũ aſpiciẽs ad Phauorinũ: q̃q̃ ei etiã nõdũ ſatis notus eẽt. Penus quoq; inqt uariis gñibus dictum: & uarie declinatũ eſt. Nã & hoc penus/& hæc penus/& huius peni: & peniris/& penitiris/& penoris ueteres dixerũt. Mundũ quoq; muliebrẽ Lucilius in ſatyrarꝝ.xvi.nõ uirili gñe/ut cæteri: ſed neutro appellauit his uerſibus.

Legauit quidam uxori mundum omne/penumq;.
Quod mundum atq; penum? nam quis diiudicet iſtuc?

Atq; oĩum horꝝ & teſtimõiis & exẽplis cõſtrepebat. Cũq; nimis ocioſe ſibi placeret: ĩterceſſit placide Phauorinus. & iã bone inqt magr̃/quicquid eſt nomen tibi/abũde multa docuiſti. quæ quidẽ ignorabamus: & ſcire haud ſane poſtulabamus. Quid.n.refert mea eiuſq; qui cũ loquor: quo gñe penũ dicã. aut in quas extremas lr̃as declinẽ: ſi nemo id: nõ nimis barbare fecerit? Sed hoc plãe ĩdigeo addiſcere: qd ſit penus: & quo ſenſu id uocabulũ dicat̃ ne rẽ quotidiani uſus tanq̃ q in uenalibus latinæ loq tentant: alia q̃ oportet uoce appellẽ. Quæris inqt iſte rẽ minime obſcurã. Quid penus eſt. Quis adeo ignorat penũ eẽ/uinũ/& triticũ/& oleũ. & lentẽ. & fabã: atq; huiuſcemõi cætera. Etiã ne inqt Phauorinus: miliũ. & panicũ. & glans & ordeũ penus eſt? Sũt.n.ꝓpemodũ hæc quoq; huiuſmõi. Cũq; ille reticẽs hæreret: nolo inqt hoc iã labores: an iſta q̃ dixi/penus appellẽt̃ Sed poteſne mihi non ſpeciẽ aliquã de penu dicere. ſed definire: genere ꝓpoſito. & differẽtiis appoſitis quid ſit penus? Quot ſint penus genera? & quas differentias dicas? non hercle inqt intelligo. Rem inquit Phauorinus plane dicã. Poſtulas quod difficilius eſt dici planius. Nam hoc quidẽ peruulgatũ eſt: definitionẽ oẽm: ex genere & differentia cõſiſtere. Sed ſi itẽ mihi ꝑmandare: quod aiunt poſtulas: faciã ſane id quoq; honoris tui habẽdi gratia: atq; deinde ita exorſus eſt. Si inqt ego te nunc rogẽ: uti mihi dicas: & quaſi circũſcribas uerbis: quid homo ſit: non opinor reſpõdeas hoĩem eẽ te: atq; me. Hoc.n.quis hõ ſit: oñdere eſt/nõ quid homo ſit dicere. Sed ſi inq̃ peterem. ut ipm illud: qd' homo

eſt definires. tum profecto mihi diceres hoīem eſſe mortale aīal rōnis & ſcientiæ capiēs uel quo alio mō diceres. ut cū a cæteris aīalibus oībus ſepares. Perinde igiť nūc te rogo. ut quid ſit penus dicas non ut aliquid ex penu noīes. Tū ille oſtentator/uoce iā molli atq; demiſſa/phīas inqt ego nō didici nec diſcere appetiui. Et ſi ignoro. an ordeū ex penu ſit aut qb⁹ uerbis penus diffiniať. nō ea relr̄as quoq; alias neſcio. Scire inqt ridēs iā Phauorinus/qd penus ſit/non ex noſtra magis eſt phīa q̄ grāmatica tua. Meminiſti. n. credo: q̄ri ſolitū: qd Virgilius dixerit penū īſtruere: uel lōgā uel longo ordine. Vtrūq;. n. ꝑfecto ſcis legi ſolitū. Sed ut faciā æqore aīo ut ſcis: ne illi quidē ueteris iuris magiſtri: q ſapientes appellati ſunt: definiſſe ſatis recte exiſtimanť: qd ſit penus. Nā. Q. Scæuolā ad demōſtrandū penū his uerbis uſum audio. Penus eſt inqt: quod eſculētū: aut poculentū eſt. Quod. n. ipſius patris: aut liberoꝝ patriſfamilias eiuſq; familiæ: quæ circū eos: aut liberos eius eſt & opus nō facit. cauſa paratū eſt. ut Mutius ait penus uideri debet. Nā quæ ad edendū bibendūq; in dies ſingulos prādii: aut cœnæ cauſa paranť penus nō ſunt. Sed ea potius q̄ huiuſce generis lōgæ uiſionis gr̄a cōtrahunť & recōdunť ex eo; qđ non in prōptu ſint: ſed ītus: & penitus habeanť: penus dicta ſunt. Hæc ego inqt. quū phīæ me dediſſem: nō inſuꝑ tn̄ habui diſcere. qm̄ ciuibus Romāis latine loquētibus: rē nō ſuo uocabulo demōſtrare/nō minus turpe eēt: q̄ hoīem nō ſuo noīe appellaŕ. Sic Phauorinus ſermōes in genus cōmūe a rebus paruis & frigidis abducebat ad ea q̄ eēt magis utile audire ac diſcere. nō allata extrinſecus: non ꝑ oſtentationē: ſed indidē nata/acceptaq;. Præterea de penu adſcribēdū hoc ēt putaui. Seruiū Sulpitiū in reꝑhenſis Scæuolæ capitib⁹ ſcripſiſſe. Saco helio placuiſſe: nō quæ eſui tātū/& potui forēt/ſed thus quoq; & cæreos ī penu eē. Qđq; eēt eius ferme rei cā cōparatum. Maſſurius āt Sabinus in iuris ciuilis ſecūdo/ēt qđ iumētoꝝ cā apparatum eēt: qbus dn̄s utereť penori attributū dicit. Ligna quoq;: & uirgas & carbones: qbus cōficereť penus: qbuſdā ait uideri eē in penu. Ex iis āt quæ ꝓmercalia: & uſuaria ī locis iiſdē eēnt/ea ſola eē penoris putat; q̄ ſint uſui ānuo.

Penus

¶ Quid differāt: & quā uim habeāt uocabula iſta in edicto ædiliū: & an eunuchus & ſteriles mulieres redhiberi poſſint: diuerſæq; ſuꝑ ea re ſn̄iæ. Cap. II.

IN edicto ædiliū curuliū: qua parte de mācipiis uēdūdis cautū eſt ſcriptum ſic fuit. Titulus ſeruoꝝ ſinguloꝝ/ut ſcriptus ſit/curato ita uti itelligi recte poſſit/qd morbi uitiiq; cuiq; ſit. Quis fugitiu⁹ erroue ſit. Noxaue ſolutus nō ſit. Præterea quæſierunt iurecōſulti ueteres/qd mācipiū morboſum: qdue uitioſum recte dicereť. Quātūq; morbus a uitio differret. Cecilius Sabinus in libro/quē de edicto ædiliū curulium cōpoſuit. Labeonē refert. quid eēt morbus hiſce uerbis definiſſe. Morbus eſt habitus cuiuſq; corpis contra naturā. qui uſum eius facit deteriorē. Sed morbū alias in toto corpe accidere dicit: alias in pte corpis. Totius corpis morbū eē: ueluti φθίσις. i. tabes/aut febris. Partis aūt ueluti cæcitas/aut pedis debilitas. Balbus aūt īquit/& athiphus uitioſi magiſq̄ morboſi ſunt: ut equus mordax aut calcitro; uitioſus; nō morboſus. Sed cui morb' eſt; is ēt uitioſus ē. Neq; id

tamen

tñ cõtra fit. Poteſt.n.qui uitioſus eſt:nõ morboſus eſſe. Q uãobrẽ quũ de ho-
mĩe morboſo ageret:nequaq̃ inqt ita diceret:quãto ob id uitiũ minoris erit.
De eunucho qdẽ q̃ſitũ eſt: an cõtra edictũ ædilium uideret uenundatus: ſi
ignoraſſet emptor eũ eunuchũ eſſe? Labeonẽ reſpondiſſe aiunt: redhiberi poſ
ſe: q̃ſi morboſum. Sues autẽ fœias ſi ſteriles eſſent & uenũ iſſẽt: ex edicto ædi
liũ poſſe agi: Labeonẽ ſcripſiſſe. De ſterili autẽ muliere: ſi natiua ſterilitate ſit.
Trebatiũ cõtra Labeonẽ reſpondiſſe dicũt: Nã quũ redhiberi eã Labeo: q̃ſi
minus ſanã putaſſet: non oportere aiũt Trebatiũ ex edicto apposuiſſe: ſi ea mu
lier a pricipio genitali in ſterilitate eſſet. Ac ſi ualitudo eius offendiſſet: exq; ea
uitiũ factũ eſſet ut cõcipere fœtus non poſſe: tũ ſanã non uideri: & eſſe in cau
ſa redhibitiõis. De Myope περὶ νωδοῦν.i.de edẽtulo quoq; q̃ luſcicioſus latĩe ap
pellat: diſſenſum eſt. Alii.n.redhiberi oĩno oportet. Alii cõtra niſi id uitiũ mor
bo cõtractũ eſſet. Eũ uero cui dẽs deeſſet: Seruius redhiberi poſſe reſpõdit. La
beo in cã eſſe redhibẽdi: negauit. Nã & magna inqt pars dẽte aliquo caret. Ne
q; eo magis pleriq; hoĩes morboſi ſunt. Et abſurdũ admodũ eſt dicere: nõ ſa-
nos naſci hoĩes: qm̃ cum ĩfantibus nõ ſimul dẽtes gignunt. Non p̃tereundũ id
quoq; in libris ueterũ iuriſperitorũ ſcriptũ eſſe morbũ: & uitiũ diſtare. Q d
uitiũ perpetuũ: morbus/cũ acceſſu/diſceſſuq; ſit. Sed hoc ſi ita eſt/neq; cæcus
neq; eunuchus morbus eſt: contra Labeonis: quã ſupra dixi ſentẽtiã. Verba
Maſſurii Sabini appoſui/ex libro iuris ciuillis ſecũdo. Furioſus mutuſue cui
ue quod mẽbrũ lacerũ.læſumq; eſt/aut obeſt quo ipſe minus aptus ſit: morbo
ſi ſint. Q ui non longe uidet/tam ſanus eſt q̃ qui tardus currit.

❡ Q uod nullæ fuerint rei uxoriæ actiones in urbe Roma ante Carbilianum
diuortium atq; inibi quid ſit pellex. Cap. III.

MEmoriæ traditũ eſt/quin gentis fere annis poſt Romã cõditã nul-
las rei uxoriæ neq; actiones/neq; cautiones in urbe Roma aut in la
tio fuiſſe: quia profecto nihil deſiderabãtur/nullis etiã tunc matri-
moniis diuertẽtibus. Seruius quoq; Sulpitius in libro quem com-
poſuit de dotibus. Tum primum cautiones rei uxoriæ neceſſarias eſſe uiſas
ſcripſit. quũ. Sp. Carbilius: cui ruga cognomẽtum fuit: uir nobilis diuortium
cũ uxore fecit/quia liberi ex ea/corporis uitio nõ gignerent: ãno urbis cõditæ
q̃ngenteſimo uiceſimo.iii. M. Atilio. P. Valerio conſulibus. Atq; is Carbilius
tradit uxorem/quam dimiſit/egregie dilexiſſe/cariſſimãq; morũ eius gratia
habuiſſe: & iuriſiurandi religionẽ animo: atq; amori præuertiſſe: q iurare a cẽ
ſoribus coactus erat/uxorem ſe liberorum quærendorum gratia habiturum.
Pellicẽ autem appellatam: probroſamq; habitam eam: quæ iuncta cõſuetaq;
eſſet cum eo/in cuius manu mancipioq; alia matrimonii cauſa foret: hac anti
quiſſima lege oſtenditur: quam Numæ regis fuiſſe accepimus. Pellex ædem
Iunonis non tangito. Si tangit/iunoni crinibus dimiſſis agnũ fœminã cœdito
Pellex autem quaſi ἀπάλλαξ.i.talpa.i.quaſi παλλακίς: ideſt concubina/ut ple-
raq; alia: ita hoc quoq; uocabulum de græco flexum eſt.

❡ Q uid Seruius Sulpitius in libro/qui eſt de dotibus ſcripſerit/de iure atq;

Malū cōſiliū cōſultori peſſimū eſt,

more u eterum ſponſaliorum. Cap. IIII.

De iure ſponſaliorum

Stipulatio

SPonſalia in ea parte Italiæ:quæ latiū appellat̃: hoc more atq; iure ſolita fieri ſcripſit Seruius Sulpitius ĩ libro/quē ſcripſit de dotibus Qui uxorē inq̃t ducturus erat:ab eo uñ ducēda erat:ſtipulabat̃ eā ĩ matrimōiū ductū iri. ꝗ daturus erat:itidē ſpōdebat datuꝝ. Is cōtractus ſtipulationū:ſpōſionūq; dicebat̃ ſponſalia. Tū quæ ꝓmiſſa erat: ſpōſa appellabat̃. ꝗ ſpopōderat ductuꝝ ſpōſus. Sed ſi poſt eas ſtipulatiōes uxor nō dabat̃:aut nō ducebat̃:ꝗ ſtipulabat̃ ex ſpōſu agebat. Iudices cognoſcebāt. Iudex quā ob rē data:acceptaue non eſſet uxor quærebat. Si nihil iuſtæ cauſæ uidebat̃:litē pecũia æſtimabat. Quātiq; interfuerat eā uxorē accipi:aut dari eū qui ſpoponderat:aut qui ſtipulatus erat: cōdemnabat. Hoc ius ſponſalioꝝ obſeruatū dicit Seruius ad id tēpus:quo ciuitas uniuerſa latio lege iulia data eſt. Hæc eadē Neratius ſcripſit in libro quem de nuptiis compoſuit.

De perfidia etruſcorum aruſpicum

¶ Hiſtoria narrata de ꝑfidia auriſpicū etruſcoꝝ. q̃dq; ob eā rem uerſus hic a pueris Romæ urbæ tota cātatus eſt. Malū cōſiliū cōſultori peſſimū eſt. C. V

STatua Romæ in comitio poſita Horatii Coclitis fortiſſimi uiri de cælo tacta eſt. Ob id fulgur piaculis luēdū aruſpices ex etruria acciti inimico atq; hoſtili in populū Romanū aīo:inſtituerāt eā rē cōtrariis religiōibus ꝓcurare. Atq; illā ſtatuā ſuaſerūt in īferiorē locū perperā trāſponi. quē ſol oppoſitu circū undiq; aliaꝝ ædiū nunq̃ illuſtraret. Quod quum ita fieri perſuaſiſſent:delati ad populū:proditiq; ſunt. Et quum de perfidia cōfeſſi eſſent:necati ſunt. Cōſtitutq; eam ſtatuā perinde:ut ueræ rationes poſt cōpertæ monebāt:in locū editū ſubducēdam. Atq; ita in area Vulcani ſublimiori loco ſtatuēdam. Eaq; res bene:& proſpere reip. ceſſit. Tunc igitur ꝙ in Etruſcos aruſpices male cōſulētis animaduerſum:uindicatūq; fuerat: uerſus hic ſcite factus:cātatuſq; pueris urbe tota fert̃: ~~Malū cōſiliū conſultori peſſimū eſt.~~ Ea hiſtoria de aruſpicibus:ac de uerſu iſto ſenario ſcripta eſt ĩ annalibus maximis libro undecimo. Et in uerrii Flacci libro primo rerum memoria dignaꝝ. Videt̃ autem hic uerſus de græco illo Heſiodi uerſu expreſſus.

ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη. Cōſultū male conſultori peſſima res eſt.

¶ Verba ueteris ſenatusconſulti iſta: quo decretū eſt hoſtiis maioribus expiādū ꝙ in ſacrarium haſtæ martiæ mouiſſent. Atq; ibi enarratum: q̃d ſint hoſtiæ ſuccidaneæ. Quid item tempora præcidanea. Et quid Capito Atteius ferias quaſdā præcidaneas appellauit. Cap. VI.

ET terrā mouiſſe nūciari ſolet:eaq; res ꝓcurat̃:ita ĩ ueteribus mēoriis ſcriptū legimus:nūciatū eē ſenatui ſacrario:ĩ regia:haſtas martias mouiſſe. Eius rei cā ſenatuſcō. factū ē. M. Ant. Au. Poſthu. cōſu. eiuſq; exēplū hoc ē. Q d. C. Iulius. L. fil ꝰpōti. nūciauit ĩ ſacrario:ĩ regia. haſtas martias mouiſſe:de ea re ita cēſuerūt/ut. M. Ant. cō. hoſtiis maioribꝰ Ioui & Marti ꝓcuraret/& ꝙ cæteris diis/ quibus uideret̃ placādis/uti procuraſſet/ ſatis habendum cenſuerūt. Siquid ſuccidaneis opus eſſet/robigus accederet. Quod ſuccidaneas hoſtias ſenatus appellauit quæri ſolet q̃d uerbū id ſignificet. In Plauti

cet. In Plauti quoq; comœdia quæ Epidicus iſcripta eſt: ſup eodẽ ip̃o uerbo re
quiri audio in his uerſibus. Men piacularẽ oportet fieri ob ſtultitiã tuã ut meũ
tergũ ſtultitiæ tuæ ſubdas ſuccidaneum. Succidaneæ aũt hoſtiæ dicunt᷑ e litte
ra per morem compoſiti uocabuli in/i/litterã commutata. Nam quaſi ſucceda
neæ appellatæ, quoniã ſi primis hoſtiis litatum non erat aliæ poſt eaſdem du-
ctæ hoſtiæ cædebant᷑: quæ quaſi prioribus iam cæſis luendi piaculi gratia ſub
debant᷑: & ſuccedebãt ob id ſuccidaneæ nomĩatæ littera/i/ſcilicet tractim pro
nunciata. Audio enim quoſdã eam litterã in hac uoce barbare corripere. Eadẽ
autem ratione uerbi præcidaneæ quoq; hoſtiæ dicunt᷑: quæ ante ſacrificia ſo-
lemnia pridie cædunt᷑. Porca etiam præcidanea appellata quam piaculi gratia
ante fruges nouas fieri cœptas immolari Cereri mos fuit: ſi qui familiã funeſtã
aut non purgauerãt: aut aliter eam rem q̃ oportuerat. procurauerãt. Sed por-
cam & hoſtias quaſdam præcidaneas: ſicuti dixi appellari: uulgo notum eſt.
Ferias præcidaneas dici id opinor a uulgo remotum eſt: propterea uerba Attei
Capitonis ex quinto librorum: quos de pontificio iure compoſuit/ſcripſi: Lib.
Cornucario ponti. maxi. feriæ præcidaneæ in atꝝ diem inauguratæ ſunt. Colle-
legiũ decreuit: non habendũ religioni/quin eo die feriæ præcidaneæ eſſent.

¶ De epiſtola Valerii Probi grammatici ad Marcellum ſcripta: ſuper accen-
tu nominum quorundam punicorum. Cap. VII.

VAlerius Probus grãmaticus ĩter ſuã ætatẽ p̃ſtãti ſcia fuit. Is Anni-
balẽ: & Aſdrubalẽ. & Hamilcarẽ. ita ꝓnũciabat: & penultimã cir-
cũflecteret: ut teſtis ẽ epiſtola eius ſcripta ad Marcellũ: ĩ qua plau-
tũ & Enniũ: multoſq; alios ueteres eo mõ ꝓnunciaſſe affirmat. So-
lus tñ Ennii uerſum unũ põit ex libro q Scipio iſcribit᷑. Eum uerſum quadra-
to numero: factũ ſubiecimus: in quo niſi tertia ſyllaba de Annibalis noĩe circũ
flexe põat᷑: numerus claudus eſt. Verſus Ennii: quem dixit: ita eſt.

Qui propter annibalis copias conſiderant.

¶ Quid. C. Fabritius de Cornelio Rufino homine auaro dixerit. Quẽ quũ
odiſſet: inimicuſq; eſſet: deſignandũ eum conſulem curauit. Cap. VIII.

FAbritius Lucinus magna gloria uir magniſq; rebus geſtis fuit. P.
Corneli9 Rufinus manu qdẽ ſternuus: & bellator bonus: militariq;
diſciplinaq; peritus admodũ fuit. Sed furax hõ & auaritia acri erat
Hũc Fabritius nõ ꝓbabat: neq; amico utebat᷑: Oſuſq; eũ moꝝ cã
fuit. Sed quũ tẽporibus reip. difficillimis cõſules creãdi forẽt: & is Rufinus pe
teret cõſulatũ: cõpetitoreſq; eius eſſent ĩbelles qdẽ: & futiles: ſumma ope adni
xus eſt Fabritius: uti Rufino cõſulatus deferret᷑. Eã rẽ pleriſq; admirãtib9. q̧
hoĩem auaꝝ: cui eẽt inimiciſſim9: creari cõſulẽ peteret quẽ hoſtiliter oderat. Fa
britius inqt: nihil eſt: quod miremini: ſi malui cõpilari: q̃ uenire. Hũc Rufinũ
poſtea bis cõſulatu: & dictatura functũ cẽſor Fabritius ſenatu mouit ob luxu
riæ notã: q̧ decẽ põdo argẽti factitaret. Id ãt qđ ſupra ſcripſi. Fabritiũ de Cor.
Rufino. ut in pleraq; hiſtoria ſcriptum eſt: dixiſſe. M. Cicero: non aliis a Fa-
britio: ſed ipſi Rufino gratias agenti. q̧ eius gratiam dedignatus non eſſet: di-

ctũ eẽ refert:in lib.ii.de oratore.Verba Ciceróis hæc ſunt.Arg uta ẽt ſignifica
tio ẽ:cũ pua re:& ſæpe uerbo:res obſcura:& latẽs illuſtrat᷑:ut quũ.C.Fabritio
P.Cornelius hõ(ut exiſtimat᷑)auarus:& furax:ſed egregie fortis:& bonus ĩ-
pator gratias ageret:ꝙ ſe hõ inimicus cõſulẽ feciſſet:bello pſertim magno &
graui:nihil eſt quo mihi gratias agas inquit:ſi malui cõpilari/q̃ uenire.

¶ Quid ſignificat ꝓprie religioſus/Et ĩ q̃ diuerticula ſignificatio iſtiꝰ uocabu-
li flexa ſit.Et uerba Nigidii Figuli ex cõmẽtariis eius ſup ea re ſũpta. Cap.IX.

NIgidius Figulus homo(ut ego arbitror)iuxta.M.Varronẽ do-
ctiſſimus/i.xi.cõmẽtarioꝝ grãmaticoꝝ uerſũ ex antiquo carmĩe
refert mẽoria hercle dignũ/Religẽtem eẽ optet/religioſũ nefas
Cuius autem id tñ ſit/non ſcribit.At in eodẽ loco Nigidius/hoc
inqt iclinamẽtũ ſemp huiuſcemõi uerboꝝ/ut uinoſus/mulieroſus/religioſus
nũmoſus ſignificat copiã quãdã ĩmodicã rei ſuper qua dr:Quo circa religio
ſus is appellabat᷑/q nimia & ſupſtitioſa religiõe ſeſe alligauerat.Eaq; res uitio
aſſignabat᷑.Sed præter iſta quæ Nigidius dicit/alio quodã diuerticulo ſignifi
catiõis/religioſus pro caſto/atq; obſeruãti/cohibẽtiq; ſeſe certis legibus/fini
buſq; dici cœptus.Simili autẽ modo:illa quoq; uocabula ab eadem profecta
origine:diuerſum ſignificare uident᷑:religioſi dies.& religioſa delubra.Religi
oſi enĩ dies dicunt᷑ triſti omine infames impeditiq; in quibus & res diuinas fa
cere:& rem quampiã nouam exordiri tẽperandũ eſt.quos multitudo imperito
rum.prauæ.& perperã nefaſtos appellant.Itaq; Marcus Cicero in libro epiſto
laꝝ.ix.ad Atticum maiores inquit noſtri funeſtiorẽ diem eſſe uoluerunt halien
ſis pugnæ:q̃ urbis captæ.ꝙ hoc malũ ex illo.Itaq; alter religioſus etiam nunc
dies:alter in uulgus ignotus.Idem tamen.M.T.in oratiõe de accuſatore cõſti
tuẽdo:religioſa delubra dicit:non ominoſa:nec triſtia.ſed maieſtatis uenerati
oniſq; plena.Maſſurius autem Sabinus in cõmentariis:quos de indigenis cõ-
poſuit:Religioſum inquit eſt:quod propter ſanctitatẽ aliquam remotũ ac ſe
poſitũ a nobis eſt.Verbũ a relinquẽdo dictum:tanq̃ cerimoniæ a carendo.Se
cundũ hanc Sabini interpretationẽ templa quidẽ ac delubra:quia hoꝝ cumu-
lus in uituperationẽ non cadit:nec illorum quoq; laus immodeſta eſt:quæ nõ
uulgo:ac temere:ſed cum caſtitate/cerimoniaq; adeunda:& reuerenda:& re-
formidãda ſunt:magis q̃ inuulgãda.Sed dies religioſi dicti quos ex contraria
cauſa propter ominis diritatẽ relinquimus.Iccirco ait Terentius in eunu.Tũ
quod dem:recte eſt.Nam nihil eſſe mihi religio eſt dicere.Quod ſi.(ut ait Ni
gidius)oĩa iſtiuſmodi inclinamẽta:nimiũ ac præter modum ſignificãt:& iccir-
co in culpas cadunt:ut uinoſus:mulieroſus:uerboſus moroſus:famoſus.Cur
ingenioſus.& formoſus.& officioſus:& ſpecioſus.quæ pariter ingenio & for
ma:& officio inclinata ſunt.cur etiam diſciplinoſus:conſilioſus.uictorioſus
quæ.M.Cato ita effigurauit.cur item facundioſa.quod Sempronius Aſſellio.
xiii.reꝝ geſtaꝝ ita ſcripſit.Facta ſua ſpectari oportere.dicta non/ſi minus ſint
facũdioſa/cur inq̃ iſta oĩa:nunq̃ ĩ culpã ſed in laudẽ dicunt᷑:q̃q̃ hæc quoq; in
cremẽtũ ſui nimiũ demõſtrarẽt᷑ An propterea quia illius quidẽ quæ ſupra po

ſui adhibendus

ſui adhibendus eſt modus quidam neceſſarius. Nam & gratia ſi nimia quidē atq; imodica/& mores/ſi multi atq; uarii/& uerba/ſi ꝑpetua/atq; infinita: & obtundentia/& fama/ſi magna/& inquieta & inuidioſa ſit/neq; laudabilia: nec utilia ſunt. Ingenium aũt & officium & forma/& diſciplina/& conſilium & uictoria & facundia: ſicut ipſæ uirtutum amplitudines nullis finibus cohibent. Sed quanto maiora auctioraq; ſunt: etiam tanto laudatiora ſunt.

¶ Quid obſeruatũ de ordine rogãdarũ ſniarum: iurgiorũq; in ſenatu. C. Cæſaris cõſulis. & M. Catonis diem dicẽdo eximẽtis. Cap. X

ANte legem quæ nunc de ſenatu hñdo obſeruat. ordo rogandi ſententias uarius fuit. Alias primus rogabat: qui a cẽſoribus prīceps in ſenatum lectus fuerat. Alias qui deſignati cõſules erant. Quidã e conſulibus: ſtudio aut neceſſitudine aliqua adducti: quem iis uiſum erat honoris gratia extra ordinem ſniam primũ rogabant. Obſeruatũ tñ eſt: cum extra ordinem fieret: ne quis quenq̃ ex alio q̃ ex conſulari loco ſententiam primũ rogaret. C. Cæſar in conſulatu quem cum. M. Bibulo geſſit: quattuor ſolos extra ordinem rogaſſe ſniam dicit. Ex iis quattuor principem rogabat. M. Craſſum. Sed poſtq̃ filiam. Cn. Põpeio deſponderat. primũ cœperat Pompeiũ rogare. Eius rei rõnem reddidiſſe eum ſenatui Tyro Tullius. M. Ciceronis libertus refert. itaq; ſe ex patrono ſuo audiſſe ſcribit. Id ipm Capito Atteius in libro: quem de officio ſenatorio cõpoſuit: ſcriptum reliquit. In eodẽ libro Capitonis: id quoq; ſcriptum eſt. C. inquit Cæſar cõſul. M. Catonẽ ſniam rogauit. Cato rem quã conſulebat: qm̃ non e repu. uidebat: ꝑfici nolebat. Eius rei gratia ducendæ: longa oratione utebat. Eximebatq; dicendo diem. Erat eni ius ſenatori/ut ſniam rogatus: diceret ante quicqd uellet/alii rei: & quoad uellet. Cæſar cõſul uiatorẽ uocauit. Eũq; cum finem non faceret: prehendi loquentem: & in carcerem duci iuſſit. Senatus conſurrexit: & proſequebat Catonem n carcerem. Hac inquit inuidia facta Cæſar deſtitit: & mitti Catonẽ iuſſit.

¶ Quæ qualiaq; ſint: quæ Ariſtoxenus: quaſi magis comperta de Pythagora memoriæ commendauit. & quæ Plutarchus in eundem modum eodem Pythagorica ſcripſerit. Cap. XI.

OPinio uetus falſa occupauit: & conualuit Pytagorã philoſophum nõ eſitauiſſe ex aïalibus. Item abſtinuiſſe fabulo: quem κύαμον græci appellãt. Ex hac opinione Callimachus poeta ſcripſit. καὶ κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχειν ἀνιῶντων ἐδεστῶν κἀγώ πυθαγόρας ὡς ἐκέλευε λέγω. A fabuloq; manus triſtãte amouit edẽtes. Hoc ut Pythagoras iuſſerat ipſe loquor. Ex eadẽ item opiniõe. M. Cice. in lib. de diuĩatiõe primo: hæc uerba poſuit. Iubet igit Plato ſic ad ſomnũ proficiſci corporibus affectis: ut nihil ſit: quod errorẽ animis. ꝑturbationẽq; afferat. Ex quo etiã Pythagoreis interdictũ putat ne faba ueſcerent: quæ res habet inflationẽ magnã. Is cibus trãquillitatẽ mentis quærentibus cõſtat eſſe cõtrarius. Hæc quidem. M. Cice. Sed Ariſtoxenus muſicus uir litterarũ ueterũ diligentiſſimus. Ariſtotelis philoſophi auditor in libro quẽ de Pythagora reliqt: nullo ſæpius legumẽto Pythagorã dicit uſum

De C. Cæ. & M. Cato:

Fabulo

Legumento.

E

q̃ fabis.qm̃ is cibus & ſubduceret ſenſim aluum & læuigaret. Verba iſta Ariſtoxeni ſubſcripſi. πυθαγόρας λέγων ὀσπρίων μάλιστα τὸν κύαμον ἐδοκίμασε λίαν κινητικόν τε γὰρ εἶναι, καὶ διαφορητικόν. διὸ καὶ μάλιστα κέχρηται αὐτῷ. i. cum dicat Pythagoras in legumẽtis fabã præcipue approbauit. admodũ enim genitalem eſſe: & alui diſcuſſiuã. quãobrem ea maxime utit̃. Porculis quoq; minuſculis: & hædis teneríoribus uictitaſſe idem Ariſtoxenus refert. Quã rem uidet̃ cognouiſſe ex Xenophilo pythagorico familiari ſuo: & ex quibuſdã aliis natu maioribus: q ab ætate Pythagoræ: haud multũ aberant. Ac de aĩalibus Alexis etiã poeta in comœdia: quæ Pythagoræ uita inſcribitur docet. Videtur autem de κυάμω: nõ eſitato cauſam erroris fuiſſe: quia in Empedoclis carmine: qui diſciplinas Pythagoræ ſectatus eſt uerſus hic inuenitur.

δειλοὶ πάνδειλοι κυάμων ἄπο χεῖρας ἐλέσθαι.

Ah miſeri a cyamo miſeri ſubducite dextras.

Dicit Cyamon non legumen sed testiculos significare: *(manu scriptum in margine)*

Carmen Empedoclis

Opinati enim ſunt pleriq; κύαμον legumẽtum uulgo dici. Sed qui diligẽtius ſcitiuſq; carmina Empedoclis arbitrati ſunt. κυάμους hoc in loco teſticulos ſignificare dicunt. Eoſq; more Pythagoræ operte atq; ſymbolice κυάμους appellatos: quia ſunt. εἰς τὸ κυεῖν δεινοὶ, καὶ αἴτιοι τοῦ κυεῖν. i. in ferẽdo utero ualidi: cauſæq; uteri ferẽdi: & genituræ humanæ uim præbeãt. Iccirco Empedocleq; uerſu iſto nõ a fabulo edendo/ſed a rei ueneriæ proluuio uoluiſſe homĩes deducere. Plutarchus quoq; hõ in diſciplinis graui auctoritate in primo librorũ quos de Homero cõpoſuit/Ariſtotelẽ phũm ſcripſit/eadem ipſa de pythagoricis ſcripſiſſe: q non abſtinuerũt edundis aĩalibus: niſi pauca carne quadã. Verba ipſa Plutarchi (qm̃ res ĩopinata eſt) ſubſcripſi. ἀριστοτέλης δὲ μήτρας, καὶ καρδίας, καὶ ἀκαλύφης, καὶ τοιούτων τινῶν ἄλλων ἀπέχεσθαί φησι τοὺς πυθαγορικούς. χρῆσθαι δὲ τοῖς ἄλλοις. i. Ariſtoteles a uulua/corde/& marina urtica/atq; id genus quibuſdã aliis abſtinere pythagoricos dicit. cæterorũ aũt uſum habuiſſe. ἀκαλύφη aũt eſt aĩal marinum/quod urtica appellat̃. Sed & piſcibus nonnullis abſtinere pythagoricos Plutarchus in ſymphonicis dicit. Pythagoram uero ipm̃: ſicut celebre eſt: Euphorbum primo ſe fuiſſe/dictaſſe: ita hæc remotiora ſunt iis/quæ Clearchus & Dicæarchus memoriæ tradiderunt. fuiſſe cum poſtea pyrandrum: deinde Callidenã. deinde fœminã pulchra facie meretricem: cui nomẽ fuerit Alce.

Vrtica

Alce meretrix

Notae et animaduersiones Censoriae *(manu scriptum in margine)*

¶ Notæ & animaduerſiones cenſoriæ in ueteribus monumentis repertæ memoria dignæ. Cap. XII.

Siquis agrum ſuum paſſus fuerat ſordeſcere: eumq; indiligẽter curabat: ac neq; arauerat: neq; purgauerat: ſiue quis arborẽ ſuam uineamq; habuerat derelictui: non his ſine pœna fuit. Sed erat opus cenſoriũ. Cenſoreſq; ærarium faciebant. Itẽ ſiquis eques romanus equum habere gracilẽtum: aut parum nitidum uiſus erat: Impolitiæ notabat̃. Id uerbũ ſignificat: quaſi tu dicas incuriæ. Cuius rei utriuſq; auctoritates ſunt: &. M. Cato. id ſæpenumero atteſtatus eſt.

Gracilẽtũ Impolitie

¶ Quod

ficta dictis exequanda sunt

¶ Q d' icẽtiões q̃dã tibiarꝶ certo mõ factæ iſchiacis mederi poſſũt. Cap. XIII

Ischiaci

Incentiones

CReditũ hoc a pleriſq; eſt: & memoriæ mãdatum: iſchiaci quũ maxime doleãt tum ſi modulis lenibus tibicen ĩcinat: minui dolores. Ego nuperrime in lib. Teophraſti ſcriptũ inueni: uiperarꝶ morſibus tibicinem ſcite modulateq; adhibitũ mederi. Refert & Democriti qui liber ĩſcribitur περὶ λοιμῶν ἢ λογικῶν κανὼν. ideſt de pedibus: aut rationalium regula. In quo docet plurimis hoĩum morbis medicinã fuiſſe incentiones Tãta prſus eſt affinitas corporibus hominum: mentibuſq;: & propterea quoq; uitiis aut medelis animorum/ & corporum.

¶ Narratur hiſtoria de Hoſtilio Mancino ædili: & Manulia meretrice. Verbaq; decreti tribunorũ ad quos a Manulia prouocatũ eſt. Cap. XIIII

Historia de hostilio Mancino edili et Manulia meretrice.

CVm librum. viii. cõiectaneorꝶ Attei Capitonis legeremus: q inſcriptus eſt de iudiciis publicis: decretum tribunorꝶ uiſum eſt grauitatis antiquæ plenum: propterea id meminimus. Atq ob eam cauſam: & in hanc ſententiã ſcriptũ eſt. A. Hoſtilius Mancinus ædilis currulis fuit. Is Manuliæ meretrici diem ad populũ dixit/ q̃ de ambulacro eius noctu lapide ictus eſſet. Vulnuſq; ex eo lapide oſtẽtabat. Manulia ad tri. ple. prouocauit. Apud eos dixit/ Comeſatorem Mancinũ ad ædes ſuas ueniſſe. Eũ ſibi recipere nõ fuiſſe in æde ſua. Sed quum ui irrũperet: lapidibus depulſum Tribuni decreuerunt ædilẽ ex eo loco iure deiectum: quo cum uenire cum coronario non decuiſſet. Propterea ne cum populo ædilis ageret: interceſſerunt.

¶ Defenſa a culpa ſententia ex hiſtoria Saluſtii: quam inimici antea quum in ſectatione maligne reprehenderunt. Cap. XV.

Defensa a culpa Sententia Salustij

ELegantia oratiõis Saluſtii: uerborũq; facundia: & nouandi ſtudiũ cum multa prſus inuidia fuit. Multiq; nõ mediocri ingenio uiri conati ſunt repræhendere pleraq;: & obtrectare. In quibus plura inſcite: aut maligne uellicãt. Nonnulla tamen uideri poſſunt. nõ indigna reprehenſione. Quale illud in Catilinæ hiſtoria repertũ eſt: quod habeat eam ſpeciem: quaſi parũ attente dictũ. Verba Saluſtii hæc ſunt. At mihi quidẽ tãetſi haud quaq̃ par gloria ſequatur ſcriptorem: & auctorẽ rerꝶ: tamen in primis arduum uidet̃ res geſtas ſcribere. Primum: q̃ facta dictis exæquanda ſunt Deinde quia pleriq;: quæ delicta reprehenderis: maliuolẽtia: & inuidia dicta putant. Vbi de magna uirtute atq; gloria bonorum memores: quæ ſibi facilia quiſq; factu putat: æquo animo accipit. Supra: ueluti ficta pro falſis. ducit. Propoſuit inquiunt dicturum cauſas: quamobrem uideat̃ eſſe arduum res geſtas ſcribere: atq; ibi non primum cauſam: ſed querelas dicit. Non enim cauſa uideri debet: cur hiſtoriæ opus arduum/ ſit: q̃ ii qui legant: aut inique interpretẽt̃ quæ ſcripta ſunt: aut uera eſſe nõ credant. Obnoxiam quippe: & obiectam falſis exiſtimationibus eam rem dicendam: magis aiunt q̃ arduum: quia quod arduũ eſt: ſui operis difficultate eſt arduũ: non opiniõis alienæ erroribus. Hæc illi maleuoli reprehenſores dicunt. Sed arduum Saluſtius non pro difficili tantum: ſed pro eo quoq; ponit quod græci δυσχερὲς: aut χαλεπὸν appellant: quod

Verba Salustij

Defensio Salustij

eſt cum diff cile:tum moleſtū quoq;/& incōmodū/& intractabile. Quorum uerbo℞ ſignificatio/a ſentētia Saluſtii ſupraſcripta non abhorret.

¶ De uocabulis qbuſdā a Varrone & Nigidio cōtra quotidiani ſermonis cōſuetudinē declinatis. Atq; inibi id genus q̄dā cū exēplis uete℞ relata. C.XVI

Senatuis
Domuis
Fluctuis

M Varronē &. P. Nigidiū uiros Romani generis doctiſſimos cōperimus/nō aliter locutos eſſe & ſcripſiſſe:q̄ ſenatuis. & domuis. & fluctuis. qui eſt patrius caſus ab eo/qd' eſt ſenatus domus: & fluctus. huic ſenatui. domui. fluctui. Cæteraq; his conſimilia pariter dixiſſe. ~~Terētii quoq; comici uerſus in libris ueteribus itidē ſcriptus eſt. Eius anuis opinor cā:quæ eſt mortua.~~ Hāc eo℞ auctoritatē quidā e ueteribus grāmaticis rōne etiā firmare uoluerūt:ꝙ oīs datiuus ſingularis lr̄a finitus i/ſi nō ſimilis eſt genitiui ſingularis s littera addita:genitiuū ſingularē facit. ut patri patris. duci ducis. cædi cædis. Cum igit' inquiunt:in caſu dandi huic ſenatui dicamus:genitiuus ex eo ſingularis ſenatuis eſt/& nō ſenatus. Sed non oēs concedunt in caſu datiuo ſenatui magis dicēdum:q̄ ſenatu. ſicut Lucilius in eodem caſu/uictu & anu dicit:nō uictui & anui:in hiſce uerſibus. Quod ſumptum atq; epulas uictu ꝑponis honeſto. Et alio in loco. Anu noceo inquit. Virgilius quoq; in caſu dandi aſpectu dicit:nō aſpectui. ~~Teq; aſpectu ne ſubtrahe nr̄o.~~ Et in Georgicis: ~~Q d' neq; cōcubitu indulgent.~~ C. aūt Cæſar grauis auctor linguæ latinæ. in anticatone unius inquit arrogātiæ:ſupbiæq;:dominatuq;. Itē in Dolobella actionis allibuiſti:quo℞ in ædibus:faniſq; poſita:& honori erāt:& ornatu. In libris quoq; analogicis oīa illiuſmodi ſine i littera dicēda cēſet.

¶ De natura quarūdā particula℞. quæ ꝑpoſitæ uerbis intēdi:atq; ꝓduci barbare atq; iſcite uident', exēplis ~~rōnibuſq;~~ pluſculis diſceptatū. Cap.XVII.

LVcilii ex undecimo uerſus ſunt.

~~Scipiadæ magno improbus obiiciebat aſellus~~

~~Luſtrum:illo cenſore:malum infœlix fuiſſe.~~ Obiiciebat o littera ꝓducta multos legere audio. Idq; eo facere dicūt:ut ratio numeri ſalua ſit. Idem infra: Et iam.

Coniicerem in uerſus dictum præconis uolebam

Graii. In hac quoq; prima uerbi præpoſitione:ob eandem cauſam producitur Item quintodecimo Subiicit hinc humilē/& ſuffercatus poſteriorē. Subiicit u littera longa legunt. quia primam ſyllabam breuem eſſe in uerſu heroico nō conuenit. Item apud Plautū in Epidico con ſyllabā productam pronunciant. Age nunc iam ornate Epidice:& pallium in collum coniice. Apud Virgilium quoq; ſubiicit uerbum produci a pleriſq; audio. Etiam parnaſi a laurus: Parua ſub ingēti matris ſe ſubiicit umbra. Sed neq; ob:neq; ſub præpoſitio producēdi habent naturā:neq; item con niſi quum eam litteræ ſequunt':quæ in uerbis conſtituit:& confecit:ſecundum eam primæ ſunt/uel cum eliditur ex ea n littera:ſicut Saluſtius fœnoribus inquit coopertus. In iis autem quæ ſupra poſui & metrum eſſe integrum poteſt/& præpoſitiones iſtæ poſſunt non barbare portendi. Secunda enim littera in his uerbis per duo ii non per unum ſcribenda eſt.

bẽda eſt. N ĩ uerbum iſtud cui ſupradictæ particulæ ꝓpoſitæ ſunt. nõ icio eſt. ſed iacio. & ꝑteritum nõ icit facit. ſed iecit. Id q; ubi cõpoſitum eſt. ex/a/littera in/i/mutať. Sicut fit in uerbis inſilio/& incipio. atq; ita uim cõſonãtis capit. Et iccirco ea ſyllaba ꝓductius/latiuſq; paulo ꝓnũciata priorẽ ſyllabã breuem eſſe nõ patiť. Sed reddit eã poſitu longã. Proptereaq; & numerus in uerſu. & ratio in ꝓnũciatu manet. Hæc quæ diximus/eo etiã conducunt ut quod apud Virgiliũ in. vi. poſitũ inuenimus. Eripe me his inuicte malis: aut tu mihi terrã iniice. Sic eſſe iniice: ut ſupra dixi: & ſcribendũ & legendũ ſciamus. Niſi quis tã indocilis eſt: ut in hoc quoq; uerbo: in ꝓpoſitionẽ metri cã protẽdat. Q uærimus igiť in obiicibus/o/littera qua rõne intẽdať. cum id uocabulũ factũ ſit a uerbo obiicio. & nequaq̃ ſimile ſit: qđ a uerbo moueo motus: o littera longa diciť. Equidẽ memini Sulpitiũ Apollinarẽ uirũ ꝓſtanti litteraꝝ ſciẽtia: obices: & obicibus: o littera correpta dicere. In Virgilio quoq; ſic eum legere. Q ua ui maria alta tumeſcãt Obiicibus ruptis. ſed ita ut diximus/i/litterã: quæ in uocabulo quoq; gemina eſſe debet. paulo uberius: largiuſq; ꝓnũciabat. Cõgruens igiť eſt: & ſubiices etiam quod perinde ut obiices cõpoſitum eſt/u/littera breui dici oporteat. Ennius in tragœdia: quæ Achilles inſcribiť: ſubiices pro aere alto ponit: qui cœlo ſubiectus eſt in his uerſibus.

Ergo deum ſublimis ſubiices: humidus

Vnde oriť hymber: ſonitu ſæuo: & ſtrepitu. Pleroſq; oĩs tñ legere audias/u/littera ꝓducta. Id ipm aũt uerbũ. M. Cato ſub alia ꝓpoſitione dicit in oratiõe quã de cõſulatu ſuo habuit. Ita hos inqt fert uẽtus ad priorẽ pyreneũ: quos ꝓiicit in altũ. Et Pacuuius itẽ in Anchiſe/id ꝓmontoriũ/cuius lingua in altũ proiicit.

¶ De Africano ſuꝑiore ſũpta qđã ex ãnalib⁹. memoratu digniſſima. C. XVIII

SCipio Africanus antiquior: quãta uirtutũ gloria ꝓſtiterit: & q̃ fuerit altus aĩo/atq; magnificus. & qua ſui cõſcientia ſubnixus. pluribus rebus quas dixerit. quaſq; fecerit declaratũ eſt. Ex quibus ſũt hæc duo exẽpla eius fiduciæ ac exuperãtiæ ingẽtis. Cum. M. Neuius tri. ple. accuſaret eum ad populum. diceretq; accepiſſe a Rege Antiocho pecuniã. ut cõditionibus gratioſis. & mollibus pax cum eo. populi Romani noĩe fieret. Et quædam item alia crimini daret. indigna tali uiro. tum Scipio pauca præfatus. quæ dignitas uitæ ſuæ. atq; gloria poſtulabat. Memoria inquit. quirites repeto diem eſſe hodiernũ. quo Annibalẽ pœnum impio noſtro inimiciſſimũ. magno prælio uici in terra africa. paceq; & uictoriam uobis peperi inſperabilẽ. Nõ igiť ſimus aduerſum deos ingrati. Sed cenſeo relinquamus nebulonẽ hunc/eamuſq; nunc ꝓtinus Ioui optimo maximo gratulatũ. Id cum dixiſſet: auertit: & ire in capitolium cœpit. Tum concio uniuerſa: quæ ad ſñiam de Scipione ferendã cõuenerat: relicto tribuno: Scipionẽ in capitoliũ comitata: atq; inde ad ædes eius cum lætitia & gratulatione ſolẽni ꝓſecuta eſt. Ferť etiã oratio quæ uideť eo die habita a Scipione: & qui dicũt eam nõ ueram: nõ eũt ĩficias: quin hæc quidẽ uerba fuerint: quæ dixi Scipionis. Item aliud eſt factũ eius præclaꝝ. Petilius quidam tri. pleb. M. ut aiunt Catone inimico Scipionis

Virgilius In Sexto

De aphrismo Superiore

Verba Scipionis ad quirites:

Ire Superius

comparatus in eum atq; immiſſus deſiderabat in ſenatu inſtantiſſime: ut pecuniæ antiochenæ prædæq; quæ in eo bello capta erat rōnem redderet. Fuerat enī L. Scipioni Aſiatico fratri ſuo imperatori: in ea prouincia legatus. Ibi Scipio exurgit: & prolato e ſinu togæ libro: rationes in eo ſcriptas eſſe dixit omnis pecuniæ: omniſq; prædæ. Ille tum ut palam recitaretur: & ad ærarium deferreret. Sed enim id iam nō faciā inquit: nec me ipſe afficiā cōtumelia. Eūq; librū ſtatim corā diſcidit ſuis manibus: & cōcrepſit: ægre paſſus: ꝙ cui ſalus imperii ac reipu. accepta fieri deberet: ab eo ratio pecuniæ prædaceæ poſceretur.

¶ Quid. M. Varro in longa hiſtoria ſcripſerit: de moderando uictu pueroꝝ impubium. Caput. XIX.

PVeros impuberes cōpertum eſt: ſi plurimo cibo: nimioq; ſomno uterent̄: hebetiores fieri: aīaduertimuſq; hinc elici tarditatē. Corpora eoꝝ improcera fieri: minuſq; adoleſcere. Idē pleriq; alii medicoꝝ: philoſophorūq;: &. M. Varro in longa hiſtoria ſcripſit. quæ inſcripta eſt Capis: aut de liberis educandis.

¶ Notati a cenſoribus: qui audientibus iis dixerunt ioca quædam intempeſtiuiter. ac de eius quoque nota deliberatum: qui ſteterat forte apud cos oſcitabundus. Caput. XX

INter cenſorias ciuitates tria hæc exēpla in lr̄is ſunt: caſtigatiſſimæ diſciplinæ. Vnū eſt huiuſmodi. Cēſor agebat de uxoribus ſolēne iuſiurandum. Verba hæc erant ita cōcepta. Et tu ex animi tui ſnīa: uxorem habes? Qui iurabat cauillator quidā & canicula: & nimis ridicularius fuit. Is locum eſſe ſibi ioci dicēdi ratus: cum ita: uti mos erat: cēſor dixiſſet. & tu ex animi tui ſententia uxorē habes? Habeo eqdē inqt uxorē: ſed non hercle ex animi tui ſnīa. Tum cēſor eum: ꝙ intēpeſtiue laſciuiſſet: in ærarios rettulit. cāmq; hanc ioci ſcurrilis apud ſe dicti ſubſcripſit. Altera ſeueritas eiuſdem ſectæ: diſciplinæq; eſt: deliberatum eſt de nota eius; qui ad cēſores ab amico aduocatus eſt: & in iure ſtans: clare nimis ac ſonore oſcitauit. atq; inibi ꝗppe ut plecteret̄ / fuit / tanq̄ illud indiciū uagi animi foret: & hallucinātis: & fluxæ atq; aptæ ſecuritatis. Sed cum ille deieraſſet: inuitiſſimū ſeſe: & repugnantem oſcitatione uictum. Teneriq; eo uitio: quod oſcedo appellat̄: tum notæ iā deſtinatæ exemptus eſt. P. Scipio Africanus Pauli filius: utrāq; hiſtoriam poſuit. in oratione quam dixit in cenſura: cum ad maioꝝ mores populū hortaret̄. Item aliud refert Sabinus Maſſurius in ſeptimo memorali ſeuere factū. cenſores īquit. P. Scipio Naſica. &. M. Pōpilius: cum equitū cēſum agerēt: equū nimis ſtrigoſum: & male habitū: ſed equitē eius uberrimū / & habitiſſimū uiderunt. Et cur inquiunt ita eſt? ut tu ſis: q̄ equus curatior. Quoniā inquit / ego me curo: equum Statius meus ſeruus. Viſum eſt parum reuerens eſſe reſponſum / relatuſq; in ærarios / ut mos eſt. Statius aūt ſeruile nomē fuit / pleriq; apd̄ ueteres ſerui eo nomine fuerunt. Cæcilius quoq; ille comœdiarum poeta inclytus ſeruus fuit. & propterea nomen habuit Statius. Sed poſtea uerſum eſt in cognomentum appellatuſq; eſt Cæcilius Statius.

Oſcedo

Statius

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER QVINTVS.

AVſonium philoſophũ ſolitum dicere accepimus:quũ philoſophus ĩquit hortatur: monet:ſuadet:obiurgat: aliudue quid diſciplinarꝝ diſſerit:tum qui audiũt:ſi de ſummo .& ſoluto pectore: obuias uulgataſq; laudes effutiunt/ſi clamitant etiam:ſi geſtiunt:ſi uocum eius feſtiuitatibus/ſi modulis uerborum/ſi qbuſdam quaſi frequẽtamẽtis oratiõis mouent̃/exagitant̃/& geſtiũt: tum ſcias/& qui audiunt fruſtra eſſe/neq; illic philoſophum loqui/ſed tibicinem canere. Animus is inqt audiẽtis philoſophũ/ q̃ dicunt̃ utilia/ac ſalubria ſunt/& errorꝝ atq; uitiorꝝ medicinas ferũt/laxamẽtũ atq; ociũ ꝓlixe/ꝓfuſeq; laudandi nõ hẽt qſquis ille eſt/qui audit: niſi ille plane deperditus:ĩter ipſã philoſophi orõnẽ/& ꝑhorreſcat neceſſe eſt:& pudeat tacitus:& pœniteat: & gaudeat:& admiret̃:uarios adeo uultus:diſparileſq; ſenſus gerat perinde:ut eũ cõſciẽtiãq; eius affecerit: utrarũq; animi partiũ/aut ſyncerarũ:aut ægrarum philoſophi ꝑtractatio. Præterea dicebat magnã laudẽ nõ abeſſe ab admiratiõe. Admirationẽ aũt:quæ maxĩa eſt:nõ parere uerba: ſed ſilentiũ. Iccirco inquit poetarꝝ ſapiẽtiſſimus: auditores illos Vlyxi labores ſuos illuſtriſſime narrãtis:ubi loquẽdi finis factus:nõ exultare: nec ſtrepere:nec uociferari facit. Sed cõſiluiſſe uniuerſos dicit/quaſi attonitos/& obſtupidos/delinimentis aurium ad origines uſq; uocis permanantibus.

¶ Suꝑ equo Alexandri Regis qui bucephalas appellatus eſt. Cap. II.

EQuus Alexãdri Regis/& capite/& noĩe bucephalas fuit. Emptũ Cares ſcripſit talentis.xiii.& regi Philippo donatũ.æris nr̃i ſũma eſt ſeſtertia.cccxii. Suꝑ hoc equo dignũ memoria uiſũ/ꝙ ubi ornatus erat armatuſq; ad ꝓliũ/haud unq̃ ĩſcendi ſeſe ab alio niſi a rege paſſus ſit. Id etiã de iſto equo memoratũ ẽ/qd̓ cũ in eo ĩſidẽs Alexãder bello indico & facinora faciẽs fortia/ĩ hoſtiũ cuneũ nõ ſatis ſibi ꝓuidẽs/ĩmiſiſſet. cõiectiſq; undiq; in Alexãdrum telis uulneribus altis in ceruice/atq; in latere equus ꝑfoſſus eſt. Moribũdus tamẽ/ac prope iam exãguis e mediis hoſtibus regẽ uiuaciſſimo curſu retulit. Atq; ubi eũ extra tela extulerat/ilico concidit/& domini iã ſuperſtitis ſecurus.quaſi cũ ſenſus humani ſolatio animã expirauit. Tum Rex Alexander parta eius belli uictoria oppidũ in iiſdem locis condidit atque ob equi honores bucephalon appellauit.

Buce/phalas

¶ Quæ cã/qd̓q; initiũ fuiſſe dicat̃ Protagoræ ad phĩæ lr̃as adeũdi. Cap.III.

PRotagorã uirꝝ ĩ ſtudiis doctrinarꝝ egregiũ cui⁹ nomẽ Plato lib.ſuo illi ĩclito ĩſcripſit. adoleſcẽtẽ aiũt uictus q̃rẽdi gr̃a ĩ mercede miſſũ Vecturaſq; onerũ corꝑe ſuo factitauiſſe.qd̓ gen⁹ græci βασάζοντας uocant. Latine baiulos appellamus. Is de ꝓximo rure in abderã oppidũ:cuius popularis fuit:caudices ligni plurimos funiculo breui circundatos

Bucephalon op.

Protagoras

Baiulus

portabat. Tũ forte Democritus ciuitatis eiuſdẽ ciuis hõ ante alios uirtutis. &
phiæ gratia uenerãdus quũ egrederet̃ extra urbem. uidet illũ cum illo genere
oneris tã ĩpedito: Ac tã incoibili: facile; atq; expedite incedentẽ. Et ꝓpe accedit.
& iũcturã. poſituraq; ligni ſcite: periteq; factã conſiderat. Petitq; ut paulum
acqeſcat. Quod ubi Protagoras: uti erat petitũ fecit: atq; itidem Democritus
aceruũ illum: ~~& quaſi orbẽ caudicum~~: breui uinculo cõpreſſum: ratione qua-
Caudicũ
dam: quaſi geometrica librari: cõtineriq; animaduertit: interrogauit: quis id li-
gnum ita compoſuiſſet? & cum ille a ſe compoſitum dixiſſet: deſiderauit: uti
ſolueret: ac denuo in modum eundem collocaret. At poſtq̃ ille ſoluit & ſimili-
ter cõpoſuit: tum Democritus aĩ aciem: ſolertiamq; hominis non docti demi-
ratus: Mi Adoleſcẽs inquit: cũ ingeniũ benefaciendi habeas: ſunt maiora me-
lioraq;: quæ facere mecũ poſſis. Abduxitq; eum ſtatim: Secũq; habuit: & ſum
ptũ miniſtrauit. & philoſophias docuit. & eſſe eum fecit: quantus poſtea fu-
Protagoras
it. Is tñ protagoras ĩſyncærus quidẽ philoſophus: ſed acerrimus ſophiſtaꝝ fu
it. Pecuniã quippe ingentem: cum a diſcipulis acciperet ãnuã: pollicebat̃ ſe
id docere: quanã uerboꝝ induſtria cauſa infirmior fortior fieret. Quã rẽ græ-
ce ita dicebat: τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν. id eſt cauſã ĩferiorẽ ſuperiorẽ efficer̃.

¶ De uerbo duo & uiceſimo. quod uulgo ĩcognitũ eſt a uiris doctis multifa
riam in libris ſcriptum eſt. Caput. IIII.

APud ſigillaria forte in libraria ego: & .L Paulus poeta uir memoria
noſtra doctiſſimus. conſederamus: atq; ibi expoſiti erãt Fabii anna
les bonæ atq; ſincæræ uetuſtatis libri. quos uenditor ſine mẽdis eſ
ſe contẽdebat: grammaticus autem quiſpiam de nobilioribus ab
emptore ad ſpectãdos libros adhibitus. repeiſſe unum in libro mẽdũ dicebat.
Sed cõtra librarius in quoduis pignus uocabat: ſi in una uſpiam littera delictũ
eſſe. Oñdebat grãmaticus ita ſcriptũ in lib. iiii. Quapp tũ primũ ex plebe alter
Duodeuiceſimo
cõſul factus eſt: duo & uiceſimo anno: poſtq̃ romã galli ceperũt. Nõ inqt duo
& uiceſimo ſed duodeuiceſimo ſcribi oportuit. Quid enĩ eſt duo & uiceſimo?
Annibalis cauillatio ĩ antiochum Antiochus
Alio quoq; loco hic ita ſcripſit. Mortuꝰ ẽ ãno duo & uiceſimo. Rex fuit ãno xxi

¶ Cuiuſmodi ioco cauillatus ſit Antiochũ regẽ pœnus Annibal. Cap. .V.

IN libris ueterũ memoriaꝝ ſcriptũ eſt Annibalem carthaginenſem
apud Regem Antiochum facetiſſime cauillatum eſſe. Ea cauilla-
tio huiuſcemodi fuit. Oſtẽdebat ei antiochus in cãpo copias ingẽ-
tis: quas bellũ populo Romano facturus cõpauerat/ cõuertebatq;
exercitũ ĩſignibus argẽteis & aureis florẽtẽ. Inducebat ẽt currus cũ falcibus/ &
elephãtos cũ turribus Eqtatũq; frenis/ephippiis/monilibus/phaleris p̃fulgẽtẽ
atq; ibi rex cõtemplatione tanti/ac tam ornati exercitus gloriabundus annibalẽ
aſpicit/putaſne inquit conferri poſſe/ac ſatis eſſe credis romanis hæc omnia?
Tum pœnus eludens ignauiam imbelliamq; militum eius præcioſe armato-
Exemplo Anibalis
rũ ſatis plane inqt ſatis eẽ credo romãis hæc oĩa etiã ſi auariſſimi ſũt. Nihil ꝓr
ſum/ neque tam lepide/neque tam acerbe dici põt. Rex de numero exercitus
ſui ac de æquiparanda æſtimatione queſierat. Reſpondit Annibal de præda.

De coronis

¶ De corōis militarib⁹: q̄ ſit caꝝ triūphalis: q̄ obſidiōalis. q̄ ciuica: q̄ muralis: q̄ caſtrēſis: q̄ naualis: quæ oualis: quæ oleagina. Cap. VI.

MIlitares corōæ multifariæ ſunt. Q uaꝝ q̄ nobiliſſimæ ſūt: has ferme cē accepimus: triūphalē/obſidiōalē: ciuicā/ muralē: caſtrēſē naua lē. Eſt ea quoq; corōa: q̄ oualis dr̄. Eſt itē poſtrema oleagia: q̄ uti ſo lēt: q in ꝑlio nō fuerūt: ſed triūphū ꝓcurāt. Triūphales corōæ ſunt aureæ q̄ īpa torib⁹ ob honorē triūphi mittūt᷑. Id uulgo dr̄ auꝝ corōariū. Hæ antiqtus e lau r o erāt poſt fieri ex auro cœptæ. Obſidiōalis ē quā ii q liberati ſūt obſidiōe dāt ei duci: q liberauit. Ea corōa gramica eſt. obſeruariq; ſolitū ut fieret e gramīe. qđ in eo loco gñatū eēt. intra quē clauſi erāt/q obſidebāt᷑. Hāc coronā grami neā. S.P.Q.R.Q. Fabio maxīo dedit bello pœnoꝝ ſecūdo ꝙ urbē roma obſi one hoſtiū libeberaſſet. Ciuica corōa appellat᷑. q̄ ciues ciui a quo ſeruat⁹ eſt in ꝑlio teſtē uitæ ſalutiſq; ꝑceptæ dat. Ea fit e frōde querna. qm̄ cib⁹uictuſq; anti qſſimus quercus capi ſolitus ſit. Fit ēt ex ilicæ qđ genus ſuperiori ꝓximū eſt. Sicuti ſcriptū eſt in q̄dā comœdia Cæcilii. Aduehunt᷑ inqt cū ilignea corona. & clamyde. Dii uoſtrā fidē. Maſſurius aūt Sabinus in. xi. libroꝝ memoraliū ci uicā coronā tum dari ſolitā dicit. cum is q ciuē ſeruauerat: eodē tēpore: ēt ho ſtē occiderat. Neq; locū in ea pugna reliqrat. Aliter ius ciuicæ corōæ negat con ceſſum. Tiberiū tamē cæſarē cōſultū. an ciuicā coronā cape poſſet q ciuē i ꝑlio ſeruaſſet. & hoſtis ibidē duos īterfeciſſet: ſed locū in quo pugnabat. nō retinuiſ ſet. eoq; loco hoſtes potiti eēnt reſcripſiſſe dicit: eū quoq; ciuica dignū uideri: ꝙ appareret: e tā iniquo loco ciuē ab eo ſeruatū: ut ēt a fortiter pugnātib⁹ reti neri nō querit. Hac corōa ciuica. L. Gel. uir cēſorius in ſenatu Cic. cōſulē dōari a rep. cēſuit: ꝙ eius oꝑa eēt atrociſſima illa Catiliæ cōiuratio detecta uīdicataq; Muralis eſt corōa: q̄ donat᷑ ab imꝑatore. q primus muꝝ ſubiit. Inq; oppidū ho ſtiū ꝑ uim aſcēdit. Iccirco q̄ſi muri pinnis decorata eſt. Caſtrēſis eſt corona q̄ donat eū imꝑator q primus hoſtiū caſtra pugnās ītroiuit. Ea corōa īſignē ualli hēt. Naualis eſt: q̄ donari ſolet maritimo ꝑlio q primus in hoſtiū nauē ui arma tus trāſiliuit. Ea q̄ſi nauiū roſtris īſignita eſt. Et muralis aūt: & caſtrēſis: & naua lis fieri ex auro ſolēt. Oualis uero corōa myrtea eſt. ea utebāt᷑ imꝑatores: q ouā tes ītroibāt urbē. ouādi autē ac nō triūphādi cauſa eſt. quū aut bella nō rite in dicta: neq; cū iuſto hoſte geſta ſūt: aut hoſtiū nomē humile & nō idoneū eſt: ut ſeruoꝝ pyratarūq; aut deditione repēte facta/ in puluere (ut dici ſolet) īcru entaq; uictoria obuenit. Cui facilitati aptā eſſe ueneris frōdē crediderūt: ꝙ nō Martius: ſed quaſi Venerius quidā triūphus foret. Hāc myrteam coronā. M. Craſ. cum bello fugitiuoꝝ cōfecto: ouās rediret: inſolēter aſpernatus eſt. Se natuſq; cōſultum faciēdum per grām curauit: ut lauro non myrto coronaret᷑. M. Cato obiecit. M. Fuluio nobiliori: ꝙ milites ꝑ ambitionē coronis leuiſſimis de cauſis donaſſet: de q̄ re uerba īpe appoſui Catōis. Nā principio: quis uidit corona donari quenq̄: quū oppidū captū nō eſſet: aut caſtra hoſtiū incēſa nō eſſent: Fuluius autem in quē hoc a Catōe dictū eſt. corōis donauerat milites: quia nullum curauerant: aut quia puteū ſtrenue foderant. Prætereundū non

Triūphalis corona

Obſidionalis corona.

Ciuica corona

De variis coronarum generibus

Muralis corona.

Caſtrēſis corona

Naualis corona

Oualis corona

eſt quod ad ouatiões attinet: ſup quo diſſenſiſſe ueteres ſcriptores accipio. Partim.n.ſcripſerũt: qui ouarẽt: itroire ſolitos equo uehẽtes. & Sabinus Maſſurius pedibus ĩgredi ouãtis dicit ſeqntibus eos/nõ militibus: ſed uniuerſo ſenatu.

¶ Perſonæ uocabulum q̃ lepide interpretatus: quamq; eſſe uoci eius originẽ dixerit. C. Baſſus. Cap. VII.

Perſona

[L]Epide me hercle: & ſcite. C. Baſſus in libris/quos de origine uocabuloꝝ cõpoſuit: uñ appellata pſona ſit: interptat̃. A perſonãdo.n. id uocabulũ factũ eſſe coniectat. Nam caput inquit & os: cooperimento pſonæ tectum undiq;: unaq; tantũ uocis emittendæ uia peruium: quoniã non uaga: neq; diffuſa eſt in unum tantummõ exitum collectã: coactamq; uocem: & magis claros: canoroſq; ſonitus facit. Quoniã igit̃ indumentum illud oris clareſcere: & reſonare uocẽ: facit: ob eã cauſam perſona dicta: o littera propter uocabuli formam productiore.

¶ Defenſus error a Virgilii uerſibus: quos arguerat Iulius Higinus grãmaticus. Et ibidẽ qd ſit littus: & de etymologia uocis eius. Cap. VIII.

Lituus.

[I]Pſe qrinali lituo: paruaq; ſedebat. Succinctus trabea. leuaq; ancile gerebat. In his uerſibus erraſſe Virgiliũ Higinus ſcribit. tanq̃ nõ animaduerterit deeſſe aliqd hiſce uerbis: Ipſe quirinali lituo. nã ſi nihil inqt deeſſe aĩaduertimus: uidet̃ ita dictũ: ut fiat lituo: & trabea ſuccictus/quod eſt inquit abſurdiſſimũ. Quippe cum lituus ſit uirga breuis in parte/q̃ robuſtior eſt/incuruã q̃ augures utunt̃/quonã modo ſuccictus lituo uideri poteſt? Immo ipſe Higinus parum animaduertit ſic hoc eſſe dictũ ut pleraq; dici per defectionẽ ſolent/ueluti quũ dicitur. M. Cicero hõ magna eloquẽtia atq; Roſcius hiſtrio ſũma uenuſtate nõ plenũ hoc utrũq;/neq; perfectnm eſt/Sed enim pro pleno atq; pfecto audit̃ ut Virgi. alio in loco Victorẽ buten ĩmani corpore ideſt corpus ĩmane habentẽ. Et item alibi. In mediũ geminos immani pondore ceſtus Proiecit. Ac ſimiliter Domus ſanie dapibuſq; cruẽtis Intus opaca ingẽs: Sic igit̃ id quoq; uideri dictũ dẽt: picus qrinali lituo erat ſicut dicimus ſtatura grãdi capite erat. & eſt aũt & erat & fuit plerũq; abſunt cum elegãtia abſq; detrimẽto ſentẽtiæ. Et quoniã facta litui mẽtio eſt non prætermittẽdũ eſt quod poſſe quæri aĩaduertimus utrũ lituus auguralis a tuba. quæ lituus appellat̃/ an tuba a lituo auguꝝ lituus dicta ſit? Vtrũq;.n. pari forma & pariter incuruum eſt. Sed ſi(ut quidã putant) tuba a ſonitu lituus appellata eſt/ex illo Homerico uerſu λίγξε βιός .i. inſonuit neruus/neceſſe eſt ita accipi. ut uirga auguralis a tube ſimilitudie lituus uocet̃. Vtitur autẽ uocabulo iſto Vir. pro tuba. Et lituo pugnas inſignis obibat/& haſta.

Tuba

¶ Hiſtoria de Crœſi filio ſumpta en Herodoti libris. Cap. IX.

Filius Crœſi

[F]Ilius Crœſi regis quum iam per ætatem fari poſſet infans erat. & quum iam multum adoleuiſſet: item nihil fari quibat. mutus adeo & eliguis diu habitus eſt: quum uero in patrem eius bello magno uictum: & urbe: in qua erat capta: hoſtis gladio deducto Regem eſſe ignorãs inuaderet/diduxit adoleſcens hos clamare nitens; eoq; nixu: atq;

ſpũs uitiũ

ĩpetu ſpũs uitiũ:nodũq; liguæ rupit: Planeq; & articulatæ locut⁹ eſt clamãs in hoſtẽ:ne rex Crœſus occideret. Tũ & hoſtis gladiũ reduxit & rex uita donat⁹ eſt: & adoleſcẽs loq prorſum deĩceps ĩcœpit. Hero.ĩ hiſtoriis huius memoriæ ſcriptor ẽ: eiuſq; uerba ſũt: q̃ pria dixiſſe filiũ Crœſi refert ὤνθρωπε μὴ κτείνε κροῖσον.i. Heus hõ non occide crœſũ. Sed & quiſpiã ſamius athleta: nõ nomẽ illi fuit αἴγλης.i. Aegles: quũ ãtea nõ loqns fuiſſet: ob ſimilẽ dr̃ cãm loqui cœpiſſe (Aegles) Nã quũ in ſacro certamine ſortitio inter ipſos. & aduerſarios nõ bona fide fieret. ſed ſortem nominis falſam ſubiici animaduertiſſet: repente in eum qui id faciebat ſeſe uidere quid faceret: magnum inclamauit. Atq; is oris uinculo ſolutus. per omne inde uitæ tempus nõ turbide: neq; adhæſe locutus eſt.

¶ De argumẽtis: q̃ græce ἀντιςρέφοντα appellãt: a nob̃ reciproca dici pñt. C.X

INter uitia argumẽtorũ: longe maximũ eſſe uitium uidet̃ eorum: quæ ἀντιςρέφοντα græci dicunt. Et quidã ex noſtris: nõ hercle nimis abſurde reciproca appellauerũt. (Antiſtrephonta reciproca.) id aũt uitiũ accidit hoc modo: quũ argumentum ꝓpoſitum referri contra: conuertiq; in eum poteſt: a quo dictum eſt: & utrũq; pariter ualet: q̃le eſt puulgatũ illud quoq; ꝓtagorã (Protagoras euathlus) ſophiſtarum acerrimũ uſum eſſe ferunt: aduerſus Euathlum diſcipulũ ſuum. Lis namq; iter eos & cõtrouerſia ſuper pacta mercede hæc fuit. Euathlus adoleſcẽs diues: eloquẽtiæ diſcẽde: cãrumq; orãdi cupiens fuit. Is in diſciplinã ꝓtagoræ ſeſe dedit. daturumq; promiſit mercedẽ: grãdem pecuniam: quantam ꝓtagoras petiuerat. Dimidiũq; eius dedit iam tũc ſtati: priuſq̃ diſceret. Pepigitq; ut reliquum dimidium daret quo primo die cauſam apud iudices oraſſet: & uiciſſet. Poſtea quum diutule auditor aſſectatorq; ꝓtagoræ fuiſſet/& in ſtudio quidem facundiæ abunde promouiſſet: cauſas tñ nõ recipet: tpuſq; iam longũ trãſcurreret & facere id uideretur. ne reliquum mercedis daret: capit cõſilium Protagoras (ut tum exiſtimabat aſtutum.) Petere inſtitit ex pacto mercedem. Litem cum Euathlo cõteſtat̃. & quum ad iudices cõiiciendæ cõſiſtendæq; cauſæ gratia ueniſſet. tum Protagoras ſic exorſus eſt. Diſce inquit ſtultiſſime adoleſcens: utroq; id modo fore uti reddas: quod peto/ſiue cõtra te pronũciatũ erit ſiue pro te. nam ſi contra te lis data erit merces mihi ex ſententia debebit̃/quia ego uicero. Sin uero ſecundũ te iudicatũ erit. merces mihi ex pacto debebitur quia tu uiceris. Ad ea rñdit Euathlus. potui inqt huic tuæ tam ancipiti captiõi iſſe obuiã: ſi uerba ipẽ nõ facerẽ. atq; alio patrono uterer. Sed maius mihi ĩ iſta uictoria proludiũ eſt/quum te nõ in cã tantũ. ſed in argumẽto quoq; iſto uinco. diſce igit̃ tu quoq; magiſter ſapientiſſime utroq; modo fieri uti non reddã: quod petis: ſiue cõtra me ꝓnunciatũ fuerit: ſiue pro me: Nam ſi iudices ꝓ cauſa mea ſenſerint. nihil tibi ex ſentẽtia debebitur quia ego uicero. Sin cõtra me pronũciauerint. nihil tibi ex pacto debebo quia ego non uicero. Tum iudices dubioſũ hoc inexplicabileq; eſſe. q̃d utrinq; dicebat̃ rati ne ſentẽtia ſua utrancũq; in pte dicta eẽt. ipa ſeſe reſcinderet. rẽ iniudicatã reliqrũt. Cãm in diẽ longiſſimã diſtulerũt. ſic ab adoleſcẽte diſcipulo magr̃ diſciplina eloquẽtiæ iclyt⁹: ſuo ſibi argumẽto cõfutatus eſt/& captiõis uerſutæ excogitatæ fruſtratus fuit.

¶ Biãtis de re uxoria ſyll'm nõ poſſe uideri ἀντιστρέφοντα.i. reciprocũ. Ca.XI.

EXiſtimauit qdã ẽt illud Biãtis uiri ſapiẽtis:ac nobilis reſpõſum cõſimile eẽ atq; eſt Protagorion illud:de quo dixi modo ἀντίστρεφον.i. reciprocãs.nã quũ rogatus eẽt a quodã bias:deberet ne uxorẽ ducere an uitã uiuere cælibẽ? ἤτοι inqt καλὴν ἄξεις ἢ αἰσχράν, κἂν εἰ καλὴν, ἕξεις κοινήν.εἰ δὲ αἰσχρὰν, ἕξεις ποινήν.ἑκάτερον δὲ οὐκ ἀγαθὸν, οὐ λυπητέον ἄρα .i.aut pulchrã duces:aut deformẽ.Si pulchrã hẽbis cõmunẽ. Sin turpẽ:hẽbis pœnã.Neutrũ aũt bonũ. Nõ eſt igit̃ ducẽda uxor.Sic aũt hoc rñſum cõuertũt: εἰ μὲν καλὴν ἄξω, οὐχ ἕξω ποινήν, εἰ δὲ αἰσχρὰν, οὐχ ἕξω κοινήν, γαμητέον ἄρα.i.ſi formoſam ducã:nõ habebo pœnã.Sin deformẽ:nõ habebo cõem. Ducẽda eſt ergo uxor . Sed mihi me hoc eſſe uidet̃ ἀντίστρεφον.i.reciprocũ/qm̃ ex altero latere cõuerſũ frigidius eſt:infirmiuſq;.Nã Bias ꝓpoſuit nõ eẽ ducẽdam uxorẽ ꝓpter alterutrũ icõmodũ:qd neceſſario patiẽdũ erit ei.qui duxerit.Q ui cõuertit aũt:non ab eo ſe defendit incõmodo:qd' adeſt.ſed carere ſe altero dicit qd nõ adeſt. Satis eſt aũtẽ tuẽdæ ſniæ:quã Bias dixit:q; eũ q duxit uxorẽ pati neceſſe eſt ex duobus incõmodis. alterũ:ut aut κοινὴν.i.cõem hẽat:aut ποινὴν .i.pœnũ . Sed Phauorinus nr̃ cũ facta eſſet forte mẽtio ſyllogiſmi huius:quo Bias uſus eſt:cuius prima πρότασις.i.ꝓpoſitio ẽ. ἤτοι καλὴν ἄξεις.ἢ αἰσχράν.i.aut pulchrã duces:aut turpẽ:nõ ratũ id:neq; iuſtũ diſiunctũ eſſe ait:quãdo nõ neceſſariũ eſt alterum ex duobus quæ diſiũgunt̃:quod in ꝓloquio diſiunctiuo neceſſariũ eſt.Eminentia.n.quædã ſignificari formarũ turpes & pulchræ uidentur.Eſt aũt inquit tertium quoq; inter duo iſta:quæ diſiungunt̃ cuius rationẽ ꝓſpectũq; Bias non habuit. Inter enim pulcherrimam fœminam:& deformiſſimã media quædã forma eſt: quæ a nimiæ pulchritudinis periculo : & a ſummo deformidatis odio uocat. Q ualis a.Q .Ennio in Menalippa:perq̃ eleganti uocabulo ſtata dicitur/ quæ neq; κοινὴ.i.cõmũis futura ſit:neq; ποινὴ.i.pœna:quã formã modicã & modeſtã Phauorinus nõ mehercle iſcite appellabat uxoriã:Ennius autẽ in iſta quã dixi tragœdia/eas ferre fœminas ait incolumi pudicitia eſſe quæ ſtata forma forẽt.

Bias

Protaſis

Stata forma.

¶ De nomínibus deorũ populi Romani: Diiouis: & ueiouis. Cap. XII.

IN antiqs ſpectatiõibus noia hæc deorũ ieſſe aĩaduertimus.Diiouis & Veiouis.Eſt ãt ædes Veiouis Romæ iter arcẽ & capitoliũ. Eorũ noium rõnẽ eẽ hanc cõperi.Iouẽ latini ueteres a iuuando appellauerũt. Eodẽq; alio uocabulo iũcto patrẽ appellauere.Nã qd eſt i eliſis aut ĩmutatis qbuſdã lr̃is Iuppiter id plenũ atq; itegrũ ẽ.Iouis pr̃.Sic & Neptũnus pr̃ cõiũctæ dictus:& Saturnus pr̃: & Ianus pr̃.& Mars pr̃: hoc eni eſt Marſpiter.Itẽq; iouis dieſpiter appellat9.i.diei & lucis pater.Iccircoq; ſimili noie Diious dictus eſt/& Lucetius.qd nos die & luce quaſi uita ipſa afficeret.& iuuaret. Lucetiũ aũt Iouẽ Cn.Neuius i libris belli punici appellat.Q uũ iouẽ igit̃ & Diiouẽ a iuuãdo nominaſſent : eũ quoq; cõtra deũ qui nõ iuuãdi poteſtatẽ ſed uim nocẽdi haberet(Nam deos quoſdam ut ꝓdeſſet celebrabat quoſdã ut ne obeſſent placabat) Veiouẽ appellauerunt. dempta atq; detracta iuuandi facultate. Væ eni ꝑticula quæ in aliis atq; aliis uocabulis uariatim per

Diiouis
Veiouis

Iuppiter
Neptũn9
Saturnus
Ianus
Maras
Marſpiter

has duas litteras cũ a lr̃a media ĩmiſſa dicit' duplicẽ ſignificatũ eundẽq; inter ſe diuerſũ capit. Nã & augẽdæ rei & minuendæ ualet ſicuti aliæ ꝑticulæ plurimæ propter quod accidit. ut quædã uocabula: q̃bus particula iſta præponit': ambigua ſint: & utroq; uerſum dicant': uæſcũ uæhemẽs: & uægrãde: de q̃bus alio ĩ loco uberiore tractatu facto admonuimus. Veſanos aũt & uecordes ex una tãtũ ꝑte dici: q̃ priuatiua eſt. quã græci στερητικὸν μόριον. i. priuatiuã ꝑticulã dicũt. Simulachꝝ igit' dei Veiouis: qd' eſt ĩ æde: de q̃ ſupra dixi: ſagittas tenet: q̃ ſũt uidelicet paratæ ad nocẽdũ. Quapp eũ deũ pleriq; Apollinẽ eẽ dixerũt. Immolat' q; illi ritu humano capra. Eiuſq; aĩalis figmẽtũ iuxta ſimulacꝝ ſtat. Propterea Virgiliũ quoq; aiũt multæ antiq̃tatis hoĩem ſine oſtẽtatiõis odio peritũ: numĩa leua in Georgicis dep̃cari: ſignificãtẽ quãdã uim eſſe huiuſcemodi deoꝝ in lædendo magis q̃ in iuuãdo potentem. Verſus Virgilii hi ſunt.

In tenui labor eſt: at tenuis non gloria: ſi quem
Numĩa leua ſinũt/auditq; uocat' apollo.

In his ãt diis quos placari opt̃et/uti mala a nobis: uel a frugibus natis amoueant'. Arungus quoq; habet': & Rubigus.

Væ
Veſcum
Vehemẽs
Vægrãde
Veſanus
Væcors
Numina
Leua

Arungus
Rubigus

❡ De officioꝝ gradu atq; ordĩe moribus ppl'i romãi obſeruato. Cap. XIII.

De officiorum populi romani:

SEnioꝝ hoĩum: & Romæ nobiliũ atq; in morũ diſciplinaꝝq; ueteꝝ doctrina memoriaq; p̃ſtãtiũ diſceptatio/q̃dã fuit: p̃ſente: audiẽte me de gradu/atq; ordine officioꝝ. Cũq; q̃reret' q̃bus nos ea prioribus: potioribuſq; facere opteret: ſi neceſſe eẽt ĩ opa dãda: faciũdoq; officio: alios aliis anteferre: non cõſtabat. Cõueniebat aũt facile: cõſtabatq; ex moribus po. ro. Primũ iuxta parẽtes locũ tenere pupillos debere: fidei tutelæ q; nr̃æ creditos. Secundũ eos ꝓximum locũ clientes habere q ſeſe itidẽ in fidẽ patrociniũq; noſtꝝ dederũt. Tũ in tertio loco eſſe hoſpites: poſtea eſſe cognatos: affineſq; huius moris obſeruatiõiſq; multa ſint teſtimõia: atq; documẽta in antiq̃tatibus p̃ſcripta. Ex q̃bus unũ hoc interim de cliẽtibus cognatiſq; qd' p̃ manibus eſt: põemus. M. Cato in orõne quã dixit apud cẽſores in Lentulũ ita ſcripſit: q maiores ſanctius habuere defendi pupillos q̃ cliente non fallere. Aduerſus cognatos: pro cliẽte teſtat'. Teſtimoniũ aduerſum cliẽtẽ nemo dicit. Patrẽ primũ: poſtea patronum proximũ nomen habere: Maſſurius aũt Sabinus in libro de iuris ciuilis tertio/ antiquiorẽ locum hoſpiti tribuit: q̃ clienti. uerba ex eo libro hæc ſunt. In officiis apud maiores ita obſeruatum eſt: primũ tutelæ deinde hoſpiti: deinde clienti: tum cognato: poſtea affini: de q̃ cauſa fœminæ uiris potiores ſũt habitæ: pupillariſq; tutela mulieri p̃lata: & iã aduerſus quem affuiſſent eius filii tutores relicti: in eadem cauſa pupillo aderãt. Firmũ atq; clarũ iſti teſtimonium rei ꝓhibet auctoritas. C. Cæſaris pontificis maximi qui in orõne quã pro bithynis dixit: hoc principio uſus eſt. Vel pro hoſpitio regis Nicomedis: uel ꝓ horũ neceſſitate: quorum res agitur: refugere hoc munus Mumi nõ potui: Nam neq; hominum morte memoria deleri debet: quin proximis retineatur: neque cliẽtes ſine ſumma infamia deſeri poſſunt: quibus etiam a propinquis noſtris auxilium ferre inſtituimus.

Primo
2
3
Maſſurius
Auctoritas C Ceſaris

❡ Qd' Appion doctus hõ: q polyhiſtor appellatus eſt. uidiſſe ſe romæ ſcrip

De recognitione mutua inter hominem & leone

ſit.recognitionē īter ſeſe mutuā ex uetere amicicia hoīs & leonis. Cap.XIIII

Appion

APpion/qui polyhiſtor appellatus eſt:litteris hō multis præditus: rerũ q; græcaꝝ plurima atq; uaria ſciētia fuit.eius libri non incelebres feruntˀ:quibus oībus ferme/quæ mirifica ī ægypto uiſuntˀ/ audiũturq; hiſtoria cōprehendit.Sed in his quæ audiſſe uel legiſſe ſeſe dicit.fortaſſe a uitio ſtudioq; oſtētationis ſit loquacior.Eſt enim ſane q̃ in prædicādis doctrinis ſuis uēdicator.Hoc aũt quod in libro ægyptiacoꝝ quĩto ſcripſit/neq; audiſſe/neq; legiſſe.ſed ipm ſeſe in urbe roma uidiſſe/oculis ſuis cōfirmat.In circo maximo inquit uenationis ampliſſimæ pugna populo dabatˀ.Eius rei(romæ cum forte eſſem)ſpectator inquit fui.Multæ ibi ſæuiētes feræ:magnitudines beſtiaꝝ excellentes:omniũq; inuſitata : aut forma erat/aut ferocia.Sed præter alia oīa leonũ inquit īmanitas admirationi fuit.Præterq; oīs cæteros unus.Is unus leo corporis impetu & uaſtitudine : terrificoq; fremitu: & ſonoro/toris/comiſq; ceruicũ fluctuãtibꝰ aīos oculoſq; oīum ī ſeſe cōuerterat.Introductus erat inter cōpluris cæteros ad pugnā beſtiaꝝ dacus ſeruus uiri cōſularis.Ei ſeruo Androdus nomen fuit.Hunc ille leo ubi uidit procul : re-

Androdꝰ

pēte inquit quaſi admiratus ſtetit.ac deinde ſenſim atq; placide : tanq̃ noſcitabũdus ad hoīem accedit.Tũ caudā more atq; ritu adulantiũ canũ clæmenter & blande mouet.hominiſq; ſeſe corpori adiungit.Cruraq; eius & manus prope iam examinati metu:lingua leniter demulcet.Homo androdus inter illa tā atrocis feræ blādimēta amiſſum animũ recuperat.Paulatimq; oculos ad cōtuēdum leonē refert.Tũ quaſi mutua recognitiōe facta:lætos īquit & gratulabũdos uideres hoīem & leonē.Ea re prorſus tā admirabili/maximos populi clamores excitatos dicit.Arceſſitũq; a Cæſare Androdum:quæſitũq; cām:cur ille atrociſſimus leonũ uni parſiſſet.Androdus rē mirificā narrat:atq; admirabilē.

Cõſiliũ fuit

Pepercisset

Hiſtoriā agnoſce

Cũ prouinciā inqt africā ꝓ cōſulari impio meus dominus obtineret:ego ibi iniquis eius:& quotidanis uerberibus ad fugā ſum coactus:& ut mihi a dño terræ illius p̄ſide tutiores latebræ forent:in cāpoꝝ & arenarũ ſolitudines cōceſſi. Ac ſi defuiſſet cibus:cōſiliũ fuit mortē aliquo pacto quærere.Tum ſole inquit medio rapido & flagranti : ſpecũ quādā nactus remotā latebroſamq; in eam me penetro:& recōdo:neq; multo poſt ad eandē ſpecũ uenit hic leo debili uno & cruēto pede gemitus edēs:& murmura dolorē:cruciatũq; uulneris cōmiſerātia.Atq; illic prio qdē cōſpectu aduenictis leonis territũ ſibi:& pauefactũ animũ dixit.Sed poſtq̃ ītrogreſſus inqt leo uti re ipa apparuit:in habitaculũ illud ſuũ uidet me ꝓcul deliteſcētē:mitis & manſuetus acceſſit/& ſublatũ pedē oñdere mihi & porrigere:q̃ſi opis petēdæ gr̃a uiſus eſt.Ibi inqt ego ſtirpē ingētē ueſtigio pedis eius hærentē reuulſi.Cōceptāq; ſaniē uulnere intimo exp̃ſſi.Ac curatiuſq; ſine magna iā formidīe ſiccaui pēitus atq; deterſi cruorē.Ille tũc mea opa/& medela leuatus/pede in manib meis poſito recubuit & reqeuit. Atq; ex eo die triēniũ totũ ego & leo ī eadē ſpecu:eodēq; uictu uiximus.Nā q̃s uenabatˀ feras:mēbra opimiora ad ſpecũ mihi ſuggerebat:q̃ ego:ignis copiā non habēs ſole meridiano torrēs edebā.Sed ubi me inqt uitæ illius ferinæ iā pteſũ

Leuatus mea opa

eſt leõe:in uenatũ profecto reliqui ſpecũ:& uiam ferme tridui permẽſus.a mi litibus uiſus: apphenſuſq; ſum.Et ad dominũ ex aphrica Romã deductus:Is me ſtatim rei capitalis damnãdũ:dandũq; ad beſtias curauit. Intelligo autẽ in quit hunc quoq; leõem me tunc ſeperato captũ. gratiam nunc mihi beneficii & medicinæ referre. Hæc Appion dixiſſe Androdũ tradit.Eaq; omnia ſcripta circũlataq; tabula populo declarat.Atq; ideo cũctis petentibus dimiſſũ Andro dum.& pœna ſolutum.Leoneq; ei ſuffragiis populi donatum poſtea inquit ui debamus Androdum:& leonem loro tenui reuinctum: urbe tota circum taber nas ire donari ære androdum floribus ſpargi leonem:Omneſq; fere ubiq; ob uios diceret,hic eſt leo hoſpes hominis.hic eſt homo medicus leonis.

Corp9 ne ſit uox.an ἀσώματον.i.icorporeũ uarias eẽ phoꝝ ſnĩas. Cap.XV.

VEtus atq; perpetua quæſtio inter nobiliſſimos philoſophorũ agita ta eſt:corpus ne ſit uox incorporeũ:hoc.n.uocabulũ quidam fin xerunt pro inde: quod græce dicitur ἀσώματον Corpus autẽ eſt: quod aut efficiẽs eſt:aut patiens id græce dicitur τὸ δρώμενον ἢ πάχον σῶμα ἐστί.ideſt aut efficiens:aut patiens corpus eſt. Quã definitionẽ ſignificarẽ uolens Lucretius ita ſcripſit. Tangere.n.aut tãgi:niſi corpus:nulla poteſt res. Alio quoq; mõ corpus eſſe græci dicũt:τὸ τριχῆ διαστατὸν.ideſt triplici dimẽſione diſtans. Sed uocem ſtoici corpus eſſe contendunt.Eamq; eſſe dicunt ictum aera.Plato autẽ non eſſe uocem corpus putat.Non enim percuſſus inquit aer: ſed plaga ipſa atq; percuſſio uox eſt.οὐχ ἁπλῶς πληγὴ ἀέρος ἐστὶν ἡ φωνή.πλήττει γὰρ τὸν ἀέρα καὶ δάκτυλος παραγόμενος.καὶ οὐδ᾽ ἔπω ποιεῖ φωνήν.ἀλλ᾽ ἡ πόση πληγή.καὶ σφόδρα.καὶ τόση δὲ ὥστε ἐξακούστην γενέσθαι .ideſt non ſimpliciter plaga aeris uox eſt: nã digitus quoq; aerem pcutit : non ita tamen uocem facit.Sed quanta plaga. & uehemens & tanta ut audibilis fiat.Democritus ac deinde Epicurus ex indiui duis corporibus uocem cõſtare dicunt.Eãq; ut ipſis eorũ uerbis utar ῥεῦμα λόγων ideſt flumen uerborum appellãt:hos alioſq; tales argutæ delectabiliſq; de ſidiæ aculeos: cũ audiremus:uel lectitaremus neq; in his ſcrupulis:aut emolu mentum aliquod ſolitum ad rationem uitæ pertinẽs: aut finem illum quærẽdi uideremus/Ennianũ.Neoptolemũ pbabamus:q profecto ita ait.Philoſophã dum eſt paucis:nam omnino haud placet.

Corpus
Vox

De ui oculorum/atq; uidendi rationibus. Cap. XVI.

DE uidẽdi ratiõe:deq; cernẽdi natura diuerſas eſſe opiniones philo ſophorũ aĩaduertimus.Stoici cauſas eſſe uidẽdi dicunt:radioꝝ ex oculis in ea q̃ uideri queũt emiſſionẽ:aeriſq; ſimul itẽtionẽ. Epicu rus affluere ſemp ex oĩbus corporibus ſimulachra q̃dam corpoꝝ ipſoꝝ:eaq; ſeſe in oculos inferre/atq; ita fieri ſenſum uidẽdi putat.Plato exiſti mat genus quoddã ignis:luciſque de oculis exire.idq; cõiunctũ.continuatũq; uel cũ luce ſolis uel cũ alterius ignis lumĩe:ſua ui:& externa nixũ efficere:ut q̃ cũq; offẽderit: illuſtraueritq; cernamus.Sed & hic:ea q̃ diſſerimus imaginãdũ Eiuſdemq; illius Enniani Neoptolemi:de quo ſupra ſcripſimus: cõſilio utẽdũ eſt qui deguſtandum ex philoſophia cenſet non in eam ingurgitandum.

¶ Quãm ob cauſam dies primi poſt calendas nonas idus atri habeantur: &
cur diem quoq; quartũ ante calendas.uel nonas uel idus quaſi religioſum ple
rique uitant. Cap. XVII.

Atri dies

VErrius flaccus in quarto de uerborum ſignificatiõe dies:qui ſunt
poſtridie calẽdas nonas:idus quos uulgus imperite nefaſtos dicit.
propter hanc cauſam dictos habitoſque atros eſſe ſcribit. Vrbe
inquit a gallis ſenonibus recuperata.L. Attilius in ſenatu uerba fe
cit.Q.Sulpitiũ trib.militum ad halliam aduerſus gallos pugnaturum:rem di
uinam dimicandi gratia poſtridie idus feciſſe. Tum exercitũ po.ro.occidione
occiſum.& poſt diem tertium eius diei urbem præter capitoliũ captã eſſe.Cõ
pluresq; alii ſenatores recordari ſeſe dixerunt quotiẽs belli gerẽdi gratia: res
diuina poſtridie calendas nonas idus a magiſtratu populi Ro.facta eſſet eius
belli proximo deinceps prælio reipu.malam geſtam eſſe. Tum ſenatus eam rẽ
ad pontifices reiecit:ut ipi quod uideret̃:ſtatuerent. Põtifices decreuerũt nul
lũ iis diebus ſacrificiũ recte futuꝝ ante diẽ quoque quartũ calẽdas.uel nonas.
uel idus.tanq̃ inominalẽ diem pleriq; uitãt.Eius obſeruatiõis an religio ulla ſit
tradita quæri ſolet.Nihil ſuper ea re ſcriptũ inuenimus. niſi ꝙ Claudius annali
um quinto cladem illam pugnæ cannenſis uaſtiſſimam factam dicit ante diẽ
quartum nonas ſextiles.

¶ In quo & quantum differat hiſtori a ab annalibus. Superque ea re uerba
poſita ex libro rerum geſtarũ Sempronii Aſellionis primo. Cap.XVIII.

HIſtoriam ab annalibus quiddã differre eo putant:ꝙ quum utrun
q; ſit rerum geſtarum narratio:earum tamẽ proprie rerũ ſit hiſto
ria quibus rebus gerendis interfuerit is:qui narret:Eamq; eſſe opi
nionẽ quorũdam Verrius Flaccus refert ĩ libro de ſignificatu uer

Hiſtoria

boꝝ quarto. Ac ſe quidem dubitare ſuper ea re dicit. Poſſe aũt uideri putat nõ
nihil eſſe rationis in ea opinione:ꝙ hiſtoria græce ſignificat rerum cognitio
nem præſentiũ.Sed nos audire ſoliti ſumus annales omnĩo id eſſe:quod hiſto
riæ ſint.Hiſtorias nõ omnino eſſe id quod annales ſint.Sicuti quod eſt homo
id neceſſario animal eſt quod eſt animal/non id neceſſe eſt hominem eſſe. Ita

Annales Ephemeris

hiſtorias quidẽ eſſe aiunt rerum geſtarum:uel expoſitionẽ uel demõſtrationẽ:
uel quo alio nomine id dicendũ eſt: Annales uero eſſe: quum res geſtæ pluriũ
annoꝝ:obſeruato cuiuſque anni ordine:deinceps componunt̃. Cum uero nõ

Diarium

per annos:ſed per dies ſingulos res geſtæ ſcribunt̃:ea hiſtoria græco uocabu
lo ἐφημερίς.ideſt diarium dicit̃.Cuius latinum interpretamẽtum ſcriptũ eſt in
libro Aſellionis primo. ex quo libro plura uerba adſcripſimus: ut ſimul ibi
dem: quid ipſe inter res geſtas:& annales eſſe dixerit oſtenderemus. Verum
inter eos inqt:qui annales relinquere uoluiſſent:& eos qui res geſtas a Roma
nis perſcribere conati eſſent/oĩum rerum hoc interfuit. Annales libri tãtum
modo quod factum quoq; anno geſtumue ſit id demonſtrabãt. Id eorum eſt:
qui quaſi diarium ſcribunt.quam græci.ἐφημερίδα uocant nobis non modo ſa
tis eſſe uideo:quod factum eſſet id pronunciare:ſed etiam quo conſilio:qua ra
tione geſta

tione geſta eſſent: demonſtrare. Paulo aūt poſt idem Aſellio in eodem libro. nam neq; alacrioris ad rempu. defendendam: neq; ſegnioris ad res perperam faciundas annales cōmouere quicq̄ poſſunt. Scribere aūt bellum quo initum conſule: & quo modo confectum ſit: & quis triumphans introierit. exq; eo libro: quæ in bello geſta ſunt iterare. id fabulas eſſe prædicare ait. aut interea qd ſenatus decreuerit: aut quæ lex rogatione lata ſit: neq; quibus conſiliis ea geſta ſunt iterare, id fabulas pueris eſt narrare: non hiſtorias ſcribere.

¶ Quid ſit adoptatio. quid item ſit arrogatio: quantūq; hæc inter ſe differant uerbaq; eius. quæ qualiaq; ſint: qui in liberis arrogandis ſuper ea re populum rogat. ¶Cap. XIX

CVm in alienam familiam: inq; liberorum locū extranei ſumuntur: aut per prætorem fit: aut per populum. Quod per prætorem fit: adoptatio dicitur. Quod per populum arrogatio. Adoptantur autē cum a parente: in cuius poteſtate ſūnt: tertia mancipatione in iure ceduntur. Atq; ab eo qui adoptat: apud eum: apud quem legis actio eſt: uindicantur. Arrogantur ii: qui cum ſui iuris ſint in alienam ſeſe poteſtatem tradunt. Eiuſq; rei ipſi auctores fiunt. Sed arrogationes non temere: nec inexplorate cōmittuntur. Nam comitia arbitris pontificibus præbentur: quæ curiata appellantur. Aetas quoq; eius qui arrogare uult: an liberis potius gignundis idonea ſit: bonaq; eius qui arrogatur: ne inſidioſe appetita ſint/conſideratur. Iuſq; iurandum a Q. Mutio Pont. Max. conceptum dicitur: quod in arrogando iuraretur. Sed arrogari non pōt: niſi iam ueſticeps. Arrogatio aūt dicta: quia genus hoc in alienam familiam tranſitus per populi rogationem fit. Eius rogationis uerba hæc ſunt. Velitis. iubeatis. uti. L. Valerius. L. Titio tam iure: legeq; filius ſibi fiat: quam ſi ex eo patre: matreq; familias eius natus eſſet. Vtique ei uitæ: neciſque in eum poteſtas ſiet: uti pariendo filio eſt. hæc ita ut dixi: ita uos quirites rogo. Neque pupillus autem: neque mulier: quæ in parentis poteſtate eſt arrogari poteſt: quoniam & cum fœminis nulla comitiorum communio eſt/& tutoribus in pupillos tantam eſſe auctoritatem/poteſtatemq; fas non eſt. ut caput liberum fidei ſuæ commiſſum alienæ ditioni ſubiiciant. Libertinos uero ab ingenuis adoptari quidem iure poſſe/ Maſſurius Sabinus ſcripſit. Sed id neque permitti dicit: neque permittendum eſſe unquam putat: ut homines libertini ordinis per adoptionem in iura ingenuorum inuadant. Alioquin inquit ſi iuris iſta antiquitas ſeruetur: etiam ſeruus a domio per prætorem dari in adoptionem poteſt. Idque ait pleroſque iuris ueteris auctores poſſe fieri ſcripſiſſe. Animaduertimus in oratione. P. Scipionis: quam cenſor habuit ad populum de moribus: inter ea quæ reprehendebat. ꝙ contra maiorum inſtituta fierent: id etiam eum culpauiſſe: quod filius adoptiuus patri adoptatori inter premia patrum prodeſſet. Verba ex ea oratione hæc ſunt. In alia tribu patrem. in alia filium ſuffragium ferre. Filium adoptiuum tam procedere: quam ſi ſe natū hēat. abſentis cenſeri iubere: ut ad cēſum nemini neceſſe ſit euenire.

Adoptio
Arrogatio
Curiata
Veſticeps

Solœciſmus / ĩparilitas / Stribiligo

¶ Q d̄ uocabulũ latinũ ſolœciſmo fecerit Capito aſini⁹/q̄d ãt ipſũ appellaue
rit ueteres latini/q̄buſq; uerbis ſolœciſmũ definierit idē Capito aſini⁹. Ca. XX.

SOlœciſmus latino uocabulo ab aſinio Capitone/eiuſdemq; ætatis
aliis ĩparilitas appellatus/a uetuſtioribus latinis ſtribiligo dicebat̃
a uerſura uidelicet & prauitate tortuoſe or̃onis/tãq̃ ſterobligo q̄dã
Q d̄ uitiũ Aſinius capito ĩ litteris/quas ad Clodiũ Tuſcũ dedit hiſce
uerbis definit. Solœciſmus eſt inq̄t ĩpar & incõueniẽs cõpoſitura partiũ ora
tiõis. Q uũ græcũ ãt uocabulũ ſit ſolœciſmus: an attici hoĩes: qui elegãtius lo
cuti ſunt: uſi eo ſint quæri ſolet. Sed nos neque ſolœciſmum neque Barbariſ-
mum apud græcorum idoneos adhuc inuenimus. Nam ſicut βάρβαρον. ideſt
Barbarum: ita σολοικον/ideſt ſolœcum dixerunt. Noſtri quoque antiquiores ſo-
lœcum facile/ſolœciſmum haud ſcio: an unq̃ dixerint. Q uod ſi ita eſt neque
in græco: neq; in latino ſolœciſmus probe dicitur.

Barbariſmum / Solœcus

¶ Pluria q dicat: & cõpluria: & cõpluries nõ barbare dicer̃ ſed latine. Ca. XXI

Pluria / Cõpluria

PLuria forte quis dixit ſermocinans uir apprime doctus meus ami
cus non hercle ſtudio ferens oſtentandi: neq; quo plura dicendum
nõ putaret. Eſt enim doctrina homo ſeria: & ad uitæ officia deuin
cta: ac nihil de uerbis laborante. ſed opinor aſſidua ueterum ſcrip-
torum tractatione inoleuerat linguæ illius uox: quam in libris ſæpe offende-
rat. Aderat/quum ille hoc dixit: repræhenſor audaculus uerborum: qui p̄pau-
ca eademq; a uulgo pertrita legerat. Habebatq; nõnullas diſciplinæ gramma
ticæ inaudiciunculas: partim rudis inchoataſq;: partim non probas. Eaſq; qua
ſi puluerem ob oculos: quum adortus quemq; fuerat aſpergebat. Sicut tunc
amico noſtro barbare inquit dixiſti pluria. Nam neque rationem uerborum
hoc/neque auctoritates habet. Ibi ille amicus ridens: amabo te ĩquit uir bone:
quia nunc mihi a magis ſeriiſque rebus ocium eſt: uelim doceas nos/cur plu
ria ſiue compluria (nihil enim differt) non latine ſed barbare dixerint. M. Ca-
to & Q. Claudius/Vale. Antias. L. lælius. P. Nigidius. M. Varro/quos ſubſcri
ptores/approbatoreſq; huius uerbi habemus. Præter poetarũ oratorumq; ue
terum multam copiam. Ad quæ ille nimis arroganter/tibi inquit habeas au-
ctoritates iſtas/ex faunorum/& aboriginum ſæculo repetitas/atq; huic ratio-
ni reſpõdeas. Nullum enim uocabulum neutrum cõparatiuum/numero plu-
ratiuo/caſu recto. ante extremum a/haberi/litteram ſicuti meliora. maiora. gra
uiora. proinde igitur plura & non pluria dici conuenit. ne contra formam per
petuam in comparatiuo /i/ littera ſit ante extremum a. Tum ille amicus no-
ſter quum hominem confidentem pluribus uerbis non dignum exiſtimaret.
Aſinii inquit Capitonis doctiſſimi uiri epiſtolæ ſunt. uno in libro multæ opi-
nor poſitæ in templo pacis. Primaq; epiſtola ſcripta eſt ad Pacuuium Labeo-
nem cui titulus præſcriptus eſt pluria non plura dici debere. in ea epiſtola ra-
tiones grammaticas poſuit. per quas docet pluria latinum eſſe plura barbarũ.
Ad Capitonem igitur te dimittimus. Ex eo id quoque ſimul diſces. ſi modo aſ-
ſequi poteris. quod in ea epiſtola ſcriptum eſt. pluria ſiue plura abſolutum

eſt ſiue

Iuſtitia nichil aliud e: q̄ iniuſtitie priuatio,

eſt ſiue ſimplex:nō ut tibi uidet̃ comparatiuum. Huius opinionis aſinianæ id quoq; adiumētum eſt: q cōpluries cum dicimus/non cōparatiue dicimus. Ab eo aūt quod eſt cōpluria:aduerbium eſt factum cōpluries. Id quoq; quoniam minus uſitatum eſt. uerſum Plauti ſubſcripſi ex comœdia:quæ perſa inſcribitur. Q uid metuis? do. Metuo hercle uero. Senſi ego cōpluries. Item. M. Cato in. iiii. originum eodem in loco ter hoc uerbū poſuit. Compluries eoꝝ milites mercenarii inter ſeſe multi:alteri alteros occidere. Compluries multi ſimul ad hoſtis tranſfugere. Compluries in imperatorem impetum facere. Cōpluries

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER SEXTVS.

¶ Q uem in modum reſponderit Chryſippus aduerſus eos qui prouidentiā conſiſtere negauerunt. Caput I

Reſpōſio Chryſippi contra eos qui prouidentiā conſiſtere negauerunt

HIſtrio in terra græcia fuit fama celebri: qui geſtus & uocis claritudine: & uenuſtate cæteris anteſtabat: nomen fuiſſe aiunt polum tragœdias poetarum nobilium ſcite atque aſſeuerate actitauit. Is Polus unice amatum filium morte amiſit eum luctum: quoniam ſatis uiſus eſt luxiſſe: rediit ad quæſtum artis in eo tempore Athenis Electram Sophoclis acturus geſtare urnã: quaſi cum Oreſtis oſſibus debebat. ita cõpoſitum fabulæ argumentum eſt: ut ueluti fratris reliquias ferens Electra comploret: commiſereaturq; interitum eius: qui per uim extinctus exiſtimatur. Igitur Polus lugubri habitu Electræ indutus oſſa: atque urnam e ſepulchro tulit filii: & quaſi oreſtis amplexus oppleuit omnia: non ſimulacris: neque imitamẽtis: ſed luctu atque lamentis ueris & ſpirantibus: itaq; quum agi fabula uideretur: dolor actitatus eſt.

¶ Quid de quorũdam ſenſum naturali defectione Ariſtoteles ſcripſerit. Cap. VI.

EX quinq; ſenſibus: quos animãtibus natura tribuit: uiſu: auditu: guſtu: tactu: odoratu: quos græci αἰσθήσεις: ideſt ſenſus ὄψιν. ideſt uiſum: ἀκοήν. ideſt auditum: γεῦσιν. ideſt guſtum: ἁφήν. ideſt tactum ὄσφρησιν ideſt odoratum appellant: quædam animalium alia alio carent: & aut cæca natura gignuntur: aut inora: inauritaue: nullum autem gigni animal Ariſtoteles dicit: quod aut guſtus ſenſu careat: aut tactus. uerba ex libro eius: quem περὶ μνήμης. ideſt de memoria compoſuit: hæc ſunt. τὴν δὲ ἁφὴν, καὶ τὴν γεῦσιν πάντα ἔχει πλὴν ἐπὶ τῶν ἀτελῆζώων. ideſt tactum uero: & guſtum omnia habent. præter q̃ animantium imperfecta.

Affatim

¶ An affatim quaſi admodū prima acuta pronūciandum ſit:& quædam itidē non incurioſe tractata ſuper aliarum uocum accentibus. Cap. VII.

Oppido
Scita ſuauitate
Affatim

ANnianus poeta præter ingenii amœnitates: litteraꝝ quoq; ueterū & rationū i litteris oppido q̄ peritus fuit: & ſermocinabatur mira quadā: & ſcita ſuauitate:is affati.i.admodū prima acuta.nō media pronunciabat. Atque ita ueteres locutos cenſebat:itaq; ſe audiēte Probum grammaticum hos uerſus in Plauti ciſtellaria legiſſe dicit.

Potin es tu homo facinus facere ſtrenuum?
Aliorum eſt affatim qui faciant.
Sane ego me uolo fortem perhiberi uirum.

Cauſamq; huic accentui dicebat:q. affatim non eſſent duæ partes orōnis. ſed utraq; pars in unā uocē coaluiſſet:ſicuti in eo quoq; qđ ex aduerſum dicimus: ſecundā ſyllabā debere acui exiſtimabat:qm̄ una nō duæ eſſent orōnis partes. Atq; ita oportere apud Terentiū legi dicebat in his uerſibus. In quo hæc diſcebat ludo ex aduerſum loco tōſtrina erat q̄dā. addebat ēt qđ ad ꝓuerbiū tū ferme acueret.quum ſignificaret ἐπίτασιν:quā intētionē nos dicimus:ſicuti adfabre:& admodum:& adprobe dicuntur. Cætera q̄dem ſatis cōmode annianus. ſed hāc p̄iculā ad:quā ſemp quū intētionem ſignificaret acui putauit non id ꝑpetuū uidet̄. Nam & adprobus quum dicimus.& adprimus.& adprime intētio in his uerbis demōſtrat̄. neq; tamen ad:p̄ticula ſatis cōmode accētu acuto ꝓnunciat̄. Adprobus tamen.quod ſignificat ualde probus nō inficias eo q̄ prima ſyllaba acui debeat. Cæcilius in comœdia quæ iſcribit̄ triūphus. uocabulo iſto utit̄. Hierocles hoſpes ē mihi adoleſcēs adprobus. Nū igit̄ i his uocibus quas nos nō acui diximus.ea cauſa eſt.q̄ ſyllaba inſequit̄ natura lōgior. quæ non ferme patitur acui priorem:in uocabulis ſyllabarum pluriū q̄ duaꝝ. Adprimum autē longe primū. L. Liuius in odiſſea dicit in hoc uerſu. Ibi deniq; uir ſummus adprimus patroclus. Idē Liuius in odiſſea ꝑmodū dicit q̄ſi admodum. Parceres inquit præmodum. Quod ſignificat ſupra modum. dictumq; eſt quaſi prætermodum:in quo ſcilicet prima ſyllaba acui debuit.

Exaduerſum.
Epitaſin
Adfabre
Admodū
Adprobe
Adprim⁹
Adprime
Adprob⁹.
Adprimum.
Præmodum
.i.ſupra modum

¶ Res ſupra fidē habita ſup amatore delphino:& puero amato Cap. VIII.

Delphini

DElphinos uenerios eſſe: & amaſios non modo hiſtoriæ ueteres ſed recentes quoq; memoriæ declarant. Nam & ſub Cæſaribus in puteolano mari:ut Appiō ſcriptū reliq̄t:& aliquot ſæculis ante apud naupactum:ut Teophraſtus tradidit:amatores flagrantiſſimi delphinorum quidam cogniti compertiq; ſunt. Neq; ii amauerunt:quod ſunt ipſi genus: ſed pueros forma liberali:in nauiculis forte aut in uadis littorum conſpectus miris & humanis modis arſerunt uerba ſubſcripſi ἀπίωνος eruditi uiri ex ægyptiacorum libro quinto:quibus delphini amantis & pueri non obhorrentis conſuetudines: luſus geſtationes aurigationes refert:eaque omnia ſeſe ipſum:multoſque alios uidiſſe dicit. καὶ αὐτὸς δ᾽ οὖν εἶδεν περὶ δικαιαρκίαν δελφῖνα ἐρῶντα παιδὸς καὶ πρὸς παιδικὴν ἐπαγόμενον φωνήν. ἀτὰρ οὖν καὶ προσνηχώμενος ὁ ἰχθῦς ἀνεδέχετο τὸν παῖδα ἐπὶ τῶν νώταν, καὶ τὰς ἀκάνθας περισέλλον ἵνα μὴ τὸν ποθούμενον χρῶτα ἀμύξεις

τα ἀμύξειε καὶ ἱππηδὸν περιβεβηκότα μέχρι διακοσίων ἀνηγεσαδίων ἐξέχειτο δ᾽ ἄρα ἡ ῥώμη καὶ πᾶσα ἡ ἰταλία θεάσασθαι ἰχθῦν νηχόμενον ὑπὸ ἔρωτος .i. & quidem nos uidimus apud puteolos delphinum amãtem mire puerum: inclamatũ a puero acciri. Annatans ita & pēnæ aculeos uelut uagina condens: ne dilectum ſibi corpus laceraret præbebat aſcenſuro dorſum: receptumq; equitis modo inſidentem p magnũ æquor ad triginta fere paſſuũ milia deferebat. roma igitur: omniſq; italia eo cõfluebat: ut piſcem per amorẽ uenerium uehentem puerum aſpectaret. Ad hæc adiicit rem nõ minus mirãdam. Poſtea inquit idem ille puer delphino amœnus morbo affectus obiit ſuum diem. At ille amans ubi ſæpe ad littus ſolitum ãnauit: & puer qui in primo uado aduẽtum eius opperiri cõſueuerat: nuſquã fuit: deſiderio tabuit. exanimatuſq; eſt: & in littore iacẽs inuẽtus ab iis: qui rem cognouerãt: in ſui pueri ſepulchro humatus eſt.

¶ Popoſci: memordi: pepugi: ſpepõdi: & occecurri: pleroſq; ueterum dixiſſe: nõ uti poſtea receptum eſt dicere: per o aut per u litteram in prima ſyllaba poſitam: ſed per e. atq; adeo græcæ rationis exemplo dixiſſe. Præterea notatũ: q. uiri non indocti: neq; ignobiles a uerbo deſcendo non deſcendi: ſed deſcendidi dixerunt.

Caput IX

Popoſci: momordi: pupugi: cucurri probabiliter dici uident̃. Atq; ita nunc omnes ferme doctiores huiuſcemodi uerbis utunt̃. ſed Q. Ennius in ſatyris memorderit dixit per e litteram: non momorderit. Meum inquit nõ eſt. at ſi me canis memorderit. Item Laberius in gallis: de integro patrimonio meo cẽtum milia nũmum memordi. Item idem Laberius in coloratore. Itaq; leuiq; pruna percoctus: ſimul ſub dẽtes mulieris ueni bis ter memordit. Item. P. Nigidius de animalibus libro ſecũdo. Serpens ſi memordit: gallina deligit̃: & opponit̃. Item Plautus in aulularia. Vt ad memordi hominẽ. Sed idem Plautus in trigeminis: nõ præmordiſſe: neq; præmomordiſſe dixit: ſed præmorſiſſe. Ni fugiſſem inquit: mediũ credo præmorſiſſet. Itẽ Actius in cõciliatrice: urſum ſe memordiſſe autumat. Popoſci quoq; nõ popoſci Valerius Antias in libro ãnalium. xlv. ſcriptũ reliquit. Deinde Licinius tri. ple. perduellionem ei diem dixit: & comitiis diem a. Q. Martio prætore pepoſcit. Pepugero quoq; Actius in ædulitio dicit. Sed ſi pepugero: metuet. Helium quoq; Tuberonẽ libro ad. C. Oppium ſcripto occecurrit dixiſſe. Probus ãnotauit & hæc eius uerba appoſuit. Si generalis ſpecies occecurrit. Idem Probus Valerium Antiatem libro hiſtoriarum. xii. ſpeponderat ſcripſiſſe ãnotauit: uerbaq; eius hæc appoſuit. Tib. Gracchus: qui quæſtor. C. Mãcino in hiſpania fuerat: & cæteri: qui pacem ſpepõderant. Ratio aũt iſtarum dictionum hæc eſſe uideri põt: quoniã græci in quadã ſpecie præteriti tẽporis: quod παρακείμενον. i. præteritum perfectum appellant: ſecũdã uerbi litteram in/e/plerũq; uertunt. γράφω γέγραφα, ποιῶ πεποίηκα, λαλῶ λελάληκα, κρατῶ κεκράτηκα, λούω λέλουκα: ſic ergo mordeo memordi. poſco pepoſci: tẽdo tetendi: tãgo tetigi: pũgo pepugi: ſpõdeo ſpepõdi: curro cecurri. tollo tetuli facit. ſic &. M. Tul. &. C. Cæſar mordeo: memordi/pũgo/pepugi/ſpõdeo/ſpepondi/ dixerũt. Præterea in

Memordi

Præmorſiſſe

Popoſci

Pepugero

Occecurrit

Spepõdit

Seſci-derat

ueiri a uerbo ſcido ſimili rõne nõ ſiderat: ſed ſeſciderat dictũ eẽ. L. Acci⁹i ſota dicoꝝ libro primo: ſeſciderat dicit uerba eius hæc ſunt. Non ergo aquila ita u i prædicãt ſeſciderat pectus. Ennius quoq; & Valerius Antias in libro hiſtoriarũ. lxxv. uerba hæc ſcripſit. Deĩde funere locato ad forũ deſcẽdidit. Laberi⁹ quoq; in Catulario ita ſcripſit. Ego mirabar quomõ mãmæ mihi deſcẽdiderãt.

Deſcen-didit.

Vſucapio

¶ Vſuſcapio & copulate & recto uocabuli caſu dicitur: ita pignoriſcapio cõiuncte & eadem uocabuli forma dictum eſt. ¶ Cap. X.

Pigno-riſcapio

ET hæc uſuſcapio dicitur copulato uocabulo/a/ littera in eo tractim pronunciata ita pignoriſcapio iunctæ ſunt partes: & productæ dicebantur: uerba Catonis ſunt ex primo epiſtolicarum quæſtionũ. Pigneriſcapio ob æs militare: quod æs a Tribuno ærario miles accipere debebat uocabulum ſeorſum fit: per quod ſatis dilucet hanc capionem poſſe dici: quaſi hanc captionem: & in uiſu & in pignore.

Leuitas

Nequitia

Leuis Nequam

¶ Neque leuitatem: neque nequitiã ea ſignificatiõe eſſe: qua ĩn uulgi ſermonibus dicuntur. ¶ Cap. XI.

LEuitatẽ plerũq; nũc ꝓ incõſtãtia: & mutabilitate dici audio: & nequitiam ꝓ ſolertia: aſtutiaq;: ſed ueterũ hominũ qui ꝓprie: atq; ĩtegre locuti ſunt: leues dixerũt: quos uulgo nunc uiles: & nullo honore dignos dicimus & leuitatem appellauerunt perinde quaſi lenitatẽ. Et nequam hominem nihili neq; rei: neq; frugis bonæ. quod genus græci fere ἄσωτον. ideſt prodigum: ἢ ἀκόλαςον. ideſt uel libidinoſum: ἢ ἀχρεῖον. ideſt uel inutilem: ἢ ἄχρηςον. ideſt uel iutilẽ: ἢ κακότροπον. i. uel ĩprobũ: ἢ μιαρόν. ideſt uel ſceleſtũ dicunt. Qui exempla hoꝝ uerborũ requirit: ne in libris nimis remotis quærat: inueniat ea in. M. Tullii ſecunda antonianaꝝ: nam quum genus quoddam ſordidiſſimũ uitæ: atq; uictus. M. Antonii idẽ demõſtraturus eſſet: ꝙ in caupona deliteſceret: ꝙ ad ueſpeꝝ ꝑpotaret: ꝙ ore inuoluto iter faceret: ne cognoſceret: hæc & alia huiuſcemodi: quũ in eũ dicturus eẽt: Videte inqt hoĩs leuitatẽ: tãq̃ prſus iſta dedecora hoc uitio ĩ hoĩe notarẽt. At poſtea quũ ĩ eũdẽ antoniũ ꝓbra q̃dã alia ludibrioſa: & turpia ĩgeſſiſſet: ad extremũ hoc addidit. O hominẽ nequã: nihil enĩ magis ꝓprie poſſum dicere. Sed ex eo loco. M. Tullii uerba cõpluſcula libuit ponere: at uidere leuitatẽ hoĩs: quũ ora diei decima fere ad ſaxa rubra ueniſſet: delituit in quadã cauponula: atq; ibi ſe occulẽs ꝑpotauit ad ueſpeꝝ. Indeciſio celeriter ad urbẽ adductus: domũ uenit ore inuoluto. Ianitor rogat qs es tu? A Marco tabellarius: cõfeſti ad eã: cuius cauſa uenerat deducitur. Eiq; epiſtolã tradit quã illa quũ legeret flẽs. erat enĩ ſcripta amatoriæ. Caput aũt lr̃aꝝ hoc erat: ſibi cũ illa mima poſthac nihil futuꝝ omnẽ ſe amorẽ abieciſſe illius: atq; in hãc trãſfudiſſe. Quũ mulier fleret uberius: hõ miſericors ferre nõ potuit. Caput aperuit: in collũ inuaſit. O hoĩem nequã: nihil enĩ magis ꝓprie poſſum dicere. Ergo ut te catamitũ. nec opinato: quũ oſtẽdiſſes: præter ſpem mulier aſpiceret. Iccirco urbẽ terrore nocturno italiã multoꝝ dieꝝ metu ꝑturbaſti? Cõſimiliter quoq; Claudius in primo annaliũ: nequitiam appellauit luxũ uitæ prodigũ: effuſumq; ĩ hiſce uerbis. Perſuadẽti cuidã

adoleſcenti

adoleſcēti Lucano qui apprime ſummo genere gnatus erat. ſed luxuria & neq̄-
tia pecuniā magnā cōſumpſerat. M. Varro in libris de lingua latina. Vt ex nō
& uolo inq̄t. nolo fit: ſic ex ne & q̄cquā media ſyllaba extrita cōponit̃ nequā. P. Nolo. Nequam
Africanus pro ſe contra Tib. Aſelliū de mulcta ad populū. Omnia mala ꝓbra
flagitia quæ homĩes faciūt: in duabus rebus ſunt malitia atq; neq̄tia: utrū defē-
dis? malitiā an neq̄tiā? an utrūq; ſimul? Si neq̄tiā defēder̃ uis licet. Sed tu ĩ uno
ſcorto maiorē pecuniā abſumpſiſti: q̄ quāti omne ĩſtrumētū fūdi Sabini icē-
ſum dedicauiſti. Si hoc ita ē: q ſpōdet mille nūmū? Sed tu plus tertia parte pe
cuniæ paternæ perdidiſti: atq; abſumpſiſti in flagitiis. Si hoc ita eſt: q ſpōdet
mille nūmū? nō uis neq̄tiā? Age malitiā ſaltē defendas. ſed tu uerbis cōceptis
cōiuraſti ſciens: ſciente animo tuo. Si hoc ita eſt: q ſpondet mille nūmum?

¶ De tunicis χειριδώτοις: ideſt manicatis ꝗ earū uſum. P. Africanus Sul. Gal-
lo obiecit. ¶ Cap. XII.

TVnicis uti uirū ꝓlixis ultra brachia. & uſq; ĩ primores manus: ac ꝓ
pe ĩ digitos romæ: atq; omni in latio ĩdecorū fuit. Eas tunicas græ- Tunicæ
co uocabulo noſtri χειριδώτους. i. māicatas appellauerūt. Fœminiſ-
q; ſolis ueſtē lōge lateq; diffuſā in decorē exiſtimauerūt: ad ulnas
cruraq; aduerſus oculos ꝓtegenda. Viri autē Ro. primo q̄dē ſine tunicis: toga Toga
ſola amicti fuerūt: poſtea ſubſtrictas: & breuis tunicas citra humerū deſinētes
habebāt: quod genus græci dicunt ἐξωμίδας. ideſt ſubſtrictas ſine manicis tuni
cas. Hac antiq̄tate inductus. P. Africanus Pauli filius: uir oĩbus bonis artibus
atq; omni uirtute p̄ditus. P. Gallo hoī delicato ĩter pleraq; alia q̄ obiectabat id
quoq; ꝓbro dedit. ꝗ tūicis uteret̃ manus totas opiētibus: uerba ſunt hæc Sci-
piōis. Nā q̄ quotidie ūguētatus aduerſus ſpeculū ornet̃: cuiꝰ ſupcilia radunt̃
q barba uulſa: fœībuſq; ſubuulſis ābulet: q ĩ cōuiuiis adoleſcētulus cū amato Tunica
re. cū cheridota tūica ĩferior accubuerit: q nō mō uinoſus ſed uiroſus quoq; cheridota
ſit. eū ne q̄ſq̄ dubitet: quin idē fecerit: qđ cinædi facere ſolēt. Virgilius quoq;
tunicas huiuſcemodi quaſi fœmineas ac probroſas criminatur. Et tunicæ ma
nicas: & hn̄t ridimicula mitræ. Q. quoque Ennius carthaginenſium tunica-
tam iuuentutē non uidetur ſine probro dixiſſe.

¶ Quem claſſicum dicat. M. Cato: quem infra claſſem. Cap. XIII.

CLaſſici dicebant̃ nō oēs: q in claſſibus erāt: ſed primæ tantū claſſis
hoīes: q. c. &. xxv. milia æris āpliuſue cenſi erāt. Infra claſſē aūt ap Claſſicus
pellabant̃: ſecundæ claſſis: cæterarūque oīum claſſiū: qui minore
ſumma æris: quā ſupra dixi: cēſebant̃. Hoc eo ſtricti notaui: qm̄ ĩ
. M. Catonis orōne: q̄ uoconiā legē ſuaſit: q̄ri ſolet: q̄d claſſicus q̄d ĩfra claſſē. Infra Claſſem

¶ De tribus dicendi generibus: ac de tribus philoſophis: qui ab atheniēſibus
ad ſenatum Romam legati miſſi ſunt. ¶ Cap. XIIII.

ET in carmine: & in ſoluta oratione genera dicēdi probabilia ſunt Tria dicendi genera.
tria: q̄ græci χαρακτῆρας formas uocant: nomĩaq; eis fecerunt appo
ni ἁδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον. Noſq; quē primū poſuimus uberē uocamus:
ſecundum gracilem: tertium mediocrē. Vberi dignitas: atq; am-

plitudo eſt. Gracili uenuſtas & ſubtilitas. Medius in cōfinio eſt utriuſq; modi particeps. His ſingulis oratiōis uirtutibus uitia agnata ſunt: pari numero quæ earum modum & habitum ſimulacris falſis ementiunť: ſic plerumq; ſufflati: atq; tumidi fallūt ꝓ uberibus: ſqualētes & ieiuni dicti pro gracilibus incerti & ambigui ꝓ mediocribus. Vera aūt & propria huiuſcemodi formarū exempla in latina lingua. M. Varro eē dicit: ubertatis Pacuuiū: gracilitatis Luciliū: mediocritatis Terentiū. Sed ea ipſa genera dicendi iam antiquitus tradita ab Homero ſunt tria tribus. Magnificū in Vlyxe: & uber eſt: ſubtile in Menelao: & cohibitum mixtū moderatūq; in Neſtore. Aiaduerſa eadē tripartita uarietas eſt in tribus philoſophis: quos athenienſes romā ad ſenatum populūq; Ro. legauerunt/impetratū uti mulctam remitterent: quam fecerant pp oropi uaſtationem ea mulcta fuerat talentū fere quīgentū/erāt iſti philoſophi. Carneades ex academia Diogenes ſtoicus. Critolaus peripateticus: & in ſenatū quidē introducti īterprete uſi ſunt Cæcilio ſenatore: ſed ante ipſi ſeorſum quoq; quiſq; oſtentādi grā magno cōuentu hoīum diſertauerūt: tū admiratiōi fuiſſe aiūt Rutilius & Polybius philoſophorū trium ſuis cuiuſq; generis facundiā. Violenta inquiūt: & rapida Carneades dicebat. Scita & teretia Critolaus. Modeſta Diogenes & ſobria: unumquodq; aūt genus: ut diximus quū caſte pudiceq; ornatur: fit illuſtrius quum fucatur: atq; prælinitur/fit præſtigioſum.

Carneads
Dioge-
nes

Critolaus

¶ Quia ſeuere moribus maiorum in fures uindicatū ſit. & quid ſcripſit Mutius Scæuola ſuper eo: quod ſeruatū datū: cōmodatūue eſſet. Cap. XV

LAbeo in libro de. xii. tabulis ſecūdo acria: & ſeuera iudicia de furtis habita eſſe apud ueteres ſcripſit. Idq; Brutū ſolitū dicere: furti dānatum eſſe: qui iumentum aliorſum duxerat: q̄ quo utendum acceperat. Item qui longius produxerat: q̄ quem in locū petierat. Itaq;. Q. Scæuola in librorum quos de iure ciuili compoſuit. xvi. uerba hæc. Quod cui ſeruandum datum eſt: ſi id uſus eſt. ſiue quod utendum acceperit: ad aliam rem: atq; acceperat: uſus eſt forti ſe obligauit.

Furtum

¶ Locus exſcriptus e ſatyra. M. Varronis: quæ περὶ ἐδεσμάτων. ideſt de eduliis īſcripta eſt/de peregrinis ſcilicet ciboꝝ generibus: & appoſiti uerſus Euripidis quibus delicatoꝝ hominū luxuriantem gulam confutauit. Cap. XVI.

VArro in ſatyra/quam περὶ ἐδεσμάτων. ideſt de eduliis: cibis peregrinis & lauticiis inſcripſit: lepidæ admodum & ſcite factis uerſibus cœnarum ciborumque exquiſitas delitias comprendi: Nam pleraque id genus: quæ helluones iſti terra: & mari conquirunt expoſuit: incluſitq; in numeros ſenarios & ipſos quidem uerſus: cui ociū erit: in libro quo dixi: poſitos legat. Genera autem nominaq; edulium. & domicilia ciborū oībus aliis præſtātia: quæ profunda ingluuies ueſtigauit. q̄ Varro obprobrans executus eſt. hæc ſunt ferme q̄tum nobis memoriæ. Pauus e ſamo. Phrygia attagena. Grues mellicæ. Hedus ex ambratia. Pelamis chalcedonia. Murena tarſeſia Aſelli peſſimuntii. Oſtrea tarenti. Pectunculus chius. Helops Rhodius. Scari cilices. Nuces thaſiæ. Palma ægyptia. Glans iberica. Hanc autem

Diuerſi cibi ad regales et pōtificias mēſas edulia

peragrantis

peragrantis gulæ: & ſuccos inſuetos inquirentis induſtriam: atque has undiq; uorſum indagines cupediarum maiore deteſtatione dignas cenſebimus: ſi uerſus Euripidi recordemur: quibus utebatur ſæpiſſime Chryſippus philoſophus: tanquam edēdi irritatiões quaſdā reptas eē: nō per uſum uitæ neceſſariū. ſed ꝑ luxū animi: parata atq; facilia faſtidiētis ꝑ īprobā ſatietatis laſciuiam uerſus Euripidi adſcribēdos putaui ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι πλὴν δυεῖν μόνον δημήτερος ἀκτῆς. πώματος, ὑδροχόου ἅπαρεσι καὶ πέφυχ' ἡμᾶς τρέφειν ὧν οὐκ ἀποδεῖ πλησμονὴ. τρυφὴ δέ τοι ἀμῶν ἐδεσμάτων θηράματα. Nam quid mortalibus ſit uſu: p̄ter duo illa mō: Cæreris munus: & aquæ poculū? quæ adſunt: ac nos queūt alere. quoꝝ ſaties nunq̄ eſt. luxus aūt ſunt cæteraꝝ epulaꝝ idagies.

¶ Sermo habitus cū grāmatico inſolētiaꝝ & īperitiaꝝ pleno: de ſignificatiōe uocabuli: qd' eſt obnoxius: deq; eius uocis origine. Caput XVII

Obnoxiꝰ

PErcontabar Romæ quēpiam grāmaticum primæ in docendo celebritatis: nō hercle experiēdi: uel tentādi gratia: ſed diſcendi magis ſtudio & cupidine: quid ſignificaret obnoxius: quæq; eius uocabuli origo & rō eſſet. Atq; ille aſpicit me: illudēs leuitatē quæſtionis: paruā atq; obſcurā inquit ſane rem quæris: multaq; prorſus uigilia indagandam. Quis adeo tam linguæ latinæ ignarus eſt: qui neſciat eum dici obnoxiū cui quid ab eo: cui eſſe obnoxius dicit̄: incōmodari & noceri poteſt: ei ue qui habeat aliquem noxæ: ideſt culpæ ſuæ cōſcium? Quin potius inquit hæc mittis nugalia & affers ea: quæ digna quæri tractariq; ſint. Tum uero ego permotus agendum iam oblique: ut cum homine ſtulto exiſtimaui. & cætera inquā uir doctiſſime: grauiora: remotioraq; ſi diſcere & ſcire debuero: quando mihi uſus uenerit: tum quæram ex te: atq; diſcam. Sed enim quia dixi ſæpe obnoxius: & quid dicerem: neſciui didici ex te. & ſcire nunc cœpi: quod non ego omnium ſolus: ut tibi ſum uiſus: ignoraui. ſed ut res eſt Plautus quoq; linguæ: atque elegantiæ in uerbis latinæ princeps: quid eēt obnoxius: neſciuit. uerſus. n. eſt in ſtico illius ſcriptus. Nunc ego hercle perii plane: nō obnoxie. Quod minime cōgruit: cum iſta: quam me docuiſti: ſignificatione. cōpoſuit enim Plautus tanq̄ duo inter ſe cōtraria: plane & obnoxie. qd' a tua ſignificatione: longe abeſt. At ille grāmaticus ſatis ridicule: quaſi obnoxius: & obnoxie: non declinatione ſola: ſed re: atq; ſententia differrent. ego inquit dixi quid eſſet obnoxius: non quid obnoxie. At tunc ego admiratus inſolentis hominis inſcitiam: mittamus inquit: ſicuti uis: ꝗ Plautus obnoxie dixit. ſed ſi id nimis eſſe remotum putas: atq; illud quoq; prætermittamus: quod Saluſtius in Catilina ſcribit. Minari ēt ferro/ni ſibi obnoxia foret. Et qd' uidet̄ uobis ꝑuulgatius eē: id me doce. uerſus. n. Virgilii ſunt notiſſimi. Nā neq; tunc aſtris acies obtuſa uideri:
Nec fratris radiis/obnoxia ſurgere luna.

Quod tu ais/culpæ ſuæ conſcium. alio quoq; loco Virgilius uerbo iſto utitur/ a tua ſententia diuerſe/in his uerſibus. Iuuat arua uidere
Non raſtris hominum/non ulli obnoxia curæ.
Cura enim prodeſſe aruis ſolet/non nocere, quod tu de obnoxio dixiſti.

Iam uero illud etiam.Q.Ennii quo pacto congruere tecum poteſt? quod ſcribit in phœnice in his uerſibus.

Sed uirum uera uirtute uiuere animatum adiecit fortiter.
Eumq; innoxium uocare.aduerſus aduerſarios:
Ea libertas eſt.qui pectus purum.& firmum geſtitat.
Aliæ res obnoxiæ nocte in obſcura latent.

At ille oſcitans.& hallucinanti ſimilis. nunc inquit mihi opere non eſt. quum ociũ erit.reuiſes ad me.atq; diſces.quid in uerbo iſto Virgilius & Saluſtius.& Plautus & Ennius ſenſerit.Et nebulo quidẽ ille. ubi hoc dixit. digreſſus eſt.Si quis autẽ uolet non originẽ ſolam uerbi iſtius.ſed ſignificationẽ quoq; eius uarietatẽq; recẽſere.ut hoc etiã Plautinũ ſpectet.adſcripſi uerſus ex aſinaria.

Maximas optimas.& gaudio effertiſſimas.
Suis heris ille mecum una pariet.gnatoq; & patri.
Adeo ut ætate ambo.ambobus nobis ſint obnoxii.
Noſtro deuicti beneficio.

Qua uero ille grammaticus finitione uſus eſt. ea uidetur in uerbo tam multiplici.unam tantũmodo uſurpationẽ eius notaſſe:quæ quidem congruit cum ſignificatu:quo Cæcilius uſus eſt in Chryſio in his uerſibus.

Quanq̃ ego mercede hic conductus tua aduenio.
Ne tibi me eſſe ob eam rem obnoxium reare.
Audibis male:ſi male dicis mihi.

¶ De obſeruata:cuſtoditaq; apud Romanos iuſiurandi ſanctimonia: atque inibi de decem captiuis:quos Annibal Romam deiurio ab iis accepto legauit.

¶Cap. XVIII.

IVſiurandum apud romanos inuiolate:ſancteq; habitum: ſeruatũq; eſt:id & moribus: legibuſq; multis oſtendit᷑/& hoc quod dicemus ei rei non tenue argumentum eſſe poteſt.prœlio canenſi Annnibal carthaginenſium imperator: ex captiuis noſtris electos decem romam:miſit:mandauit eis:pactuſq; eſt.ut ſi po.ro.uideret᷑:permutatio fieret captiuoꝝ:& pro iis quos alteri pluris acciperẽt:darẽt argenti pondo libram ſcilicet & ſelibrã:hos priuſq̃ ꝓficiſcerent᷑:iureiurãdo adegit redituros eos eſſe in caſtra punica: ſi romani captiuos non permutarẽt:ueniunt romam decem captiui:mandatum pœni imperatoris in ſenatu exponunt permutatio ſenatui non placita: parentes:cognati:affineſq; captiuorum amplexi eos:poſtliminio in patriam rediſſe dicebant ſtatumq; eorum integrum: incolumemq; eſſe:ac ne ad hoſtes redire uolent:orabãt. Tunc octo ex iis poſtliminiũ iuſtum non eẽ ſibi rñderunt:quoniam deiurio uicti forent:ſtatimq; uti iurati erant ad Annibalẽ profecti ſunt:duo reliqui romæ manſerũt ſolutoſq; eſſe ſeſe:ac liberatos religiõe dicebant:qm̃ quum egreſſi caſtra hoſtiũ fuiſſent cõmentitio cõſilio regreſſi codẽ:tãq̃ ſi ob aliquã fortuitã cãm iſſentq; atq; ita iureiurãdo ſatiſfacto:rurſũ iniurati abiſſent Hæc eoꝝ fraudulẽta calliditas tã eẽ turpis æſtimata ẽ;ut cõtẽpti uulgo diſcerptiq; ſint;cẽſoreſq; eos poſtea oĩum notaꝝ & dãnis

& ignominiis affecerũt: quoniã quod ſe facturos dictauerãt: nõ feciſſent. Cornelius autem nepos in libro exemplorum. v. id quoq; litteris mãdauit. multis in ſenatu placuiſſe: ut ii/qui redire nolent: datis cuſtodibus: ad annibalem deducerentur. Sed eam ſñiam numero plurium: quibus id non uideretur ſuperatam. eos tamẽ: qui ad Annibalem nõ rediſſent: uſq; adeo inteſtabiles inuiſoſq; fuiſſe ut tædium uitæ cæperint: necemq; ſibi cõſciuerint.

❡ Hiſtoria ex ãnalibꝰ de Tiberio Sẽpronio Gracccho ſũpta: pr̃e Gracchoꝝ tri. ple. atq; inibi tri. ple. decreta cũ ipſis uerbis relata. ❡ Cap. XIX

Hyſtoria de Tiberio Sempronio graccho

PVlchrũ atq; liberale: atq; magnanimũ factũ Tib. Sẽpronii Gracchi: in exẽplis repoſitum eſt. Id exẽplum huiuſcemodi eſt. L. Scipioni Aſiatico: Scipionis Africani ſupioris fratri cui. C. Minutius Augurinus: tri. ple. mulctã irrogauit: cũq; ob eam cãm prædes poſcebat. Scipio Africanus: fratris nomine: ad collegium tribunoꝝ prouocabat: petebatq; ut uirum conſularem: triumphalemq; a collegæ ui defenderẽt. octo tribuni: cognita cauſa: decreuerunt. eius decreti uerba: quæ poſui ex ãnalium monumẽtis exſcripta ſunt. Quod. P. Scipio Africanus poſtulauit pro. L. Scipione Aſiatico fratre. quum contra leges contraq; morem maioꝝ tri. ple. hominibus accitis per uim: inauſpicato ſñiam de eo tulerit: mulctãq; nullo exemplo irrogauerit: prædeſq; eum ob eam rem dare cogat: aut ſi non det: in uincula duci iubeat: ut eum a collegæ ui prohibeamus: & qꝫ cõtra/collega poſtulauit: ne ſibi intercedamus: quominus ſuapte poteſtate uti liceat. de ea re noſtrũ ſñia omniũ data eſt. ſi. L. Cornelius Scipio Aſiaticus/collegæ arbitratu prædes dabit. collegæ ne eum in uincula ducat: intercedemus: ſi eius arbitratu prædes nõ dabit: quominus collega ſua poteſtate uratur: nõ intercedemus. Poſt hoc decretũ quum augurinus tri. ple. L. Scipionem prædes nõ dantem prehendi: & in carcerem duci iuſſiſſet. tum Tiberius Sempronius Gracchus tri. ple. pater Tiberii: atq;. C. Gracchorum: quum. P. Scipioni Africano inimicus grauis: ob pleraſq; in rep. diſſenſiones eſſet. iurauit palã in amiciciã inq; gratiã ſe cum. P. africano nõ rediſſe: atq; ita decretũ ex tabula recitauit. eius decreti uerba hæc ſunt

Decretũ

Suapte

Quũ. L. Cornelius Scipio aſiaticus triũphans: hoſtiũ duces in carcerẽ cõiecta uerit: alienũ uidet̃ eſſe a dignitate reipu. in eũ locũ ĩpatorẽ po. Ro. duci: in quẽ locũ ab eo cõiecti ſunt duces hoſtiũ. itaq;. L. Corneliũ Scipionẽ Aſiaticũ a collegæ ui ꝓhibeo. Valerius aũt Antias cõtra hãc decretoꝝ memoriã: cõtraq; auctoritates ueteꝝ ãnaliũ poſt Africani mortẽ: ĩterceſſionẽ iſtã: pro Scipiõe aſiatico factã eſſe a Tiberio Graccho dixit: neq; mulctã irrogatã Scipioni: ſed dãnatum eum peculatus ob anthiochenam pecuniam: quia prædes non daret: in carcerẽ duci cœptum. atq; ita intercedẽte Graccho exemptum.

Valerius Antias

❡ Qđ Virgiliꝰ a nolanis: ob aquã ſibi nõ ꝑmiſſam ſuſtulit e uerſu ſuo: nola. & poſuit ora. atq; ibi de cõſonãtia lraꝝ iucũda. ❡ Cap. XX

SCriptum in quodam cõmentario repperi uerſus iſtos a Virgilio ita primũ eſſe recitatos: atq; editos.

Talem diues arat capua: & uicina ueſeuo

Verſos virgilii in Nolanos

Nola iugo. Poſtea Virgiliũ petiſſe a nolanis aquã: uti duceret ĩ ꝓpĩquũ rus: nolanos beneficiũ petitũ nõ feciſſe: poetã offenſum nomẽ urbis eoꝝ quaſi ex hominũ memoria: ſic ex carmĩe ſuo deraſiſſe. oraq; ꝓ nola mutaſſe: atq; ita reliquiſſe. Et uicina ueſeuo ora iugo: ea res uera ne: an falſa ſit. nõ laboro: qn tñ melius ſuauiuſq; ad auris ſit: q̃ nola ora dubiũ id nõ eſt. nã uocalis in priore uerſu extrema eadẽq; in ſequẽti pría/canoro ſimul/atq; iocũdo hiatu tractim ſonat. eſt adeo inuenire apud nobiles poetas huiuſcemodi ſuauitate multa: q̃ appareat nouata eſſe: nõ fortuita ſed p̃ter cæteros oĩs apud Homeꝝ plurima/uno quippe in loco tales tanquã hiatus & ſonitus in aſſiduis uocibus pluribus facit.

ἠ δ᾽ ἑτέρη θέρει προρέει εἰκυῖα χαλάζῃ
ἢ χιόνι ψυχρῇ ἐξ ὕδατος κρυστάλλῳ. ideſt

Versus Homeri

Grandinis eſt ſimilis: ruit æſtate altera: uel iam
Prægelidis niuibus: aut glaciei humore coactæ. Atq; item alio loco

λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον.

Surſum ille ad tumulum propellere ſaxum. Catullus quoq; elegãtiſſimus poetarum in hiſce uerſibus.

Versus Catulli

Miniſter uetuli puer falerni | Ingere mi calices amariores
Vt lex poſthumiæ iubet magiſtræ | Ebrioſa acinæ ebrioſioris.

Acinum neutri generis

Quum ebrioſi dicere poſſet/& quod erat uſitatius/acinum in neutro genere appellare: amans tamen hiatus illius homerici ſuauitatem ebrioſam dixit: propter conſequentis litteræ concentũ: qui ebrios autem Catullum dixiſſe putãt: aut ebrioſos (nam id quoq; temere ſcriptum inuenit᷑) in libros ſcilicet de corruptis exemplaribus factos inciderunt.

¶ Quoad uiuet: & quoad moriet᷑/cur idipſum temporis ſignificent: quum ex duobus ſint facta contrariis. Cap. XXI.

QVoad uiuet. quum dicit᷑. itẽ quoad moriet᷑: uidetur quidẽ duæ res dici cõtrariæ. ſed idẽ: atq; unum tempus utraq; uerba demõſtrãt. Itẽ quũ dicit᷑ quoad ſenatus habebit᷑: & quoad ſenatus dimittet᷑: tametſi hrĩ: atq; dimitti cõtraria ſint unũ atq; idipſum tamẽ utroq; in uerbo oñdit᷑: tempora enim duo quum inter ſe oppoſita ſunt: atq; ita cohærentia: ut alterius finis: cum alterius initio miſceat᷑: nõ refert utrum per extremitatem prioris: an per initium ſequẽtis: locus ipſe confinis demonſtret᷑.

De potestate censorea

¶ Q̃d cẽſores equũ adimere ſoliti ſint eqtibus corpulẽtis: & p̃pinguibus: q̃ſitũq; utrũ ea res cũ ignominia: an ĩcolumi dignitate eqtũ facta ſit. Cap. XXII.

censores

NImis pingui homini & corpulẽto cẽſores equũ adimere ſolitos ſcilicet minus idoneũ ratos eſſe: cum tanti corporis pondere ad faciẽdum equitis munus. non enim pœna id fuit: ut quidam exiſtimant: ſed munus ſine ignominia remittebatur: Tamen Cato in oratione: quã de ſacrificio cõmiſſo ſcripſit: obicit hanc rem criminoſius: uti magis uideri poſſit cum ignominia fuiſſe: quod ſi ita accipias: id ꝑfecto exiſtimandum eſt: non omnino inculpatum/neq; in deſidem uiſum eſſe: cuius corpus in tam immodicum modum luxuriaſſet: exuberaſſetq;.

A. Gellii

¶ A.Gellii Noctium atticarum liber Octauus hac ætate non reperitur. Sed ex uetuſtiſſimo exemplari hæc capita excerpta ſunt.

¶ Heſterna noctu recte an cũ uitio dicat᷑: & quænã ſuper iſtis uerbis grãma tica traditio ſit. Itẽq; ꝙ decẽuiri in.xii.tabulis nox ꝓ noctu dixerũt. Cap .I.
¶ Q uæ mihi.x.uerba dederit Fauorinus quæ uſurpent᷑ quidẽ a græcis: ſed ſunt adulteria & barbara/quæ item ad me totidem accepit: q̃ ex medio cõiq; uſu latine loquẽtiũ minĩe latina ſunt: neq; in ueteꝝ libris repiãt᷑. Cap.II
¶ Q uem in modum & quam ſeuere increpuerit audientibus nobis peregri nus philoſophus adoleſcẽtem Romanum ex equeſtri familia ſtantem ſegnẽ apud ſe & aſſidue oſcitantem. Cap. III.
¶ Q uod herodotus ſcriptor hiſtoriæ memoratiſſimus paꝝ uere dixerit unã ſolãq; pinũ arboꝝ oĩum cauſam. nunq̃ denuo ex hiſdem radicibus pullulare: & ꝙ itẽ de aq̃ pluuiali & niue rẽ nõ ſatis exploratã ꝓ cõpertã poſuerit. Ca.IIII
¶ Q uid illud ſit quod Virgilius Cælũ ſtare puluere/& ꝙ Lucillius pectus ſentibus ſtare dixit. Cap. V.
Q uum poſt offenſiunculas in gratiam redeatur: expoſtolatiões fieri mutuas minime utile eſſe: ſuperq; ea re & ſermo Tauri expoſitus/& uerba Theophra ſti libro ſumpta. & ꝙ.M. Cicero de amore amiciciæ ſenſerit cum ipſius uer bis aditum. Cap. VI
¶ Ex Ariſtotelis libro: qui ĩſcriptus eſt: cognita accepta q; de natura memoriæ & habitu/atq; inibi de alia quædam exuberantia aut interitu eius lecta audita. Cap. VII.
¶ Q uid mihi uſu uenerit interpretari & quaſi affingere uolenti iocos quoſ dam platonicos latina oratione. Cap. VIII.
¶ Q d᷑ Theophraſtus philoſophus oĩum ſuæ ætatis doctiſſimus uerba pau ca ad populũ athenienſem facturus: deturbata uerecũdia obticuerit. qd᷑q; idẽ hoc demoſtheni apud Philippũ regẽ uerba facienti euenerit. Cap. IX.
¶ Q ualis mihi fuerit in oppido eleuſino diſceptatio cum grãmatico quodã præſtigioſo tempora uerborum & puerilia meditamẽta ignorãte. Remotarũ autem quæſtionum nebulas: & formidines capiendas imperatorum animis oſtentare feſtine tibi reſpõderit Xãtippe uxori Socrates petẽti ut per Diony ſia largitione ſumptum cœnitaret. Cap. X.
¶ Q uid ſignificet in ueterum libris ſcriptum pleriq; omnes/& ꝙ ea uerba accepta a græcis uidentur. Cap. XI.
Q upſones ꝙ hoĩes afri dicũt nõ eſſe uerbũ pœnicũ: ſed græcũ. Cap. XII.
¶ Lepidiſſima Altercatio fauorini philoſophi aduerſus quendã intempeſti uum de ambiguitate uerborum diſſerentẽ: atq; inibi uerba quædam ex Neuio poeta: & Cneo. Gallo non uſitate collocata: atq; ibidem a.P.Nigidio origines uocabulorum exploratæ. Cap. XIII.
¶ Q uibus modis ignominatus: tractatuſq; ſit a.C.Cæſare Laberius poeta: at q; inibi appoſiti uerſus ſuper eadem re eiuſdem Laberii. Cap. XIIII.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII.
LIBER NONVS.

❡ Q uãobrẽ. Q. Claudius quadrigarius in undeuigeſimo annali ſcripſerit rectioreſq; certioreſq; ictus fieri ſi ſurſũ quid mittas q̄ ſi deorſum. ❡Cap. I.

Q. Claudius in undeuiceſimo annali: quum oppidum a Metello procõſule oppugnari: contra ab oppidanis deſup e muris ꝓpugnari deſcriberet; ita ſcripſit. Sagittarius cũ funditore utrinq; ſummo ſtudio: ſpgunt fortiſſime: ſed ſagittã atq; lapidẽ dehorſũ an ſurſum mittas hoc itereſt. Nã neutꝝ põt deorſũ uerſũ recte mitti; ſed ſurſũ utrũq; optie q̄re milites Metelli ſauciabant̃ multo minus: & qđ maxie opus erat: a pinnis hoſtes defendebãt facillime. Percõtabar ego Antonium Iulianũ rhetorẽ: cur hoc ita uſu ueniret qđ q̄drigarius dixiſſet: ut cõtigui magis directioreſq; ictus fiãt: ſi uel lapidẽ: uel ſagittã ſurſũ uerſus iacias q̄ deorſũ: Q uũ pcliuior: faciliorq; iactus ſit ex ſupnis in ĩfima: q̄ ex ĩfimis ĩ ſupna: Tũ Iulianus cõprobato gñe q̄ſtionis qđ de ſagitta inqt: & lapide dixit: hoc de oi fere miſſili telo dici põt. Facilior ãt iactus eſt (ſicuti dixiſti) ſi deſuper iacias: ſi qd iacere tãtũ uelis: non ferire: ſed quũ modus: & ĩpetus iactus tẽperãdus dirigẽduſq; eſt: tũ ſi in ꝓna iacias / moderatio: atq; ratio mittẽtis: p̃cipitãtia ĩpa: & põdere cadẽtis teli corrũpit̃: at ſi ĩ editiora mittas: & ad pcutiẽdũ ſupnæ aliqd: manũ & oculos cõniueas: quo modus a te datus fuerit: eo telũ ibit: qđ ieceris: Ad hãc ferme ſniam Iuliãus ſup. Q. Claudii uerbis nobiſcũ ſermocinatus eſt: Q đ aũt ait idẽ. Q. Claudius a pĩnis hoſtes defẽdebãt facillime: aĩaduertẽdũ ẽ uſum eẽ eũ uerbo defendebãt non ex uulgari cõſuetudine: ſed ad modũ proprie & latine. nã defẽdere & offendere inter ſe aduerſa ſunt: quoꝝ alterꝝ ſignificat ἐμποδὼν ἔχειν. i. incurrere in aliquid: & incidere. Alterũ ἐκποδὼν ποιῆσαι. ideſt auertere: atq; depellere: quod hoc in loco. A. Q. Claudio dicitur.

❡ Q uibus uerbis notarit Herodes Atticus falſo quẽpiã cultu amictuque nomen habitũq; philoſophiæ mentitũ. ❡Cap. II.

A D Herodẽ Atticũ cõſularẽ uiꝝ: ingenioq; amœno / & græca facũdia celebrẽ: adiit nobis p̄ſẽtibus palliatus qſpiã: & crinitus: barbaq; ꝗppe ad pubẽ uſq; porrecta: ac petit æs ſibi dari εἰς ἄρτους. i. ad panes emẽdos ſcilicet tũ Herodes ĩterrogat qſnã eẽt: atq; ille uultu: ſonituq; uocis obiurgatorio phũm ſeſe eſſe dicit: mirari quoq; addit: cur quærẽdum putaſſet quod uideret. Video inquit Herodes barbã: & pallium: philoſophũ nondum uideo. Q uæſo autem te cum bona uenia dicas mihi: quibus nos uti poſſe argumẽtis exiſtimas: ut eſſe te philoſophũ noſcitemus: interibi aliquot ex iis: qui cum Herode erant: erraticum eſſe hominẽ dicere: & nullius rei, incolamq; eſſe ſordẽtiũ ganeaꝝ: ac niſi accipiat: qđ petit: cõuitio turpi ſolitũ inceſſere. Atq; ibi Herodes: demus inqt huic aliqd heris: cuiuſmodi eſt / tanq̄ hoies; non tanq̄ homini: &

mini:& iuſſit dari precium panis.xxx.dieꝝ.Tum nos aſpiciens:qui cum ſectabamur.Muſonius inquit circūſtanti cuipiam id genus & philoſophū ſe oſtentanti:dari iuſſit mille nūmum:& quum pleriqꝫ dicerent nebulonē eſſe hominē malū & malitioſum:& nulla re bona dignū:tum Muſoniū ſubridētem dixiſſe aiunt ἄξιος οὖν ἐστιν ἀργυρίου.i.dignus igitᷓ eſt argēto.ſed hoc potius inquit dolori mihi & ægritudini eſt:ꝙ iſtiuſmodi aīalia ſpurca atqꝫ probra nomen uſurpēt ſanctiſſimū:& philoſophi appellantᷓ.Maiores autē mei Atheniēſes noīa iuuenum fortiſſimoꝝ Harmodii & Ariſtogytōis:qui libertatis recuperādæ gr̄a Hipiam tyrannū interficere adorſi erant/ne unq̄ ſeruis indere liceret:decreto publico ſanxerunt:qm̄ neſas ducerent nomina libertati patriæ deuota ſeruili cōtagio pollui:cur ergo nos patimur nomen philoſophiæ illuſtriſſimū in hoībus deterrimis exordeſcereᷓ Simili autem inqt exēplo/ex cōtraria ſpecie:antiquos Romanoꝝ audio prænoīa patricioꝝ quorundam male de rep. meritoꝝ:& ob eam cauſam capite damnatoꝝ cenſuiſſe:ne cui eius gentis patritio inderentᷓ:ut uocabula quoqꝫ eorum defamata:atqꝫ demortua cum ipſis uiderētur.

¶ Ep̄l'a Philippi regis:Ad Ariſtotelē ph̄ūm:ſup Alexādro recēs nato. Cap.III.

PHilippus Amyntæ filius:terræ Macedoniæ rex:cuius uirtute induſtriaqꝫ Macedones locupletiſſimo imperio aucti gentiū nationūqꝫ multaꝝ potiri cœperāt:& cuius uim atqꝫ arma toti græciæ cauendā:metuēdamqꝫ inclyte ille Demoſthenis orationes cōcioneſqꝫ notificant.Is Philippus:quum omni ferme tempore negociis belli uictoriiſqꝫ affectus:exercituſqꝫ eſſet:a liberali tamē muſa:& a ſtudiis humanitatis nunq̄ abfuit:quin lepide comiterqꝫ pleraqꝫ & faceret:& diceret:ferunt adeo libri epiſtolaꝝ eius:mundiciæ:& uenuſtatis:& prudētiæ plenaꝝ:uelut ſunt illæ litteræ:quibus Ariſtoteli philoſopho natum eſſe ſibi Alexādrū nūciauit.Epiſtola quoniā curæ diligētiæqꝫ in liberorum diſciplinas hortamētū eſt exſcribēda uiſa eſt ad cōmonēdos parētū animos.Exponēda igitᷓ ē ad hanc ferme ſnīam Philippus Ariſtoteli Salutē dicit. Filium mihi genitū ſcito:quod equidē diis habeo gratiam:non perinde quia natus eſt:q̄ pro eo:ꝙ eum naſci contigit tēporibus uitæ tuæ.Spero enim fore:ut eductus:erudituſqꝫ abs te:dignus exiſtat & nobis:& rerum iſtarū ſucceſſione.Ipſius autē philippi uerba hæc ſunt. Philippi epiſtola

Φίλιππος ἀριστοτέλει χαίρειν. ἴσθι μοι γεγονότα υἱόν. πολὺν οὖν τοῖς θεοῖς χάριν ἔχω οὐχ οὕτως ἐπὶ τῇ γεννήσει τοῦ παιδὸς ὡς ἐπὶ τῷ κατὰ τὴν σὴν ἡλικίαν αὐτὸν γεγονέναι. ἐλπίζω γὰρ αὐτὸν ὑπὸ σοῦ τραφέντα καὶ παιδευθέντα ἄξιον ἔσεσθαι καὶ ἡμῶν καὶ τῆς τῶν πραγμάτων διαδοχῆς.

¶ De barbaroꝝ gentium prodigioſis miraculis:deqꝫ diris & exitioſis faſcinatiōibus atqꝫ inibi de fœminis repēte uerſis in mares. Cap. IIII.

QVum e Græcia in Italiam rediremus:& Brunduſium iremus:egreſſiqꝫ e naui in terram:in portu illo inclyto ſpatiaremur:quem Q.Ennius remotiore paulum:ſed admotum ſcito uocabulo præpetem appellauit:faſces libroꝝ uenalium expoſitos uidimus:atqꝫ ego ſtatim auide pgo ad libros:erāt autē iſti oēs libri græci miraculoꝝ fabula-

rumq; pleni.res inauditæ ĩcredulæ: ſcriptores ueteres non paruæ auctoritatis.
Ariſteas proconneſius & Iſigonus Nicæenſis & Cteſias: & Oneſicritus: & Po
lyſtephanus: & Hegeſias.ipſa aũt uolumina ex diutino ſitu ſquallebant: & ha
bitu aſpectuq; tetro erãt acceſſi tamen ꝑcontatuſq; preciũ ſum: & adductus
mira atq; inſperata utilitate: libros plurimos ære pauco emo: eoſq; omnis dua
bus ꝓximis noctibus curſim tranſeo: atq; in legendo carpſi exinde quædã: &
notaui mirabilia: & ſcriptoribus fere noſtris i ntentata: eaq; his commentariis
aſperſi: ut qui eos lectitabit: is ne rudis omnino & ἀνήκοος: ideſt qui non audie
rit: in iſtiuſmodi reꝝ auditiõibus repiatur: erãt igit̃ in illis libris ſcripta huiuſ
cemodi.Scythas illos penitiſſimos: ꝗ ſub ipſis ſeptẽtrionibus ætatẽ agũt cor
poribꝰ hoĩum ueſci: eiuſq; uictus alimẽto uitã ducere: & ἀνθρωποφάγους.i. car
ne humana ueſcẽtes noĩari.Itẽ eẽ hoĩes ſub eadẽ regione cæli unũ oculũ habẽ
tes in frõtis medio: ꝗ appellant̃ Arimaſpi qua facie fuiſſe κύκλωπας.ideſt cyclo
pas hoc eſt unoculos poetæ ferũt.Alios itẽ eſſe hoĩes apud eandẽ cæli plagam
ſingularis uelocitatis: ueſtigia pedũ habẽtes retro porrecta: nõ ut cæteroꝝ ho
minum ꝓſpectãtia. ꝑterea traditũ eẽ memoratũq;: ĩ ultima quadã terra: ꝗ alba
nia dicit̃ gigni hoĩes: ꝗ in pueritia caneſcũt: & plus cernãt oculis ꝑ noctẽ q̄ ĩter
diẽ.Itẽ eſſe cõpertũ & creditũ ſauromatas: ꝗ ultra boryſthenẽ fluuiũ lõge co
lũt: cibũ capere ſemꝑ diebus tertiis medio abſtinere.Id etiã in iiſdẽ libris ſcrip
tũ oſtẽdimus quod poſtea quoq; in libro Plinii ſecũdi naturalis hiſtoriæ ſepti
mo legi: eſſe quaſdã ĩ terra africa familias hoĩum uoce: atq; lĩgua affaſcinãtiũ:
ꝗ ſi ĩpẽſius forte laudauerit pulchras arbores: ſegetes lætiores: ĩfantes amœni
ores: egregios equos: pecudes paſtu: atq; cultu opimas emoriant̃ repẽte hæc
oĩa: nulli alii cauſæ obnoxia: oculis quoq; exitialẽ faſcinationẽ fieri/in iis libris
ſcriptũ eſt traditũq; eſſe in Illiriis: ꝗ interimãt uidẽdo: quos diutius irati uide
rint eoſq; ipſos mares fœminaſq;: ꝗ uiſu tã nocẽti ſunt pupillas in ſingulis ocu
lis binas habere. Itẽ eẽ ĩ mõtibus terræ ĩdiæ homines caninis capitibus & latrã
tibus: eoſq; ueſci auiũ & feraꝝ uenatibus.Atq; itẽ eſſe alia apud ultimas orien
Monomeri tis terras miracula. Hoĩes ꝗ Monomeri appellant̃: ſingulis cruribus ſaltuatim
currentes: uiuaciſſimæ pernicitatis.Q uoſdã etiã eſſe nullis ceruicibus: oculos
in humeris habẽtes.Iam uero hoc egredit̃ oẽm modũ admirationis: ꝙ iidem
illi ſcriptores gentẽ eſſe aiũt: apud extrema ĩdiæ corporibus hirtis & auiũ ritu
plumãtibus: nullo cibatu ueſcentẽ: ſed ſpiritu floꝝ naribus hauſto uictitãtem
Pigmei Pygmeos quoq; haud lõge ab iis naſci: quoꝝ ꝗ lõgiſſimi ſunt: non longiores
eſſe q̄ pedes duos: & quadrantẽ. Hæc atq; alia iſtiuſmodi legimus.Sed quum
ea ſcriberemus tenuit nos idoneæ ſcripturæ tedium: nihil ad ornãdum iuuan
dumq; uſum uitæ pertinẽtis. Libitũ tamen eſt in loco hoc miraculorũ notare
Plinius ſecundus id etiã quod Plynius ſecundus uir in tẽporibus: ætatis ſuæ ingenii dignitatiſq;
gratia: auctoritate magna præditus: nõ audiſſe.neq; legiſſe: ſed ſcire ſeſe atq;
uidiſſe in libro naturalis hiſtoriæ.vii.ſcripſit: uerba igitur hæc: quæ infra po
ſui ipſius ſunt: ex eo libro ſumpta: quæ profecto faciunt: ut neq; reſpuẽda: ne
que ridenda ſit notiſſima illa de Cæneide & Ceneo cãtilena.Ex fœminis inquit

mutari in

Voluptatis finis meretricis decretum eſt, Hermophrodita

mutari in mares nõ eſt fabuloſum. Inuenimus in annalibus. Q. Licinio Craſſo C. Caſſio longino con. C. Aſinii puerũ factũ ex uirgine: ſub parentibus: iuſſuq; aruſpicũ deportatũ in inſulã deſertã. Licinius Mutianus prodidit uiſum eſſe a ſe argis Areſcontẽ: cui nomẽ Areſcuſæ fuiſſet: nupſiſſe etiam. mox barbã & uirilitatem ꝓueniſſe: uxorẽq; duxiſſe. Eiuſdem ſortis & ſmyrnæ puerũ a ſe uiſũ. ipſe in Africa uidi mutatũ in marẽ die nuptiarum. L. Coſitium ciuem tyſdritanum: uiuebatq; cum proderem hæc. Idem Plinius in eodem libro ſcripſit hæc. Gignuntur homines utriuſq; ſexus: quos hermaphroditos uocamus: olim androgynos uocatos: & in prodigiis habitos: nunc uero in delitiis. Hermaphroditi ſeu Androgyni.

¶ Diuerſæ nobiliũ philoſophoꝝ ſentẽtiæ de genere ac natura uoluptatis. uerbaq; Hieroclis philoſophi: quibus decreta Epicuri iſectatus eſt. Cap. V

DE uoluptate ueteres philoſophi diuerſas ſnĩas tenuerunt: atq; dixerunt. Epicurus uoluptatem ſummũ bonum eſſe ponit: eã tñ ita definit: σαρκὸς ἐυςατὲς κατάςημα. i. corporis cõſtantẽ habitũ. Antiſthenes ſocraticus ſummũ malũ dicit. eius nãq; hoc uerbũ eſt. μανείην μᾶλλον ἢ ἡσθείην. i. inſanirem potius q̃ oblectarer. Speuſippus uetuſq; oĩs academia/uoluptatem: & dolorem: duo mala eſſe dicunt oppoſita inter ſeſe. bonum aũt eſſe: quod utriuſq; medium foret. Zeno cẽſuit uoluptatem eſſe indifferẽs: ideſt neutrum: neq; bonum: neq; malum. quod ipſe græco uocabulo ἀδιάφορον appellauit. Critolaus peripateticus & malum eſſe uoluptatem ait: & multa alia mala parere ex ſeſe iniurias: deſidias: obliuiões: ignauias. Plato ante hos oĩs ita uarie: multiformiterq; de uoluptate diſſeruit: ut cunctæ iſtæ ſentẽtiæ: quas ſupra poſui: uideant̃ ex ſermonum eius fontibus ꝓfluxiſſe. nã perinde unaquaq; utitur: ut & ipſius uoluptatis natura fert: quæ eſt multiplex: & cauſarum: quas tractat: rerũq;: quas efficere uult: ratio deſiderat. Taurus aũt noſter: quotiẽs facta mentio Epicuri eẽt: in ore: atq; in lingua habebat uerba hæc Hieroclis ſtoici uiri ſãcti & grauis. ἡδονῆς τέλος πόρνης δόγμα. ἀπέσω πορνεῖα οὐδὲν πόρνης δόγμα. ideſt uoluptatis finis meretricis decretum eſt. Tolle fornicationem: nullum meretricis erit decretum. Voluptas

¶ Verbum ab eo/quod eſt ago; frequentatiuum in prima ſyllaba: quonam ſit modo pronunciandum. Caput VI

AB eo/quod eſt ago/& egi/uerba ſunt/quæ appellant grãmatici frequentatiua/actito/& actitaui. hæc quoſdam non ſane indoctos uiros audio ita pronunciare. ut primã in his lr̃am corripiant: rõnẽq; dicãt/qm̃ in uerbo principali/quod eſt ago/prima littera breuiter pronunciatur. Cur igitur ab eo/quod edo/& ungo: in quibus uerbis prima littera breuiter dicitur eſito/& unctito/quæ ſunt eoꝝ frequentatiua: prima littera longa promimus? & contra dictito/ab eo uerbo quod eſt dico correpte dicimus? nũ ergo potius actito: & actitaui producenda ſunt: quoniã frequentatiua ferme omnia eodem modo in prima ſyllaba dicunt̃: quo participia præteriti tẽporis/ex iis uerbis: unde ea profecta ſunt in eadem ſyllaba pronunciant̃. ſicut lego/lectus/lectito facit/ungo/unctus/unctito. ſcribo ſcriptus ſcriptito: mo- Frequẽtatiua actio.

Perdunt enim gratiam pleraque: si quasi inuita & recusantia uiolentius transferantur

neo monitus monito:pendeo penſus penſito:edo eſus eſito.dico autem dictus dictito facit.gero geſtus geſtito:ueho uectus uectito:rapio raptus raptito:capio captus captito:facio factus factito:ſic igitur actito producte in prima ſyllaba pronunciandum:quoniam ex eo fit:quod eſt ago:& actus.

¶ De conuerſione foliorum in arbore olea brumali:& ſolſtitiali die.deq; fidibus id temporis ictu alieno ſonantibus. Cap. VII.

Folia olearum

VUlgo & ſcriptū:& creditū eſt:folia olearū arborū brumali & ſolſtitiali die conuerti.& quæ pars eorum fuerat īferior atq; occultior eam ſupra fieri:atq; exponi ad oculos: & ad ſolē.quod nobis quoq; ſemel & iterum experiri uolētibus ita eſſe propemodum uiſum eſt.Sed de fidibus rarius dictu: & mirabilius eſt.quam rem & alii docti uiri.& Suetonius etiam Tranquillus in libro ludicræ hiſtoriæ primo:ſatis compertum eſſe:ſatiſq; ſuper ea re conſtare affirmat neruias in fidibus brumali die alias digitis pelli: alias ſonare.

neruias

¶ Neceſſariū eſt qui multa habeat:multis indigere.deq; ea re Phauorini philoſophi cum breuitate eleganti ſententia. Cap. VIII.

VErū eſt profecto:quod obſeruato rerum uſu ſapientes uiri dixere:multis egere:qui multa habeat.magnamq; indigentiam naſci: nō ex inopia magna:ſed ex magna copia.multa enī deſiderari ad multa quæ habeas tuenda.Quiſquis igitur multa habens cauere:atq; proſpicere uelit:nequid egeat:neue quid deſit.iactura opus eſſe:non quæſtu.& minus habendum eſſe:ut minus deſit.hanc ſententiam memini a Phauorino inter ingentis omniū clamores exornatā incluſamq; uerbis his pauciſſimis. τόν γὰρ μυρίων καὶ πεντακισχιλίων χλαμύδων δεόμενον οὐκέσι μὴ πλειόνων δεῖσθαι, ὅ ις γὰρ ἔχω προσδεόμενος ἀφελῶν ὧν ἔχω ἀρκοῦμαι οἷς ἔχω:ideſt.Enim uero qui decem milibus & quindecim milibus ueſtimentorum egeat.Is quominus plurium indigeat fieri non poteſt.quum enim plus q̄ habeam egeo:detrahens ex iis:quæ habeo in iis quæ habeo:acquieſco.

¶ Quis modus ſit uerba uertēdi ī græcas ſentētias.deq; iis Homeri uerſibus:quos Virgilius uertiſſe:aut bene apteq;: aut īproſpere exiſtimatus eſt.Ca.IX.

QVando ex poematibus græcis uertendæ mutandæq; ſunt inſignes ſententiæ: non ſemper aiunt enitendum: ut omnia oīno uerba in eum/in quem dicta ſunt modum: uertamus.perdunt enī gratiam pleraq;:ſi quaſi inuita & recuſantia uiolentius transferantur:Scite igitur & conſiderate Virgilius:quū aut Homeri:aut Heſiodi: aut Apollonii:aut Parthenii:aut Callimachi:aut Theocriti:aut quorūdam aliorū locos effingeret:partem reliquit:alia expreſſit:ſicut nuperrime apud mēſam: quum legerentur utraq; ſimul bucolica Theocriti:& Virgilii:animaduertimus reliquiſſe Virgiliū:quod græcū quidē mire q̄ ſuaue eſt.uerti aūt neq; debuit neq; potuit.ſed enī q̄ ſubſtituit ꝓ eo qđ omiſerat:nō abeſt.quū iucūdius lepidiuſq; ſit.

βάλλει καὶ μάλλοισι τὸν αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα.

τὰς αἶγας παρελῶντα καὶ ἁδύ τι ποππυλιάσδει.

Appetitur

Appetitur malis capratius aclearistæ
Propellens capras: & ſuaue quid occinit illa.
Malo me galathea petit laſciua puella:
Et fugit ad ſalices: & ſe cupit ante uideri.

Illud quoq; alio in loco animaduertimus caute omiſſum: quod eſt i græco uerſu dulciſſimum.

τίτυρ᾽ ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε βόσκε τὰς αἶγας.
καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε τίτυρε καὶ τὸν ἐνόρχαν,
τὸν λιβυκὸν γνάκωνα φυλάσεο μή τι κορύξη.

Paſce adamate mihi pulchre heus tityre capras.
Et potum ad fontis age tityre: ſed coleatum
Hunc afrum: ruffumq; caue: ne cornua uibret.

Quo eni pacto diceret: τὸ καλὸν πεφιλαμένα: ideſt pulchre adamate. uerba hercle non tranſlatitia: ſed cuiuſdam naturæ dulcedinis. hoc igitur reliquit. & cætera uertit. non infeſtiuiter: niſi ꝙ caprum dixit: quem Theocritus ἐνόρχαν. ideſt coleatum appellauit. auctore enim M. Varrone is demum latine caper dicitur: qui excaſtratus eſt. Coleatū

Tityre dum redeo: breuis eſt uia: paſce capellas.
Et potum paſtas age tityre. & interagendum
Occurſare capro: cornu ferit ille: caueto.

Et quoniam de transferendis ſententiis loquor: memini audiſſe me ex Valerii Probi diſcipulis: docti hominis: & in intelligendis: penſitādiſq; ueteribus ſcriptis bene calidi ſolitum eum dicere: nihil quicquam tam improſpere Virgilium ex Homero uertiſſe: quam uerſus hos amœniſſimos; quos de nauſica Hom erus fecit.

οἵη τ᾽ ἄρτεμις εἶσι κατ᾽ οὔρεος ἰοχέαιρα.
ἢ κατα τηλύγετον περιμήκετον ἢ ἐρύμανθον.
τερπομένη κάπροσι καὶ ὠκείοις ἐλάφοισι
τῇ δέ θ᾽ ἅμα νύμφαι κοῦραι διὸς αἰγιόχοιο
ἀγρόνομοι παίζουσι γέγηθε δέ τε φρένα λητώ.
πασάων δ᾽ ὑπὲρ ἥγε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα.
ῥεῖα δ᾽ ἀρίγνωτη πέλεται καλαὶ δέ τε πᾶσαι.
ὣς ἥγ᾽ ἀμφιπόλοισι μετέπρεπε παρθένος ἀδμῆς. Ideſt.

Montibus it: qualis ſtudioſa diana pharetræ:
Aut per taygeti ſpatioſa iuga: aut erymanthi.
Et nunc geſtit apro: nunc ceruo diua uolucri.
Stant circum nymphæ agreſtes ioue celite natæ:
Inq; agris ludunt: latonæ pectora gaudent.
Fronte dea ante omnis: ceruiceq; prominet alta.
Et pulchras omnis inter clariſſima fulget.
Talibus in famulis uirgo intemerata decebat:
Qualis in eurotæ ripis: aut per iuga cynthi

Exercet diana cohors:quam mille ſecutæ
Hinc:atq; hinc glomerantur oreades.illa pharetram.
Fert humero:gradienſq; deas ſupereminet omnis.
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.
Talis erat dido:talem ſe læta ferebat
Per medios:inſtans operi:regniſq; futuris.

Primum omnium diuerſum eſſe aiebant dicebat Probus:ꝙ apud Homerum quidem uirgo nauſicaa ludibunda inter familiares puellas in locis ſolis recte atq; cōmode confertur cū Diana uenāte in iugis montium inter agreſtis deas. Nequaq̃ autem conueniens Virgilium feciſſe: quoniam Dido in urbe media igrediens inter tyrios principes cultu:atq; inceſſu ſerio inſtans operi:ſicut ipſe ait:regniſq; futuris:nihil eius ſimilitudinis capere poſſit:quæ luſibus atq; uenatibus Dianæ congruit:tum poſtea ꝙ Homerus ſtudia:atq; oblectamenta in uenando Dianæ honeſtæ aptæq; dicit. Virgilius autem: quum de uenatu deæ nihil dixiſſet:pharetram tamen facit eam ferre in humero:tanq̃ ſi onus & ſarcinā: atq; illud impenſe Probum eſſe demiratum in Virgilio dicebant: ꝙ homerica quidem λητώ.ideſt Latona gaudium gaudeat genuinū & intimum:atq; in ipſo penetrali cordis & animæ uigens:ſi quidem nō aliud eſt:γέγηθε δέ τε φρένα λητώ ideſt Latonæ pectora gaudent. Ipſe autem imitari hoc uolens:gaudia fecerit pigra:& leuia & contantia:& quaſi in ſummo pectore ſupernātia,neſcire enī ſeſe:quid ſignificaret aliud pertentant. præter iſta omnia: florem ipſius totius loci Virgilium uideri omiſiſſe/ꝙ hūc Homeri uerſum exigue ſecutus ſit:ῥεῖα δ᾽ ἀριγνώτη πέλεται καλαὶ δέ τε πᾶσαι ideſt pulchras omnis ĩter clariſſima fulget. Quando nulla maior: cumulatiorq; pulchritudinis laus dici potuerit.q̃ ꝙ una inter omnis pulchras excelleret. una facile inter omnis noſceretur.

¶ Quod Anneus Cornutus uerſus Virgilii:quibus Veneris & Vulcani concubitū pudice operteq; dixit/reprehēſione iſulſa:& odioſa inqnauit. Cap. X.

ANnianus poeta:& pleriq; cum eo eiuſdē muſæ uiri ſummi aſſiduiſq; laudibus hos Virgilii uerſus ferebant:quibus Vulcanū & Venerem iunctos mixtoſq; iure coniugii:rem lege naturæ operiendā uerecunda quadam tranſlatione uerborum:quum oſtenderet:demonſtraretq; protexit.ſic enim ſcripſit. Ea uerba locutus.

Optatos dedit amplexus.placidumq; petiuit
Coniugis infuſus gremio per membra ſoporem.

Minus autem difficile eſſe arbitrabantur: ad iſtiuſmodi reticenda uerbis uti uno:atq; altero:breui tenuiq; ea ſigno demōſtrantibus/ſicuti homerus dixerit: παρθενικὴν ζώνην καὶ λέκτροιο θεσμόν.καὶ ἔργα φιλοτήσια.τῶ μὲν ἄρ᾽ ἐντρηὲτοισι κατεύνας᾽ἐν λεχέεσιν:ideſt

Virgineum ſoluit cæſtum:legemq; cubilis. Et munus amor is.
Inq; toris illi ſculptis cœpere ſoporem.

Tot uero & tā euidentibus:ac tam nō prætextatis: ſed puris honeſtiſq; uerbis uenerandū illud connubii pudici ſecretū neminem quenq̃ alium dixiſſe. Sed

Anneus

Anneus Cornutus homo ſane pleraq; alia non indoctus: neque imprudens in ſecundo tamen librorum: quos de figuris ſententiarum compoſuit: egregiam totius iſtius uerecundiæ laudem inſulſa nimis & odioſa ſcrutatione uiolauit. nam quum genus hoc figuræ probaſſet: & ſatis circūſpecte factos eſſe uerſus dixiſſet: membra tamen inquit paulo incautius nominauit.

¶ De Valerio Coruino. & unde Coruini ſit cognomentum. Cap. XI.

DE Maximo Valerio: qui Coruinus appellatus eſt: ob auxilium pro pugnationemq; Corui alitis: haud quiſq; eſt nobilium ſcriptorum qui ſecus dixerit: ea res prorſus admirāda ſic profecto eſt in libris annalibus memorata. Adoleſcens tali genere editus. L. Furio. Cl. Appio conſulibus fit tri. militaris atq; in eo tempore copiæ gallorum ingentes agrum pomptinum inſederant. inſtruebanturq; acies a conſulibus de ui: atq; multitudine hoſtium ſatis agentibus. Dux interea gallorum uaſta: & ardua ꝓceritate: armiſq; auro præfulgentibus: grandia ingrediens. & manu telum reciprocans incedebat. perq; contēptū: & ſuperbiā circōſpiciēſq;: deſpiciēſq;: oīa uenire iubet: & congredi: ſiquis pugnare ſecum ex omni romano exercitu auderet. tum Valerius tribunus: cæteris inter metum: pudoremq; ambiguis impetrato prius a conſulibus: ut in gallum tam īmaniter arrogātem: pugnare ſeſe permitteren t: progreditur: intrepide: modeſteq; obuiam & congrediuntur. & conſiſtunt & conſerebātur iam manus. atq; ibi uis quædam diuina fit. Coruus repente īprouiſus aduolat. & ſuper galea tribuni inſiſtit. atq; in aduerſarii oculos pugnare incipit. inſibilat. obturbat unguibus manum laniabat: & proſpectum aleſ arcebat. atq; ubi ſatis ſæuierat: reuolabat in galeam tribuni. ſic tribunus ſpectante utroq; exercitu: & ſua uirtute nixus: & opera alitis propugnatus: ducem hoſtium ferociſſimum uicit: īterfecitq;. atq; ob eam cauſam cognomen habuit Coruinus: id factum eſt anno. cccc. & . v. poſt Romam conditam. Coruinus Statuam Coruino iſti diuus Auguſtus in foro ſuo ſtatuendam curauit. in eius ſtatuæ capite Corui ſimulacrū eſt: rei pugnæq; quā diximus monumentum.

Coruinus

¶ De uerbis: q̄ i utrāq; ptē: ſignificatiōe reciproca: & aduerſa dicunt̄. Ca. XII.

VT formidoloſus dici poteſt & qui formidat: & qui formidat̄. ut īuidioſus: & qui inuidet: & cui īuidetur. ut ſuſpicioſus: qui ſuſpicatur: & qui ſuſpectus eſt. ut ambitioſus: & qui ambit: & qui ambitur. ut item gratioſus: & qui adhibet gratias: & qui admittit. ut laborioſus: & qui laborat: & qui labori eſt: ut pleraq; alia huiuſcemodi in utramq; partem dicuntur. ita infeſtus ancipiti quoq; ſignificatione eſt. nam & is iſeſtus appellatur: qui malum infert cuipiam. & cōtra cui aliunde impendet malum/ & is quoq; infeſtus dicitur. Sed quod prius poſui profecto exemplis non indiget: ſic adeo multi loquuntur: ut īfeſtum dicant inimicum: atq; aduerſum. Alterum autem illud ignobilius: obſcuriuſq; eſt. Quis enim in medio facile dixerit infeſtum eſſe: cui alter infeſtus eſt? Sed & ueteres pleriq; ita dixerunt: & M. Tullius in oratione quam ꝓ Cn. Planco dixit: uocabulo hoc ſic uſus eſt Dolebam inquit iudices: & acerbe ferebam: ſi huius ſalus ob eam ipſam cauſā

Nomina in oſus

In oſus

Infeſtus

eſſet infeſtior:ꝗ is meam ſalutem:atque uitam:ſua beniuolentia præſidio cuſtodiaque texiſſet. Nos igitur de origine & ratione uerbi quærebamus. atque ita in Nigidianis inuenimus cõmentariis ſcriptum: infeſtum a feſtinando dictum. Nam qui inſtat inquit alicui:eumq; properans urget:opprimereq; eum ſtudet:feſtinatque. aut contra de alicuius periculo:& exitio feſtinatur:is uterque infeſtus dicitur:ab inſtantia:atque imminentia fraudis:quam uel facturus cuipiam:uel paſſurus eſt. Nequis autem de ſuſpicioſo:quod ſupra poſuimus: & de formidoloſo:in eam partem:quæ minus uſitata eſt:exemplum requirat: inueniet de ſuſpicioſo apud. M. Catonem de re floria ita ſcriptum. Sed niſi q̃ palam corpore pecuniam quæreret:aut ſe lenoni locauiſſet:& ſi famuloſus & ſuſpicioſus fuiſſet:uim in corpus liberum:non æquum cenſuere afferri. Suſpicioſum enim hęc in loco ſuſpectum ſignificat:non ſuſpicantem. ¶ Formidoloſum autem qui formidatur. Saluſtius in Catilina ita dicit. Igitur talibus uiris non labor inſolitus, non locus ullus aſper:aut arduus erat:non armatus hoſtis formidoloſus. Item C. Caluus in poematis laborioſus dicit/non ut uulgo dicitur/qui laborat/ſed in quo laboratur. Durum inquit rus fugis/ſed laborioſum Eadem ratione Laberius quoque in ſororibus. Ecaſtor inquit multum ſomniculoſum. & Cinna in poematis/ſomniculoſam/ut pœnus aſpidem pſillus. Metus quoque & iniuria:atque alia quædam id genus. ſic utroq; uerſum dici poſſunt. Nam metus hoſtium recte dicitur:& quum timent hoſtes/& quum timẽtur. Itaque Saluſtius in hiſtoria prima/Metum Pompeii dixit:non ꝗ Pompeius metueret. quod eſt uſitatius. ſed ꝗ metueretur. uerba hæc Saluſtii ſunt. Id bellum excitabat metus Pompeii uictoris Hiempſalem in regnum reſtituentis. Item alio in loco poſtquam remoto metu punico:ſimultates exercere uacuum fuit. Iniurias itidem dicimus:tam illorum qui patiuntur: q̃ qui faciunt: quarum dictionum exempla ſunt facilia inuentu. Illud etiam dictum a Virgilio eandem habet formam communicatæ ultro & citro ſignificationis. Et uulnere inquit tardus Vlyxi. Quum diceret uulnus:non quod accepiſſet Vlyxes ſed quod dediſſet. Neſcius quoque dicitur tam is qui neſcitur: q̃ qui neſcit. ſed ſuper eo:qui neſcit:frequens huius uocabuli uſus eſt. infrequens autem de eo eſt:quod neſcitur. Ignarus æque utroque uerſum dicitur: non tantum qui ignorat:ſed & qui ignoratur. Plautus in rudente. Quæ incolis neſcius neſcias peſſimus. Saluſtius.

More humanæ cupidinis ignara uiſendi. ¶ Virgilius.

Ignarum laurens habet ora numanta.

Infeſtus a feſtinãdo

Metus

Neſcius

Ignarus

¶ Verba ex hiſtoria Claudii Quadrigarii:quibus Manlii Torquati nobilis adoleſcentis:& hoſtis galli prouocatoris pugnam depinxit.

Caput XIII

Torquat⁹

T Manlius ſummo loco natus:adprimeq; nobilis fuit. ei Manlio cognomẽtũ factũ Torquato. cãm cognomẽti fuiſſe accepimus: torquis ex auro induuias: quã ex hoſte/quẽ occiderat detractã iduit. ſed qs hoſtis:& qđ genus:& q̃ formidãdæ uaſtitatis: & quãtum

inſolens

De claudio torquati historia,

inſolens prouocator:& cuiuſmodi fuerit pugna decertatum.Q .Claudius primo annalium puriſſime:atq; illuſtriſſime: ſimpliciq; atq; incompta orationis antiquæ ſuauitate deſcripſit: quem locū ex eo libro Phauorinus philoſophus quum legeret:non minoribus quati afficiq; animū ſuum motibus: pulſibuſq; dicebat:q̄ ſi ipſe coram depugnantis eos ſpectaret.Verba.Q .Claudii:quibus pugna iſta depicta eſt:adſcripſi.Q uum interim gallus quidam nudus præter ſcutum:& gladios duos:torque:atq; armillis decoratus ꝓceſſit:qui & uiribus:& magnitudine:& adoleſcentia: ſimulq; uirtute cæteris anteſtabat.is maxime prœlio commoto:atq; utriuſq; ſummo ſtudio pugnantibus:manu ſignificare cœpit:ut utriq; quieſcerent pugnare.pugnæ facta pauſa eſt.extemplo ſilentio facto cum uoce maxima inclamat:ſiquis ſecum depugnare uellet:uti prodiret. Nemo audebat propter magnitudinem:& immanitatem facies. deinde gallus irridere cœpit.atq; linguam exertare.id ſubito perdolitum eſt cuidam.T.Mālio ſummo genere nato tantum flagitium ciuitati accidere:e tanto exercitu neminem prodire.Is ut dico proceſſit.neq; paſſus eſt uirtutem romanam a Gallo turpiter ſpoliari.ſcuto pedeſtri:& gladio hiſpanico cinctus contra gallum cōſtitit.metu magno.ea congreſſio in ipſo ponte:utroq; exercitu inſpectante facta eſt.ita ut ante dixi:cōſtiterunt. gallus ſua diſciplina/ſcuto proiecto cautabundus.Manlius animo magis q̄ arte confiſus: ſcutum ſcuto percuſſit atq; ſtatum galli conturbauit.dum ſe gallus iterum eodem pacto conſtituere ſtudet Mālius iterum ſcutm ſcuto percutit:atq; de loco certo hominem iterum deiicit.eo pacto ei: ſub gallicum gladium ſucceſſit.ac hiſpanico pectus hauſit.deinde continuo humerum dextrum eodem cōcuſſu incidit.neq; receſſit uſq̄ donec ſubuertit:ne gallus impetum icti haberet.ubi eum euertit:caput præcidit:torquem detraxit.eamq; ſanguinolentam ſibi in collum imponit.quo ex facto ipſe:poſteriq; eius Torquati ſunt cognominati.ab hoc.T.Manlio:cuius hanc pugnam Q uadrigarius deſcripſit: īperia & aſpera: & īmitia Manliana dicta ſunt. quoniam poſtea bello aduerſum latinos: quum eſſet cōſul:filium ſuum ſecuri percuſſit:qui ſpeculatum ab eo miſſus ne pugnaret interdicto.hoſtem a quo prouocatus fuerat occidit.

¶ Q uod idem Q uadrigarius/huius facies/patrio caſu probe/& latine dixit/ & q̄dā alia appoſita de ſimiliū uocabuloꝝ declinatiōibus. Cap. XIIII.

QVod autem ſupra ſcriptum/.i.Q .Claudii uerbis/propter magnitudinem/& immanitatem facies. id nos aliquot ueteribus libris inſpectis explorauimus/atq; ita eſſe/ut ſcriptum eſt / comperimus. Sic enim pleraq; ætas ueterū declinauit: hæc facies/ huius facies. quod nunc propter rationem grammaticam faciei dicitur.Corruptos aūt quoſdam libros reperi: in quibus facici ſcriptum eſt:illo quod ante ſcriptum erat: oblitterato.meminimus etiam in Tiburti bibliotheca iuenire nos in eodē Claudii libro ſcriptum utrumq; facies: & facii:ſed facies in ordine ſcriptum fuit.& cōtra per/ii/geminū facii.neque id abeſſe a quadam cōſuetudine priſca exiſtimauimus.Nam ab eo.quod eſt hic dies tam huius dii:& ab eo quod eſt hæc

Verba q̄drigarii

pdolitū ē

Quare dicti ſunt torquati

Facies facies

Dies dii Fames famii Dies genitiui caſus, apud Ciceronem

fames tam huius famii dixerunt.Q .Ennius in ſextodecimo annali dies ſcripſit:pro diei in hoc uerſu. Poſtreme longinqua dies quum fecerit ætas. Ciceronem quoq; affirmat Cæſellius in orone:quam pro.P.Seſtio fecit:dies ſcrpſiſſe:pro diei:quod ego impenſa opera conquiſitis ueteribus libris pluſculis: ita ut Ceſellius ait:ſcriptũ iueni. Verba ſunt hæc.M.Tullii.Equites uero daturos illius dies pœnas.Q uocirca factum hercle eſt:ut facile iis credam: qui ſcripſerũt.idiographum librum Virgilii ſeſe inſpexiſſe:in quo ita ſcriptum eſt.Libra dies ſomniq; pares ubi fecerit horas.Ideſt libra diei ſomniq;.Sed ſicut hoc in loco dies a Virgilio ſcriptum uidetur:ita in illo uerſu nil dubium eſt: quin dii ſcripſerit:pro diei:Munera lætitiamq; dii. Q uod imperitiores dei legunt ab inſolentia ſcilicet uocis iſtius abhorrentes.Sic autem dies dii a ueteribus declinatum eſt:ut fames famii:pernicies pernicii:ꝓgenies progenii: luxuries luxurii:acies acii.M.enim Cato in oratione: quam de bello carthaginenſi compoſuit:ita ſcripſit.Pueri atq; mulieres extrudebãtur famii cauſa.Lucilius in.xii.Rugoſum atq; famii plenum.Siſenna in hiſtoriarũ: libro.vi.Romanos inferẽdæ pernicii cauſa ueniſſe.Pacuuius in Paulo.

(margin: dies · Dii)

Pater ſupreme noſtræ progenii patris.

Cn.Matius in iliadis.xxi.Altera pars acii uitaſſet fluminis undas.Idem Matins in tertiodecimo.An maneat ſpecii ſimilacrum: in morte ſilentum.C.Gracchus de legibus promulgatis.Ea luxurii cauſa:aiunt inſtitui.Et ibidem infra ita ſcriptum eſt. Nõ eſt ea luxuries quæ neceſſario parẽtur uitæ cauſa.Propter quod apparet:eum ab eo:quod eſt luxries luxurii patrio caſu dixiſſe.M.quoq; Tullius in oratione qua Sex.Roſcium defendit:pernicii ſcriptum reliquit. Verba hæc ſunt.Q uorum nihil pernicii cauſa diuino conſilio:ſed ui ipſa & magnitudine rerum ſactum putamus. Aut facies ergo in caſu patrio:aut facii. Q uadrigarium ſcripſiſſe:exiſtimandum eſt:faciei autem in nullo ueteri libro ſcriptum repperi.In caſu aũt dandi qui puriſſime locuti ſunt: non faciei:uti dicitur nunc.ſed facie dixerunt. Lucilius in ſatyris. Et primum inquit facie honeſtas accedit.idem Lucilius in libro ſeptimo.

Pernicii

Facie in caſu dãdi.

Q ui te diligit: ætati facieq; tuæ ſe:
Fautorem oſtendat: ſe fore amicum polliceatur.

Sunt autem non pauci:qui utrobiq; facii legant.Sed.C.Cæſar in libro de analogia.ii.huius die:& huius ſpecie dicendum putat.Ego quoq; in iugurtha Saluſtii ſummæ fidei:& reuerendæ uetuſtatis libro:die caſu patrio inueni ſcriptum.Verba hæc ita erant. Vix decima parte die reliqua.Non enim puto arguiolam iſtam recipiendam:ut die dictum quaſi ex die exiſtimemus.

Die ẽt in genitiuo Nota

❡ De genere controuerſiæ:quod græcæ ἄπορον.ideſt dubium & inexplicabile appellatur. Cap. XV.

CVm Antonio Iuliano rhetore per feriarum tempus æſtiuarum.decedere ex urbe æſtu uolentes:neapolin cõceſſeramus. atq; ibi erat adoleſcẽs tunc quiſpiam ex ditioribus.cum utriuſque linguæ magiſtris meditans:& exercens:ad cãs romæ orãdas eloquẽtiæ latinæ

ſa cultatem.atq; is rogat Iulianum uti ſeſe audiat declamantem. Id auditum Iu-
lianus:imus quoq; nos cum eo ſimul. introit adoleſcens & præfatur arrogan-
tius & elatius:q̃ ætati eius dicebat.ac deinde iubet exponi controuerſias. Ade-
rat nobiſcum ibi Iuliani ſectator:iuuenis promptus:& proficiẽs:& oſtendens
iam in eo:quod ille apud Iuliani auris in præcipiti ſtare: & ſubitaria dictione
periculum ſui facere audebat. Exponit igitur tentamenti gratia controuerſiam
parum conſiſtentem:quod genus græci ἄπορον.ideſt dubium uocant. latine au- Dubium
tem id:non minus commode inexplicabile dici poteſt. Ea controuerſia fuit hu-
iuſcemodi. De reo ſeptem iudices cognoſcant.eaq; ſententia ſit rata quam plu-
res ex eo numero dixerint. Quum ſeptem iudices cognouiſſent: duo cenſue-
runt reum exilio mulctandum:duo alii pecunia:tres reliqui capite puniendum
petitur ad ſupplicium ex ſententia trium iudicum. & contradicit. Hac ille au-
dita:nec conſiderata:neq; aliis:ut proponerentur:expectatis:incipit ſtatim mi-
ra celeritate:in eandem hanc controuerſiam principia neſcio quæ dicere.& in-
uolucra ſenſuum uerborumq; uolumina.uocumq; turbas fundere. & cæteris
omnibus ex cohorte eius:qui audire eum ſoliti erant clamore magno exultan-
tibus. Iuliano autem male ac miſere rubente:& ſudante. Sed ubi deblatteratis
uerſuum multis milibus: finem aliqñ fecit:egreſſique inde ſumus amici: fa-
miliareſque eius Iulianum proſecuti: quidnam exiſtimaret: percontati ſunt. Pulchra
atq; ibi Iulianus feſtiuiſſime. Nolite quærere inquit: quid ſentiam. adoleſcens reſponſio
hic ſine controuerſia diſertus eſt.

¶ Quod Pliniũ ſecundũ hoĩem non indoctum fugerit:latueritq; uitiũ argu-
menti quod ἀντίστρεφον.i.reciprocum græci dicunt. Cap. XVI.

PLinius ſecundus exiſtimatus eſt eſſe ætatis ſuæ doctiſſimus.is li- Plinius
bros reliquit:quos ſtudioſorum inſcripſit:haud mediusfidius uſ-
quequaque aſpernandos: In iis libris multa uarie ad oblectandas
eruditorum hominum hauris ponit: refert etiã pleraſq; ſententias
quas indeclinandis controuerſiis lepide:arguteq; dictas putat:ſicuti hanc quo-
que ſententiã ponit ex huiuſcemodi controuerſia. Vir fortis premio:quod op-
tauerit donetur. Qui fortiter fecerat:petiit alterius uxorem in matrimonium.
& accepit. Is deinde cui ea uxor fuerat:fortiter fecit:repetit eandem.cõtra dici-
tur. Eleganter inquit & probabiliter ex parte poſteriores uiri fortis:uxorem ſi-
bi reddi poſtulantis hoc dictum eſt ſi placet lex: redde.ſi nõ placet redde. Fu-
git autem Plinium: ſententiolam iſtam:quam putauit eſſe argutiſſimam.uitio
non carere:quod græce ἀντίστρεφον.ideſt reciprocum dicitur. & eſt uitium inſi-
dioſum & ſub falſa laudis ſpecie latens.nihil enim minus conuerti ex cõtrario
idipſum aduerſus eundem poteſt. Atq; ita a priore illo uiro forti dici ſi placet
lex.non reddo.ſi non placet. non reddo.

Cecropias noctes doctorum exempla uirorum
Donat habere mihi nobilis euſtochius:
Viuat & æternum lætus bona tempora ducat:
Qui ſic dilecto tanta docenda dedit.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER DECIMVS.

¶ Tertium nec conſu /an tertio dici oporteat.& quonãmodo.Cn. Pompeius cum in theatro/quod erat dedicaturus/honores ſuos inſcriberet / quæſtionem ancipitem iſtius uerbi de conſilio Ciceronis uitauerit.

Caput I

Tertium conſul Tertio cõſul Quartũ conſul Quarto conſul

FAmiliari meo cuipiam litteras Athenis Romã niſi in iis ſcriptum fuit:me illi iam tertiũ ſcripſiſſe. Is ad me reſcripſit:petiuitq;/ut rationem dicerem cur tertium: ac non tertio ſcripſiſſem.id etiam adſcripſit/ut eadem quid ſuper illo quoq; mihi uideretur: facerem ſe certiorem.tertium ne conſul/& quartũ/an tertio/& quarto dicendum eſſet.quoniã Romæ doctum uirum dicentem audiſſet tertio/& quarto conſul: non tertium quartũq;.Idq; in principio libri Cælium ſcripſiſſe. & Q.Claud.in libro undeuiceſimo.C.Marium creatum ſeptimo conſulẽ dixiſſe Ad hæc ego reſcripſi nihil amplius/q̃ uerba.M.Varronis hominis opinor: q̃ fuit Claudius cum Cælio/doctioris.quibus uerbũ utrũq;/de quo ad me ſcripſerat:decideretur.nã & Varro ſatis aperte quid dici oporteret edocuit: & ego aduerſus eum/qui doctus eſſe dicebatur.Litem meã facere abſens nolui.uerba M.Varronis ex libro diſciplinarum quinto hæc ſunt.~~Aliud eſt/quarto prætorem fieri:& quartũ:q; quarto locũ adſignificat,ac tres ante factos.quartũ tempus adſignificat:& ter ante factum.~~ Igitur Ennius recte conſcripſit. Quintus pater quartum fit conſul.Et Põpeius timide:q; in theatro ne adſcriberet cõſul tertium:aut tertio extremas litteras non conſcripſit.Quod de Põpeio Varro breuiter & ſubobſcure dixit.Tyro Tullius Ciceronis libertus in epiſtola quadam enarratius ſcripſit ad hunc ferme modum. Quum Põpeius inquit ædẽ uictoriæ dedicaturus foret:cuius gradus uice theatri eſſent: nomenq; eius & honores inſcriberet:quæri cœptum eſt:utrum conſul tertio inſcribendum eſſet:an tertium.eam rem Pompeius exquiſitiſſime rettulit ad doctiſſimos ciuitatis.Quumq; diſſentirent:& pars tertio:alii tertium ſcribendum contenderent:rogauit inquit Ciceronem Pompeius:ut quod ei rectius uideretur: ſcribi iuberet.tum Ciceronem iudicare de uiris doctis ueritum eſſe:ne quorum opinionem improbaſſet:ipſos uideretur improbaſſe. Perſuaſit igitur Pompeio: ut neque tertium:neque tertio ſcriberetur:ſed ad ſecundum uſque.T. fierent litteræ.tert.ut uerbo non perſcripto rẽs quidem demonſtraretur: Sed dictio tamen ambigua uerbi lateret. Id autem quod & Varro & Tyro dixerunt: in eodem nunc Theatro non eſt ita ſcriptum. Nam cum multis annis poſtea Scæna: quæ prociderat: refecta eſſet: Numerus tertii conſulatus non

uti initio

Verba marci varronis

uti initio prioribus litteris tert. ſed tribus tantum lineolis.iii.iciſis ſignificatus
eſt.In.M.autem Catonis quarto origine ita ſcriptum eſt:Carthaginenſes ſex
tum de fœdere deceſſere.Id uerbum ſignificat: quinquies ante eos feciſſe con
tra fœdus:& tum ſextum Græci quoq; ſignificandis huiuſmodi rerum nume
ris τρίτον καὶ τέταρτον.ideſt tertium & quartum dicunt:quod congruit cum eo:
quod latine dicitur tertium quartumq;.

Quid Ariſtoteles de nnmero puerperii memoriæ mãdauerit. Cap. II.

ARiſtoteles philoſophus memoriæ tradidit:mulierẽ ĩ ægypto uno
partu quinque pueros enixam.eumq; eſſe finem dixit multiiugæ
hominum partionis:neque pluris unq̃ ſimul genitos compertũ.
hunc autem eſſe numerum ait rariſſimum. Sed & diuo Auguſto
imperante:qui temporum eius hiſtoriam ſcripſerunt:ancillam Cæſaris Augu
ſti in agro laurente peperiſſe:quinque pueros dicunt:eoſque pauculos dies ui
xiſſe.matrem quoque eorum non multo poſtq̃ peperit:mortuam/monumen-
tumque ei factum iuſſu Auguſti in uia laurentia.inque eo ſcriptum eſſe nu-
merum puerperii eius:de quo diximus.

Partus qn q; puero-rum

Locorum quorũdam illuſtriũ collatio:contentioq; facta:ex orationibus.C.
Gracchi:&.M.Catonis. Cap. III.

FOrtis & uæhemens orator exiſtimatur eſſe.C.Gracchus.nemo id
negat:ſed quod nonnullis uidetur ſeuerior: acrior:ampliorq;:eſſe
M.Tullio ferri id qui poteſt? Legebamus adeo nuper orationem
Gracchi de legibus promulgatis in qua.M.Marium:& quoſdam
ex municipiis italicis honeſtos uiros uirgis per iniuriam cæſos a magiſtratibus
Pop.Roma.quanta maxime inuidia poteſt:conqueritur.Verba hæc ſunt quæ
ſuper ea re fecit. Nuper teanum ſidicinum conſul uenit.uxorem dixit in balne
is uirilibus lauari uelle. Quæſtori ſidicino a.M.Mario datum eſt negocium:
uti balneis exigerẽtur.qui lauabantur.uxor renunciat uiro parum cito ſibi bal-
neas traditas eſſe:& parum lautas fuiſſe.Iccirco palus deſtitutus eſt in foro:eo
q; aduectus ſuæ ciuitatis nobiliſſimus homo.M.Marius ueſtimenta detracta
ſunt:uirgis cæſus eſt.Caleni:ubi id audierunt:edixerũt:nequis in balneis lauiſ
ſe uellet:quum magiſtratus Romanus ibi eſſet.Ferentini ab eandem cauſam
prætor noſter quæſtores arripi iuſſit.Alter ſe de muro deiecit.Alter prehen-
ſus:& uirgis cæſus eſt.In tam atroci re:ac tam miſera:atque mœſta:iniuriæ
publicæ cõteſtatiõe:& ecqcqd eſt:qđ aut ampliter inſigniterq;:aut lachrymo
ſe:atq; miſerãter:aut multa:copioſaq; inuidia: graui & penetrabili querimõia
dixerit? breuitas ſane & uenuſtas: & mũdicies orõnis eſt:qualis hẽri ferme in
comœdiaꝝ feſtiuitatibus ſolet.Item Gracchus alio in loco ita dixit.Quanta li
bido quãtaq; intẽperãtia ſit hoĩum adoleſcentiũ:unum exẽplũ uobis oſtẽdam
His annis paucis ex Aſia miſſus eſt:qui per id tẽpus magiſtratũ non ceperat.
hõ adoleſcẽs pro legato.is in lectica ferebatᷣ.ei obuiã bubulcus de plebe uenu
ſina aduenit.& per iocũ quũ ignoraret:qui ferretᷣ:rogauit nũ mortuũ ferrẽt.
ubi id audiuit:lecticã iuſſit depõi.ſtuppis quibus:lectica ligata erat:uſq; adeo

uerberari iuſſit:dum animam afflauit.Hæc quidem oratio ſuper tam uiolento
atque crudeli facinore nihil profecto abeſt a quotidianis ſermonibus.at quum
in ſimili cauſa apud.M.Tul.ciues Romani innocentes uiri contra ius contraq;
leges uirgis cæduntur:aut ſupplicio extremo necantur:quæ ibi tunc miſera-
tio? quæ comploratio? quæ totius rei ſub oculos ſubiectio? quod & quale inui
diæ:atq; acerbitatis fretum efferueſcit? Animum hercle meum:quum illa.M.
Ciceronis lego:imago quædam & ſonus uerborum:& uocum:& eiulationum
circumplectitur.uelut ſunt iſta:quæ de.C. Verre dicit:quæ nos: ut in præſens
potuimus:quãtum memoria ſuppeditabat: adſcripſimus.Ipſe inflãmatus ſce
lere:& furore in forum uenit:ardebant oculi.toto ex ore crudelitas emanabat.
expectabant omnes: quo tandem progreſſurus: aut quidnam acturus eſſet:
quum repẽte hominem proripi:atq; in foro medio nudari:ac deligari & uirgas
expediri iubet.Iam hæc medius fidius ſola uerba nudari: ac deligari:& uirgas
expediri iubet:tanti metus horroriſq; ſunt:ut non narrari quæ geſta ſunt. ſed
rem geri prorſus uideas.Gracchus autem noſter:non quærentis: neq; implo-
rantis:ſed nunciantis uice:palus inquit in foro deſtitutus eſt.ueſtimenta detra
cta ſunt.uirgis cæſus eſt.Sed enim.M.Cicero præclare:cum diutina repreſen
tatione:non cæſus eſt:ſed cædebat inquit uirgis in medio foro meſſanæ ciuis
romanus.Quum interea nullus gemitus:nulla uox illius miſeri inter dolorem
crepitumque plagarum audiebatur/niſi hæc ciuis romanus ſum. hac comme
moratione ciuitatis omnia uerbera depulſuꝫ:cruciatumq; a corpore deiectuꝫ
arbitrabatur:complorationem deinde tam acerbæ rei:& odium in Verrem de
teſtationemq; apud ciues romanos incenſe:atque acriter:atque inflãmanter fa
cit:quum hæc dicit.O nomen dulce libertatis. O ius eximium noſtræ ciuita-
tis.O lex portia:legeſq; ſemproniæ.O grauiter deſideratata:& aliquando red-
dita plebi romanæ tribunitia poteſtas.huccine tandem hæc omnia reciderunt:
ut ciuis romanus in prouincia popu.Roma.in oppido fœderatorum:ab eo qui
beneficio po.Ro. faſces ac ſecuris haberet:deligatus in foro uirgis cæderet?
quid quum ignes ardenteſq; laminæ cæteriq; cruciatus admouebantur? Si te
acerba illius imploratio:& uox miſerabilis non leniebat:ne ciuium quidem ro
manorum:qui tum aderant:fletu gemituque maximo commouebare? Hæc
M.Tul.atrociter grauiter: copioſe apteque miſeratus eſt. Sed ſiquis eſt tam
agreſti.aure ac tam hiſpida:quem lux iſta:& amœnitas orationis: uerborum-
que modificatio parum delectat:amat autem priora iccirco:q; incompta &
breuia:& non operoſa:ſed natiua quadam ſuauitate ſunt: quodq; iis umbra &
color quaſi opacæ uetuſtatis eſt:iis ſiqd iudicii habet:conſideret in cã pari.M.
Catonis hoĩs antiquioris orationẽ.Ad cuius uim & copiã Gracchus nec aſpi
rauit.intelliget(opinor)Catonẽ contentũ eloquentia ætatis ſuæ nõ fuiſſe.& id
iam tũ facere uoluiſſe:qđ Cicero poſtea pfecit.in eo nãq; libro:qui de falſis pu
gnis ſcriptus eſt:ita de.Q. Thermo cõqueſtus eſt. Dixit a decẽ uiris paꝝ ſibi
bñ cibaria curata eẽ.iuſſit ueſtimẽta detrahi:atq; flagro cædi.decẽuiros bruti
ani uerberauere.uidere multi mortales.Quis hanc cõtumeliã? quis hoc impe

rium

rium? quis hanc ſeruitutem ferre poteſt? nemo hoc Rex auſus eſt facere. eam ne fieri bonis bono genere natis boni conſulitis? Vbi ſocietas? ubi fides maiorum: inſignitas iniurias: plagas/uerbera/uibices/eos dolores/atque carnificinas per dedecus: atque maximam ignominiam: inſpectantibus popularibus ſuis: atque multis mortalibus te facere auſum eſſe? ſed quantum luctum quãtumq; gemitum: quid lachrymarum: quantumq; fletuum factum audiui? ſerui iniurias nimis ægre ferunt. quid illos bono genere natos: magna uirtute præditos opinamini animi habuiſſe: atque habituros dum uiuent? Quod Cato dixit: brutiani uerberauere: nequi fortaſſe de brutianis requirat id ſignificat. Quum Annibal pœnus cum exercitu in italia eſſet: & aliquot pugnas populus Ro. aduerſas pugnauiſſet: primi totius italiæ brutii ad Annibalem deſciuerunt. id Romani ægre paſſi poſtquam Annibal italia deceſſit: ſuperatique pœni ſunt: brutios ignominiæ cauſa non milites ſcribebant. nec pro ſociis habebant. ſed magiſtratibus in prouincias euntibus parere: & præminiſtrare ſeruorum uicem iuſſerunt. Itaque ii ſequebantur magiſtratus: tanquam in ſcænicis fabulis: qui dicebantur lorarii: & quos erant iuſſi uinciebant: aut uerberabant. Quot autem ex brutiis erant: appellati ſunt brutiani.

Suppliciũ romãoꝝ brutios populos

Lorarii brutiani

¶ Quod. P. Nigidius argutiſſime docuit nomina non poſitiua eſſe: ſed naturalia. Caput IIII

Nomina uerbaq; non poſitu fortuito. ſed quadam ui & ratione naturæ facta eſſe. P. Nigidius in grãmaticis cõmẽtariis docet: rem ſane in philoſophiæ diſertationibus celebrem. quæri enim ſolitum apud philoſophos φύσει τὰ ὀνόματα ἢ θέσει. ideſt natura ne nomina ſint an poſitu. in eam rem multa argumenta dicit: cur uideri poſſint uerba eſſe naturalia magis q̃ arbitraria. ex quibus hoc uiſum eſt lepidum & feſtiuum. Vos inquit quum dicimus motu quodam oris conueniẽte cum ipſius uerbi demonſtratione utimur: & labias ſenſim primores emouemus: ac ſpiritũ: atque animã porro uerſum: & ad eos: quibus cũ ſermocinamur/intẽdimus. atq; cõtra cũ dicimus nos neq; profuſo intento q; flatu uocis: neq; proiectis labris pronũciamus. ſed & ſpiritũ & labias: quaſi intra noſmetipſos cohercemus. Hoc idẽ fit in eo quod dicimus: tu & ego & tibi mihi. Nã ſicuti cũ annuimus/& abnuimus: motus quidã ille uel capitis/uel oculoꝝ a natura rei/quã ſignãt: nõ abhorret ita in his uocibus q̃ſi geſtus qdã oris & ſpũs naturalis eſt. eadẽ rõ eſt in græcis quoq; uocibus: quã eẽ ĩ nr̃is aĩaduertimus.

Verba P. Nigidii

¶ Auarus ſimplex ne uocabulum ſit: an compoſitum & duplex: ſicut. P. Nigidio uidetur. Caput V

Auarus non ſimplex uocabulum: ſed iunctum copulatumq; eſſe Nigidius dicit in cõmentariorum undetriceſimo. Auarus inquit appellatur: qui auidus æris eſt. ſed in ea copula e inquit littera detrita eſt. Item locupletem ait dictum: ex compoſitis uocibus: qui pleraq; loca: hoc eſt qui multas poſſeſſiones tenet. Sed probabilius id firmiuſque eſt: quod de locuplete dicit. Nam de auaro ambigitur: cur enim non

Auarus Locuples.

Auarus

uideri poſſit ab uno ſolum uerbo inclinatũ : quod eſt aucor: eademq; eſſe factu ra:qua eſt amarus:de quo nihil dici poteſt: quin duplex non ſit.

Amarus

¶ Mulctam dictam eſſe ab ædilibus.P.Appii cæci filiæ mulieri nobili q̃ locu ta eſſet petulantius. Cap. VI.

NOn in facta modo:ſed in uoces etiam petulantiores publice uin dicatum eſt.ita enim debere eſſe uiſa eſt romanæ diſciplinæ di gnitas inuiolabilis. Appii namq; illius cæci filia:a ludis quos ſpe ctauerat:exiens turba undiq; confluentis fluctuantiſq; populi ia ctata eſt.atq; inde egreſſa:quum ſe male habitam diceret.Quid in me nunc fa ctum eſſet inquit.quantoq; arctius.preſſiuſq; cõflictata eſſem:ſi Publius Clau dius frater meus nauali prælio claſſem nauium cum ingenti ciuium numero non perdidiſſet: Certe quidem maiore nunc copia populi oppreſſe intercidiſ ſem.ſed utinam inquit reuiuiſcat frater:aliamq; claſſem in ſiciliam ducat.atq; iſtam multitudinem perditum eat:quæ me male nunc miſeram cõuexauit. ob hæc mulieris uerba tam improba:ac tam inciuilia.C.Fundanius & Tib. Sem pronius ædiles plebei mulctam dixerunt ei æris grauis.xxv.milia.Id factum eſ ſe dicit Capito Atteius in commentario de iudiciis publicis bello punico pri mo:Fabio Licinio : &.T.Acilio Craſſo conſulibus.

Appii filia

¶ Fluminum quæ ultra imperium Romanum fluunt prima magnitudine eſ ſe nilum:ſecunda Iſtrum: proxima Rhodanum . ſicut.M.Varronem memi ni ſcribere. Cap. VII.

OMnium fluminum quæ in maria qua imperium roma.eſt:fluunt. quam græci τὴν ἔσω θάλασσαν.ideſt internum mare appellant maxi mum eſſe Nilum conſentitur . proxima magnitudine eſſe iſtrum ſcripſit Salu. Varro autem quum de parte orbis:quæ Europa dici tur:diſſereret:in tribus primis eius terræ fluminibus rhodanũ eſſe ponit.per quod uidetur eum facere iſtro æmulum.Iſtrus enim quoq; in europa fluit.

Nilus Rhodan⁹ Iſtrus

¶ Inter ignominias militares q̃bus milites coercebant̃ fuiſſe ſanguinis dimiſſi onẽ & quænã eẽ uideat̃ cauſa huiuſcemodi caſtigationis. Cap. VIII.

FVit hæc quoq; antiquitus militaris animaduerſio:iubere ignomi niæ cauſa.militi uenam ſolui: & ſanguinem dimitti.cuius rei ratio in litteris ueteribus.quas equidem inueniri potui nõ extat.ſed opi nor factum hoc primitus in militibus ſtupentis animi atq; a natu rali habitu declinantis:ut non tam pœna:q̃ medicina uideretur . poſtea tamen ob pleraq; alia delicta idem factitatum eſſe credo per conſuetudinem:quaſi mi nus ſani uiderẽtur omnes:qui deliquerunt.

Per ignominiã ſanguinis miſſio dabat̃ militibus

¶ Quibus modis:quoque habitu acies romana inſtrui ſolita ſit: quæq; earũ inſtructionũ ſunt uocabula. Cap. IX.

VOcabula ſunt militaria:quibus inſtructa certo modo acies appel lari ſolet:frons ſubſidia:cuneus:orbis:globus: forfices:ſerra alæ turres . hæc & quædam item alia iuenire eſt in libris eorum qui de militari diſciplina ſcripſerunt.tranſlata autem ſunt ab ipſis rebus:

Militaria uocabula

quæ ita

quæ ita proprie nominantur, earumque rerum in acie inſtruenda ſui cuiuſque uocabuli imagines oſtenduntur.

¶ Quæ eius rei cauſa ſit: q̧ & græci ueteres: & romani annulum in eo digito geſtauerũt: qui eſt in manu ſiniſtra minimo ꝓximus. Cap. X.

Annuli geſtatio

VEteres græcos annulum habuiſſe in digito accepimus ſiniſtræ manus: qui minimo eſt proximus. Romanos quoq; homines aiunt ſic plerunq; annulis uſitatos. cauſam eſſe huius rei Appion in libris ægyptiacis hanc dicit: q̧ inſectis apertiſq; humanis corporibus: ut mos in ægypto fuit: quas græci ἀνατομὰς. ideſt diſſectiones appellant; repertum eſt neruum quẽdam tenuiſſimum ab eo uno digito de quo diximus: ad cor hominis pergere: ac peruenire: propterea non inſcitum uiſum eſſe eum digitum potiſſimum tali honore decorandũ: qui continens & quaſi connexus eſſe cum principatu cordis uideretur.

¶ Verbum mature quid ſignificat: quæq; eius uocis ratio ſit: & q̧ eo uerbo uulgus hominum improprie utitur. atq; inibi q̧ præcox declinatum præcocis facit non præcoquis. Cap. XI.

Mature

MAture nunc ſignificat propere: & cito: contra ipſius uerbi ſententiam. aliud enim eſt mature: q̃ quod dicitur propere. P. Nigidius homo in omnium bonarum artium diſciplinis egregius: Mature inquit eſt: quod neq; citius eſt: neq; ſerius: ſed medium quiddam & tẽperatũ eſt. Bene atq; proprie Nigidius. nam & in frugibus/& in pomis matura dicuntur: quæ neq; cruda & immitia ſunt: neq; caduca: & decocta: ſed tempore ſuo adulta: maturataq;. Quoniam autem id quod nõ ſegniter fiebat: mature fieri dicebatᷓ: progreſſa plurimum uerbi ſignificatio eſt. & non iam: quod non ſegnius: ſed quod feſtinatius fit: id fieri mature dicitur: quando ea: quæ præter ſui temporis modum properata ſunt: immatura uerius dicantur. Illud uero nigidianũ rei: atq; uerbi temperamentum: diuus Auguſtus duobus græcis uerbis elegantiſſime exprimebat. nam & dicere in ſermonibus: & ſcribere in epiſtolis ſolitum eẽ aiunt: σπεῦδε βραδέως. ideſt matura. Per quod monebat ut ad rem agendam ſimul adhiberetur: & induſtriæ celeritas: & diligentiæ tarditas. ex quibus duobus contrariis fit maturitas. Virgilius quoque/ſi quis animum attendat: duo iſta uerba properare & maturare: tanq̃ plane reſonantia contraria ſcitiſſime ſeparauit in hiſce uerſibus.

Maturitas

Frigidus agricolam ſi quando continet hymber:
Multa forent quæ mox cælo properanda ſereno
Maturare datur.

Elegantiſſime iſta duo uerba diuiſit. namq; in properatu rei ruſticæ: per tempeſtates pluuiaſq; quando ociũ eſt: maturari poteſt per ſerenas: quando tempus inſtat: properari neceſſum eſt. quum ſignificãdum autem eſt coactius quid factũ: & feſtinatius: tum rectius præmature factum id dicitur: q̃ mature. ſicut Afranius dixit in togata: cui titulus nomen eſt. Appetis dominatum demẽs præmature præcocem. In quo uerſu aĩaduertẽdum eſt: q̧ præcocẽ inquit: non præcoquẽ. eſt enim caſus eius rectus: nõ præcoquis: ſed præcox.

Maturare

Præmature præcox

Mirabilia de aĩali Chameleonte

¶ De portentis fabularum: quæ Plinius ſecũdus indigniſſime in Democritũ cõfert phũm. & ibidem de ſimulacro uolucri columbæ. Cap. XII.

Librum eſſe Democriti nobiliſſimi philoſophorum de ui & natura chamæleontis: Cũq; ſe legiſſe Plinius ſecundus in naturalis hiſtoriæ.xxviii.refert: multaq; uana atq; intoleranda auribus. deinde quaſi a Democrito ſcripta tradit. ex quibus pauca hæc inuiti meminimus. quia pertæſum eſt. Accipitrem auem rapidiſſimã a chamæleonte humi reptãte ſi eum forte ſuperuolet: detrahi & cadere ui quadã in terram: cæteriſq; auibus laniandum ſeſe ſponte ſua obiicere & dedere. Item aliud ultra humanam fidem: caput & collum chamæleontis: ſi uratur ligno: quod appellatur robur: hymbres & tonitrua de repente fieri. idq; ipſum uſu uenire: ſi iecur eiuſdem aĩalis in ſummis tegulis uratᷣ. Item aliud quod hercle an ponerẽ dubitaui: ita eſt deridicule uanitatis: niſi iccirco plane poſui ꝙ oportuit nos dicere: qd de iſtiuſmodi admirationũ fallaci illecebra ſentiremus: qua plerumq; capiuntur: & ad perniciem elabuntur ingenia maxime ſolertia: eaq; potiſſimũ quæ diſcendi cupidiora ſunt. ſed redeo ad Pliniũ. ſiniſtrum pedem ait chamæleontis ferro ex igni calefacto torreri: cum herba quæ appellatur eodem nomine chamæleon: & utrunq; macerari ungnento: colligiq; in modum paſtili. atq; in uas mitti ligneum & eum qui id uas ferat: etiam ſi his in medio palam uerſetur: a nullo uideri poſſe. His portẽtis atq; præſtigiis a Plinio ſecundo ſcriptis: non dignũ eſſe cognomine Democriti puto. Vel illud quale eſt: quod idẽ Plinius in decimo libro Democritũ ſcripſiſſe aſſeuerat: aues quaſdã eſſe certis uocabulis: & earum auium cõfuſo ſanguine gigni ſerpentem: eum ſiquis ederit: linguas auium: & colloquia interpretaturum. Multa autem uidentur ab hominibus male ſolertibus huiuſcemodi commenta in Democriti nomen data nobiltatis auctoritatiſq; eius perfugio utẽtibus. Sed id quod Archytam pythagoricum commentum eſſe: atq; feciſſe traditur. neq; minus admirabile: neque tamen unum æque uideri debet. Nam & pleriq; nobilium græcorum: & Phauorinus philoſophus memoriarum ueterum exequentiſſimus affirmatiſſime ſcripſerunt: ſimulacrum columbæ e ligno ab Archyta ratione quadam. diſciplinaq; mechanica factum uolaſſe: ita erat ſcilicet libramentis ſuſpenſum. & aura ſpiritus incluſa: atque occulta concitum. libet hercle ſuper re tam abhorrenti a fide ipſius Phauorini uerba ponere ἀρχύτας ταραντῖνος φιλόσοφος ἅμα καὶ μηχανικὸς, ὢν ἐποίησε περιστερὰν. ξυλίνην πετομένην, ἥτις εἴποτε καθήσειεν οὐκ ἔτι ἀνίστατο μέχρι γὰρ τούτου. ideſt Archytas tarẽtinus philoſophus pariter & mechanicus uir columbam ligneam fecit uolantem: quæ ſi nunq̃ ſubſediſſet/præterea non exurgebat. hactenus enim.

Chamæleon

Mirabilia de animali Chamæleonte.

Ply. Secũdus Democritus

Memoriarum.

¶ Quum partim hominũ/qua ratiõe hoĩes dixerint. Cap. XIII.

Partim hominum uenerunt plerunq; dicitur: quod ſignificat pars hominum uenit: ideſt quidam homines. nam partim hoc in loco aduerbium eſt. neq; in caſus inclinatur. ſicuti quum partim hominum dici poteſt. i. cum qbuſdã hoĩbus: & quaſi cum q̃dam parte hominum.

Quid ſit Partim hominũ i pars

Partim hic adverbium

De Cerimoniis flaminis dialis,

hominum.M.Cato in oratione de re floria ita ſcripſit.Ibi pro ſcorto fuit in cubiculum ſurrectitauit e conuiuio:cum partim illorum : iam ſæpe ad eundem modum erat.Imperitiores autem:cum partim legunt tanquam declinatum ſit quaſi uocabulum:non dictum:quaſi aduerbium.Sed.Q .Claudius.xxi. annali inſolẽtius paulo hac figura eſt ita uſus.eum enim cum partim copiis hominum adoleſcentium placentem ſibi.Item.Q .Claudii.xxiii.Annali uerba hæc ſunt.Sed iccirco me feciſſe:ꝙ utrum negligentia partim magiſtratuum:num auaritia an calamitate po.Ro.eueniſſe dicam:neſcio.

¶ Iniuria mihi factum itur quali uerboꝝ ordine Cato dixerit. Cap. XIIII

Iniuria factum itur

AVdio illi iniuriam factum iri:audio contumeliam dictum iri:uulgo quoq; ita dici:& iſtam eſſe uerboꝝ figuram iam in medio loquendi uſu:iccirco exemplis ſuperſedeo. Sed contumelia illi uel iniuria factum itur paulo eſt remotius. Exẽplum igitur ponemus M.Cato pro ſe contra.C.Caſſium.Atq; euenit ita quirites uti in hac contumelia:quæ mihi per huiuſcemodi petulantiam factum itur:rei quoq; pub.mediuſfidius miſerear quirites.ſicut autẽ contumeliam factum iri:ſignificat iri ad contumeliam faciendam.ideſt operam dari quo fiat contumelia:ita contumelia factum itur caſu tantum immutato idem dicit.

¶ De flammis dialis.deq; flaminicæ cerimoniis.uerbaque ex edicto prætoris appoſita:quibus dicit.non coacturum ſe ad iurandum:neq; uirgines Veſtæ: neque Diales. Caput XV

Flamen dialis

CErimoniæ impoſitæ flamini diali multæ:item cautus multiplices: quos in libris qui de ſacerdotibus publicis compoſiti ſunt. Item in Fabii pictoris libroꝝ primo ſcriptos legimus.unde hæc ferme ſunt:quæ cõmeminimus.i. Equo Dialem flaminem uehi religio eſt.ii.Claſſem procinctã extra pomeriũ.i.exercitum armatũ uidere:iccirco rarenter flamen dialis creatus conſul eſt quũ bella conſulibus mandabant̃.iii. Item iurare dialem fas nunꝗ eſt.iiii.Item annulo uti:niſi puio caſſoq; fas non eſt.v. Ignem eſt flaminia : ideſt flaminis dialis domo niſi ſacrum efferri ius non eſt.vi.Vinctũ ſi ædes eius introierit:ſolui neceſſum eſt.& uincula per impluuiũ in tegulas ſubduci:atq; inde foras in uiã dimitti.vii.Nodũ in apice neque in cinctu:neq; alia parte ullum habet.viii.Siquis ad uerberãdum ducat̃: ſi ad pedes eius ſupplex procubuerit:eo die uerberari piaculum eſt.ix. Capillum dialis niſi qui liber homo eſt:non detonſet.x. Caprã & carnẽ incoctã:& ederam & fabam:neq; tangere diali mos eſt:neq; nomiare.xi.Propagines e uitibus altis protentis non ſuccidet.xii.pedes lecti in quo cubat:luto tenui circũlitos eſſe oportet:& de eo lecto trinoctium continuum nõ decubat. neq; in eo lecto cubare alium fas eſt.neq; apud eius lecti fulcrum capſam eſſe cum ſtrue atque ferro oportet.xiii. Vnguium dialis:& capilli ſegmina ſubter arborem ſilicam terra operiuntur.xiiii.Dialis quotidie feſtatus eſt.xv. Ac ſine apice ſub diuo eſſe licitum non eſt:ſub tecto uti libet:& non pridem a pontificibus conſtitutum.Maſurius Sabinus ſcripſit:& alia quædam remiſſa. grariamque ali-

quot cerimoniarum factam dicit.xvi. Farinam fermento imbutam attingere ei fas non eſt.xvii. Tunicam intimam.niſi in locis tectis non exuit: ne ſub cælo tanq̄ ſub Iouis nudus ſit.xviii. Super flaminem dialem in cōuiuio: niſi Rex ſacrificulus: haud quiſquā alius accumbit.xix. Vxorem ſi amiſit: flaminio decedit.xx. Matrimonium flaminis.niſi morte dirumpi non eſt ius.xxi. Locum in quo buſtum eſt: nunq̄ īgreditur.xxii. Mortuum nunq̄ attingit: funus tamē exequi non eſt religio. Eædem ferme cerimoniæ ſunt: quas flaminicas ſacerdotiſſa dialis ſchorſum aiunt obſeruitare.ueluti eſt.i. Quod bene nato operitur.ii. Et ꝙ uirica ſurculum de arbore ſilica habet.iii. Et ꝙ ſcalas: quæ græce κλίμακες appellantur: eas aſcendere ei plus tribus gradibus religioſum eſt.atq; etiam iiii. Quū it ad argeos. ꝙ neq; comit caput.neq; capillum depectit. Verba prætoris ex edicto perpetuo de flamine diali: & de ſacerdote Veſtæ aſcripſi. Sacerdotem Veſtalem. & flaminem dialem in omni mea iuriſditione iurare non cogam. Verba. M. Varronis ex ſecundo rerum diuinarum ſuper flamine diali hæc ſunt. Is ſolus album habet galerum uel ꝙ maximus eſt. uel ꝙ Ioui immolata hoſtia albato fieri oporteat.

Religio quid ſit diali

Scale la: klimakes

Verba prætoris

¶ Quos errores Iulius higinus in ſexto Virgilii animaduerterit in hiſtoria romana erratos. Cap. XVI.

Reprehēſio vergilii

REprehendit Higinus Virgilium correcturumq; eum fuiſſe exiſtimat quod in libro ſexto ſcriptum eſt. Palinurus eſt apud inferos: petēs ab Aenea ut ſuum corpus requirendū: & ſepeliendū curet. Is hæc dicit. Eripe me his inuicte malis: aut tu mihi terram.

Iniice (namq; potes) portuſq; require uelinos.

Quo inquit modo aut Palinurus nouiſſe. aut nominare potuit portus uelinos? & Aeneas ex eo nomine locum inuenire? quū uelia oppidum: a quo portum: qui in eo loco eſt: uelinum dixit: Seruio Tullio regnāte romæ poſt annū amplius ſexcenteſimum.q̄ Aeneas in Italiam uenit conditum in agro lucano: & eo nomine appellatum eſt. Nam qui ab Harpalo īquit.regis Cyri præfecto ex terra phocide fugati ſunt: alii ueliam: partim maſſiliam condiderunt. Inſcitiſſime igitur petit: ut Aeneas portum uelinum requirat.quū id nomē eo tēpore fuerit nuſq̄ gētiū: neq; ſimile inqt illud uideri debet: qđ eſt ī primo carmīe:

Italiam fato profugus: lauinaq; uenit

Littora. Aut quod æque eſt in.vi. libro.

Chalcidicaq; leuis tandem ſuperaſtitit arce.

uelinus portus

Quoniam poetæ ipſi quædā κατὰ πρόληψιν. ideſt per anticipationem hiſtoriæ dicere ex ſua perſona cōcedi ſolet.quæ acta ipſe poſtea ſcire potuit. ſicut Virgilius ſciuit de lauinio oppido. & de colonia chalcidenſi. ſed palinurus qui potuit id inquit ſcire: ea quæ poſt ānos.dc. facta ſunt niſi qs eum diuinaſſe apud īferos putat. pinde ut aīæ defunctoꝝ ſolēt? Sed & ſi ita accipias: q̄q̄ non ita dicitur: Aeneas tamen: qui non diuinabat. quo pacto potuit requirere portum uelinum? cui nomen tunc: ſicuti diximus: nullum uſq̄ fuit. Item hoc quoq; in eodem libro reprehendit: & correcturum fuiſſe Virgilium putat: niſi mors oc

cupaſſet

Quare Democritus se oculis priuabit

cupaſſet. Nam quum Theſea inquit: inter eos nominaſſet, qui ad inferos adiſ-ſent: ac rediſſent: dixiſſetq̃. Quid theſea? magnum quid memorem Alciden? & mi genus ab Ioue ſummo eſt: poſtea tamen refert. Sedet æternumq̃ ſede-bit infelix Theſeus. Qui autē inquit fieri poteſt: ut æternū apud inferos ſede at: quem ſupra cum iis nominat, qui deſcenderint illuc: atq̃ inde rurſum eua-ſerint, præſertim cum ita ſit fabula de Theſeo atq̃ ſic Hercules eum euellerit e petra: & in lucē ad ſuperos eduxerit. Itē in his uerſibus erraſſe Virgiliū dicit

~~Eruet ille agros: agamemnoniaſq̃ micenas.~~
~~Ipſumque æacidem genus armipotentis achilli.~~
~~Vltus auos troiæ: templa & temerata mineruæ.~~

Confudit inquit & perſonas diuerſas & tempora. nam neque eodem tempore neque per eoſdem homines: cum achæis: & cū Pyrrho bellatum eſt. Pyrrhus enim quem dicit Aeaciden: de epiro in Italiam tranſgreſſus cum Romanis depugnauit: aduerſus Manium Curium in eo bello ducem. Argiuum autem bellum. i. achaicum multis poſt annis a. L. Mumio imperatore geſtum eſt. poteſt inquit igitur medius eximi uerſus: qui de Pyrrho importune immiſſus eſt, quem Virgilius proculdubio exempturus inquit fuit.

¶ Quam ob cauſam: & quali modo Democritus philoſophus luminibus oculorum ſeſe priuauerit, & ſuper ea re uerſus Laberii pure admodum & ue-nuſte facti. Cap. XVII

Democritus

DEmocritum philoſophum in monumentis græcæ hiſtoriæ ſcrip-tum eſt: uirum præter alios uenerandum: auctoritateque antiqua præditum luminibus oculorum ſua ſponte ſe priuaſſe: quia exiſti maret cogitationes: commentationeſque animi ſui, in contemplā-dis naturæ rationibus uegetiores: & exactiores fore: ſi eas uidendi illecebris: & oculorū impedimentis liberaſſet id factum eius: modumque ipſum quo cæci-tatem facile ſolertia ſubtiliſſima conſciuit Laberius poeta in mimo quem in-ſcripſit rectiorem: uerſibus quidem ſatis munde: atque graphice factis deſcri-pſit: ſed cauſam uoluntariæ cæcitatis finxit aliam uertitque in eam rem: quam tum agebat: non inconcinniter. eſt enim perſona: quæ hoc apud Laberium dicit diuitis auari & parci ſumptum plurimum ἀσωτίαν τε. ideſt luxumque & popinationem adoleſcentis filii deplorantis. Laberius poeta

Popinatio

Verſus laberiani hi ſunt.

Democritus abderites phyſicus philoſophus clipeum.
Conſtituit contra exortum hiperionis/oculos
Effodere ut poſſet ſplendore æreo: ita radiis
Solis aciem effodit luminis: malis bene
Eſſe: ne uideret ciuibus. ſic ego
Fulgenti ſplendore in pecuniam uolo
Lucificare exitium ætati meæ.
Ne in re bona uideam eſſe nequam filium.

¶ Hiſtoria de Artemiſia, deq; eo certamine: quod apud Mauſoli ſepulchrũ a ſcriptoribus inclytis decertatum eſt. Cap. XVIII.

Artemiſia Mauſol⁹

ARtemiſia Mauſolum uirum amaſſe fertur ſupra omnis amorum fabulas: ultraq; affectionis humanæ fidem. Mauſolus autẽ fuit: ut M. Tullius ait: rex terræ cariæ. ut quidam græcarum hiſtoriarum ſcriptores dicunt: prouinciæ græcæ præfectus: quem σατράπην .i. ducem. ac præſidem græci uocant. Is Mauſolus ubi fato perfunctus eſt: & inter lamenta & manus uxoris funere magnifico ſepultus eſt: Artemiſia luctu atq; deſiderio mariti flagrans oſſa: cineremq; eius mixta odoribus: contuſaque in pulueris faciem aquæ indidit: ebibitq;. multaque alia uiolenti amoris indicia feciſſe dicitur. molita quoque eſt ingenti impetu operis: conſeruandæ mariti momoriæ cauſa: ſepulchrum illud memoratiſſimum: dignatumq; numerari inter ſeptem omnium terrarum ſpectacula. Id monumentum Artemiſia cum diis manibus ſacris Mauſoli dicaret: agona ideſt certamen laudibus eius dicundis facit. ponitque præmia pecuniæ: aliarumq; rerum bonarum ampliſſima. ad eas laudes decertandas ueniſſe dicuntur uiri nobiles ingenio: atque lingua præſtabili Theopompus: Theodectes: Naucrites. Sunt etiam qui Iſocratem ipſum cum iis certauiſſe memoriæ mandauerint. ſed eo certamine uiciſſe Theopompum iudicatum eſt. Is fuit Iſocratis diſcipulus. extat nunc quoque Theodecti tragœdia: quæ inſcribitur Mauſolus: in qua eum magis q̃ in proſa placuiſſe Higinus in exemplis refert.

¶ Non purgari: neque leuari peccatum: cum prætenditur peccatorum: quæ alii quoque peccauerunt: ſimilitudo. atque inibi uerba ex oratione ſuper ea re Demoſthenis. Caput XIX

INceſſebat quempiam Taurus philoſophus ſeuera atque uehemẽti obiurgatione adoleſcentẽ a rhetoribus & facundiæ ſtudio: ad diſciplinas philoſophiæ transgreſſum: q; factum quiddam ab eo diceret inhoneſte & improbe. at ille non ibat inſicias feciſſe: ſed id ſolitum eſſe fieri defendebat. turpitudinemque delicti: exemplorum uſu: & conſuetudinis uenia deprecabatur. atque ibi Taurus iſto ipſo defenſionis genere irritatior: homo inquit ſtulte & nihili: ſi te a malis exemplis auctoritates & rationes phiæ non abducunt: ne illius quidem Demoſthenis ueſtri ſententia tibi in mentem uenit? quæ quia lepidis: & uenuſtis uocum modis uicta eſt: quaſi quædam cantilena rhetorica facilius adhærere memoriæ tuæ potuit. nam ſi me inquit non fallit: quod quidem in priori pueritia legerim: uerba hæc ſunt Demoſthenis aduerſus eum: qui (ut tu nunc facis) peccatum ſuum: peccatis alienis exemptum: purgatumq; ibat. σὺ δὲ μὴ λέγε ὡς γέγονεν οὕτω πολλάκις. ἀλλ᾽ ὡς αὐτὸ προσήκει γίγνεσθαι. οὐ γὰρ εἴ τι πώποτε. μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη. σὺ δὲ τοῦτο ἐμιμήσω. διὰ τοῦτο ἀποφύγοις ἂν δικαίως. ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον. ἁλίσκοιο. ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἑάλω. σὺ ταῦτα οὐκ ἂν ἔγραψας οὕτως ἂν σὺ νῦν ἁλῷς. ἄλλος οὐ γράφει. ideſt uerum ne dicas ſic eſſe actum ſæpenumero: ſed hoc fieri ſic decere. Nõ enim ſiquid aliquãdo cõtra leges actum iam eſt: tuq; id ſecutus es propterea iure queas euadere:

quinimo

quinimo eo magis iccirco in te debeat ſtatui: ut enim ſi prius in aliquem foret animaduerſum: tu minime hæc ſciberes. ita ſi ipſe in præſentia punieris: nequaq̄ deinceps alius ſcribet. Sic Taurus omnium ſuaſionum: admonitionūq; genere utens ſectatores ſuos ad rationes bonæ inculpatæq; indolis ducebat.

¶ Quid ſit rogatio: quid lex: quid plebiſcitum: quid priuilegium. & quantū omnia iſta differant. Caput. XX.

Quæri audio quid lex ſit: quid plebiſcitum. quid rogatio. quid priuilegium. Atteius capito publici priuatiq; iuris peritiſſimus: quid lex eſſet hiſce uerbis definiuit. Lex inquit eſt generale iuſſum populi: aut plebis rogante magiſtratu. Ea definitio ſi probe facta eſt neque de imperio Cn. Pompeii: neque de reditu. M. Ciceronis. neque de cæde P. Clodii quæſtio: neque alia id genus populi plebiſue iuſſa leges uocari poſſunt. Non ſunt enim generalia iuſſa: neque de uniuerſis ciuibus: ſed de ſingulis concepta. quocirca priuilegia potius uocari debent: quia ueteres priua dixerūt: quæ nos ſingula dicimus. quo uerbo Lucilius in primo ſatyrarum libro uſus eſt. Ab domina thynnia uenientibus priua dabo cephaleaque carnem. Plebem autem Capito in eadem definitione ſehorſum a populo diuiſit: quoniam in populo omnis pars ciuitatis. omneſque eius ordines cōtineātur. Plebs uero ea dicitur: in qua gentes ciuium patriciæ non inſunt. Plebiſcitum igitur eſt: ſecundum eum Capitonem lex: quam plebes non populus accipit: ſed totius rei: iuriſque ſiue quum populus: ſiue quum plebs rogatur: ſiue quod ad uniuerſos pertinet: caput ipſum & origo: & quaſi fons rogatio eſt. Iſta enī omnia uocabula cenſentur continenturque rogationis principali genere: & nomine. nā niſi populus: aut plebs rogetur: nullum plebis: aut populi iuſſum fieri poteſt. Sed q̄q̄ hæc ita ſunt: in ueteribus tamen ſcriptis non magnam uocabulorum iſtorum differentiam eſſe animaduertimus. nam & plebiſcita: & priuilegia tranſlato nomine leges appellauerunt: eadēque confuſo & indiſtincto uocabulo rogationes dixerunt. Saluſtius quoque prorietatum in uerbis retinentiſſimus conſuetudini conceſſit: & priuilegium quod de Cn. Pompeii reditu ferebatur. legem appellauit. Verba ex ſecunda eius hiſtoria hæc ſunt. Nam Syllam conſulem de reditu eius legem ferentem ex compoſito tri. ple. C. Herennius prohibuerat.

Lex.
Priua
Plebs
Plebiſcitum.
Rogatio.

¶ Quam ob cauſam. M. Cicero his omnino uerbis nouiſſime & nouiſſimus uti obſeruatiſſime uitarit. Cap. XXI.

Non paucis uerbis. quorum frequens uſus eſt nūc: & fuit. M. Ciceronem noluiſſe uti manifeſtum eſt: ꝙ ea non probaret: uelut eſt nouiſſimus: & nouiſſime. Nā quum & Marcus Cato: & Saluſtius: & alii quoque ætatis eiuſdem uerbo iſto promiſcue uſitati ſint: multi etiam non indocti uiri in libris id ſuis ſcripſerint: abſtinuiſſe eo tamen tanq̄ non latino uidetur. Quoniam qui doctiſſimus eorum temporum fuerat: Lælius illo ut nouo: & improbo uerbo uti uitauerat. propterea id. M. quoque Varronis ex libro de lingua latina ad Ciceronem. vi. demonſtrandum

putaui. Q uod extremum inquit dicebatur: eſt dici nouiſſimum cœptum uul-
go: quod mea memoria: ut Lælius, ſic ſenes alii ꝙ nimium nouum eſſet uer-
bum: uitabãt: cuius origo: ut a uetere uetuſtius & ueterrimũ: ſic a nouo decli-
natum nouius: & nouiſſimum.

¶ Locus exemptus ex Platonis libro qui inſcribitur gorgias: de falſæ philoſo-
phiæ probris: quibus philoſophos temere inceſſuit: qui emolumenta ueræ
philoſophiæ ignorant. Cap. XXII.

PLato ueritatis homo amiciſſimus, eiuſque omnibus exhibendæ
promptiſſimus quæ omnino dici poſſint in deſides iſtos: ignauoſ-
q; qui obtentu philoſophiæ nominis, inutile ocium: & linguæ: ui-
tæque tenebras ſequunt̃: ex perſona quidẽ nõ graui: neq; idonea:
uere tñ ingenueq; dixit. Nam & ſi Callicles: quem dicere hæc facit: uere philo-
ſophiæ ignarus: inhoneſta: indignaque in philoſophos confert. perinde tamẽ
accipienda ſunt: quæ dicuntur: ut nos ſenſim moneri intelligamus: ne ipſi quo-
q; culpationes huiuſcemodi mereamur: neue inerti inaniq; deſidia cultũ & ſtu-
diũ philoſophiæ metiamur. Verba ipſa ſup hac re Platonis ex libro: qui appel-
latur Gorgias ſcripſi: qm̃ uertere ea conſilium non fuit: quum ad proprietates
eorum nequaquam poſſit latina oratio aſpirare: ac multo minus etiam mea.

φιλοσοφία γάρ τοι ἐστὶν ὦ σώκρατες χαρίεν. ἐάν τις αὐτοῦ μετρίως ἅψηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ. ἐὰν δὲ πε-
ραιτέρω τοῦ δέοντος ἐνδιατρίψῃ. διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων. ἐὰν γὰρ καὶ πάνυ εὐφυὴς ᾖ. καὶ πόῤ-
ῥω τῆς ἡλικίας φιλοσοφῇ. ἀνάγκη πάντων ἄπειρον γεγονέναι ἐστὶν. ὧν χρὴ ἔμπειρον εἶναι, τὸν
μέλλοντα καλὸν. κἀγαθὸν καὶ εὐδόκιμον ἔσεσθαι ἄνδρα. καὶ γὰρ τῶν νόμων ἄπειροι γίγνονται
τῶν κατὰ τὴν πόλιν. καὶ τῶν λόγων. οἷς δὴ δεῖ χρώμενον ὁμιλεῖν ἐν τοῖς συμβολαίοις τοῖς ἀν-
θρώποις, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ. καὶ τῶν ἡδονῶν τε. καὶ ἐπιθυμιῶν τῶν ἀνθρωπείων. καὶ συλλήβ-
δην τῶν ἠθῶν παντάπασιν ἄπειροι γίγνονται. ἐπειδὰν οὖν ἔλθωσιν εἴς τινα ἰδίαν ἢ πολιτι-
κὴν πρᾶξιν. καταγέλαστοι γίγνονται. ὥσπερ γε οἶμαι οἱ πολιτικοὶ ἐπειδὰν αὖ εἰς τὰς ὑμετέ-
ρας διατριβὰς ἔλθωσι. καὶ τοὺς λόγους καταγέλαστοί εἰσι. συμβαίνει γὰρ τὸ τοῦ εὐριπίδου λαμ-
πρός τέ ἐστιν ἕκαστος ἐν τούτῳ, καὶ ἐπὶ τοῦτ᾽ ἐπείγεται. νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος
ἵν᾽ αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ βέλτιστος ὤν. ὅπου δ᾽ ἂν φαῦλος ᾖ. ἐντεῦθεν φεύγει. καὶ λοιδορεῖ τοῦτο.
τὸ δ᾽ ἕτερον ἐπαινεῖν. ἀλλ᾽ οἶμαι τὸ ὀρθότατόν ἐστιν. ἀμφοτέρων μεταχεῖν. φιλοσοφίας μὲν ὅσον
παιδείας χάριν. καλὸν μετέχειν. καὶ οὐκ αἰσχρὸν μειρακίῳ ὄντι φιλοσοφεῖν. ἐπειδὰν δὲ ἤδη
πρεσβύτερος ὢν ἄνθρωπος ἔτι φιλοσοφῇ, καταγέλαστον ὦ σώκρατες τὸ χρῆμα γίγνεται. καὶ ἔ-
γωγε ὁμοιότατον πάσχω πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας. ὥσπερ πρὸς τοὺς ψελλιζομένους. καὶ παί-
ζοντας. ὅταν μὲν γὰρ παιδίον ἴδω. ᾧ ἔτι προσήκει διαλέγεσθαι οὕτω ψελλιζόμενον καὶ παῖ-
ζον. χαίρω τε. καὶ χαρίεν μοι φαίνεται. καὶ ἐλευθέριον. καὶ πρέπον τῇ τοῦ παιδίου ἡλικίᾳ. ὅταν δὲ
σαφῶς διαλεγομένου παιδαρίου ἀκούσω πικρόν τί μοι δοκεῖ χρῆμα εἶναι. καὶ ἀνιᾷ μου τὰ ὦ-
τα. καί μοι δοκεῖ δουλοπρεπές τι εἶναι. ὅταν δὲ ἀνδρὸς ἀκούσῃ τις ψελλιζομένου. ἢ παίζοντα ὁ-
ρᾷ καταγέλαστον φαίνεται. καὶ ἄνανδρον. καὶ πληγῶν ἄξιον. ταυτὸν οὖν ἔγωγε τοῦτο πάσχω καὶ
πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας. παρὰ νέῳ μὲν γὰρ μειρακίῳ ὁρῶν φιλοσοφίαν ἄγαμαι. καὶ πρέπειν
μοι δοκεῖ. καὶ ἡγοῦμαι ἐλεύθερόν τινα εἶναι τοῦτον τὸν ἄνθρωπον. τὸν δὲ μὴ φιλοσοφοῦντα. ἀνελεύ-
θερόν τινα εἶναι καὶ οὐδέποτε οὐδενὸς ἀξιώσαντα ἑαυτὸν οὔτε καλοῦ οὔτε γενναίου πράγμα-
τος. ὅταν δὲ δὴ πρεσβύτερον ἴδω ἔτι φιλοσοφοῦντα καὶ μὴ ἀπαλλαττόμενον πληγῶν ἐμοὶ

Jn adoleſcentia ꝛ nō ſenio philoſophandum ē auctore Gorgiate

δοκεῖ ἤδη δεῖσθαι ὦ σώκρατες οὗτος ὁ ἀνὴρ ὃ γὰρ νῦν δὴ ἔλεγον. ὑπάρχει τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ κἂν πάνυ εὐφυὴς ᾖ ἀνάνδρῳ γενέσθαι. φεύγοντι τὰ μέσα τῆς πόλεως καὶ τὰς ἀγορὰς ἐν αἷς ἔφη ὁ ποιητὴς. τοὺς ἄνδρας ἀριπρεπεῖς γίνεσθαι καταδεδυκότι δὲ τὸν λοιπὸν βίον βιῶναι μετὰ μειρακίων ἐν γωνίᾳ τριῶν ἢ τεττάρων ψιθυρίζοντα. ἐλεύθερον δὲ καὶ μέγα καὶ ἱκανὸν. μηδέποτε φθέγξασθαι. ἐγὼ δὲ ὦ σώκρατες πρὸς σὲ ἐπιεικῶς ἔχω. καὶ φιλικῶς. κινδυνεύω οὖν πεπονθέναι νῦν ὅπερ ὁ ζῆθος πρὸς τὸν ἀμφίονα ὁ εὐριπίδου οὗπερ ἐμνήσθην. καὶ γὰρ ἐμοὶ. τοιαῦτ᾽ ἄττα ἐπέρχεται πρὸς σὲ λέγειν, οἷάπερ ἐκεῖνος πρὸς τὸν ἀδελφόν ὅτι ἀμελεῖς ὦ σώκρατες ὧν δεῖ σε ἐπιμελεῖσθαι. καὶ φύσιν ψυχῆς ὧδε γενναίαν. μειρακιώδει τινὶ διαπρέπεις μορφώματι. καὶ οὔτ᾽ ἂν δίκης βουλαῖσι προσθεῖο ἂν ὀρθῶς λόγον. οὔτ᾽ εἰκὸς ἂν καὶ πιθανὸν ἂν λάβοις. οὔθ᾽ ὑπὲρ ἄλλου νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιο. καίτοι ὦ φίλε σώκρατες καί μοι μηδὲν ἀχθεσθῆς, εὐνοίᾳ γὰρ ἐρῶ τῇ σῇ οὐκ αἰσχρὸν δοκεῖ σοι εἶναι οὕτως ἔχειν. ὡς ἐγώ σε οἶμαι ἔχειν. καὶ τούς ἄλλους τοὺς πόρρω ἀεὶ φιλοσοφίας ἐλαύνοντας νῦν γὰρ εἴ τις σου λαβόμενος. ἢ ἄλλου ὁτουοῦν τῶν τοιούτων. εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπάγοι. φάσκων ἀδικεῖν μηδὲν ἀδικοῦντα οἶσθ᾽ ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις. ὅτι χρήσαιο σαυτῷ. ἀλλ᾽ ἰλιγγιώης ἄν. καὶ χασμῷο οὐκ ἔχων ὅτι εἴποις. καὶ εἰς τὸ δικαστήριον ἀναβὰς κατηγόρου τυχὼν πάνυ φαύλου καὶ μοχθηροῦ. ἀποθάνοις ἂν εἰ βούλοιτο θανάτου σοι τιμᾶσθαι. καίτοι πῶς σοφὸν τοῦτό ἐστιν ὦ σώκρατες. εἴ τις εὐφυῆ λαβοῦσα τέχνη φῶτα. ἔθηκε χείρονα. μήτε αὐτὸν αὑτῷ δυνάμενον βοηθεῖν μηδ᾽ ἐκσῶσαι ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων. μήτε ἑαυτὸν, μήτε ἄλλον μηδένα. ὑπὸ δὲ τῶν ἐχθρῶν περισυλᾶσθαι πᾶσαν τὴν οὐσίαν. ἀτεχνῶς δὲ ἄτιμον ζῆν ἐν τῇ πόλει τὸν τοιοῦτον. ἔτι καὶ ἀγροικότερον εἰρῆσθαι ἔξεστιν ἐπὶ κόρρης τύπτοντα μὴ διδόναι δίκην ἀλλ᾽ ὦ ἀγαθὲ ἐμοὶ πείθου. παῦσαι δὲ ἐλέγχων. πραγμάτων δ᾽ εὐμουσίαν ἄσκει. καὶ ὁπόθεν δόξεις φρονεῖν. ἄλλοις τὰ κομψὰ. ταῦτ᾽ ἀφεὶς. εἴτε ληρήματα χρὴ φάναι εἶναι εἴτε φλυαρίας. ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις. ζηλῶν οὐκ ἐλέγχοντας. ἄνδρας τὰ μικρὰ ταῦτα. ἀλλ᾽ οἷς ἔστι καὶ βίος καὶ δόξα καὶ ἄλλα πολλὰ ἀγαθά. Philoſophia ſane o Socrates res eſt elegans: ſi modice quiſpiam per ætatem attigerit: at ſi supramodum tempus in ea cōtriuerit: hominum eſt corruptela. nam ſiquis uel amœno ſit acriq; ingenio: ultraque ætatem philoſophetur. neceſſum eſt eum rerum omnium eſſe imperitum. quarum uſu calleat oportet quiſquis honeſtus probusq; eſt futurus. Legum enī ciuilium peritia & oratiōis uacat quibus in actionibus ac commerciis: cum hominibus: tum priuatim: tum publice uti conuenit. uoluptatum item atq; cupiditatum humanarum: & morum euadunt prorſus inſolentes. Q uum itaq; in ullam quampiam īcidunt priuatam: publicāue actionem. habentur deridiculi perinde: ac uiri ciuiles ipſi: ubi ueſtra adeunt ſtudia: & diſputationes irridentur. Accidit iis enim illud Euripidis. Q ua in re clarus quiſq; eſt: ad eam properat. & diei partem illi plurimā īpertit: ī qua ipſe ſe exupet cōtra in qua ſtupidior ac nihil ſit: inde effugit: eaq; cōtemnit. Alterā uero ſui beniuolentia cōmendat: arbitrās ita ſeſe laudare. Sed p̄ſtat (ſicuti opinor) utriuſq; eē participē. Phiæ inq̄: quoad illius honeſtas ſinit: diſciplinæ grā cōpotē fieri: neq; turpe habet adoleſcentē philoſophari: at quū grādis iā natu philoſophat᷑: ridicula res o Socrates gerit᷑. atq; eqdē ita penes philoſophātes afficior: ueluti erga balbutiētes: ludēteſq;: Q uū enī puerulū uideā: cui decorū adhuc eſt: ſic līgua balbutiētē: ac ludentē demulceor. reſq; mihi quidē feſtiua & liberalis uidet᷑: puerilicq; ætati cōgruēs. Q uod ſi uolubiliter puerulū loquē

Laus phie

Euripidis ſententia

Puerulū

tē audiā:acerba q̄piā res mihi oborit᷑.& aures meæ moleſtia afficiunt᷑. uidet᷑-
q; neſcio qd eē ſeruile.At ſiqs uirū audierit balbutientē:aut ludentē uideat:res
uidet᷑:& deridēda & puerilis: & deniq; digna uerberib⁹.Ita eqdē afficior ſane
eoꝝ q philoſophant᷑ rōne.Vbi enī in adoleſcēte phiam aſpicio : oblector: ex-
oſculorq;.& id mihi uidet᷑ ꝑdecere.igeniū quoq; ac liberalē hūc eē hoīem iudi
co.ecōtrario ſi nō philoſophat᷑ illiberalē & ſeſe nūq̄ re ulla dignū uel honeſta
uel igenua arbitrātē.Verū quū ſeniorē iā hoīem philoſophantē adhuc necdū
faciērē finē pſentio uerberibus egere cōmodū uir ille mihi uidet᷑.Q d᷑ enī mo-
do dixi:id hoī iſti accidit.ut etſi ſit admodū igenioſus:uilis atq; abiectus effici
at᷑;quū mediam ciuitatē forūq; defugiat.In quo poeta īquit uiros excellēr̄. Ab
dat ſeuero & uitæ reliquū cū adoleſcētulis trib⁹.aut quatuor degat:in anguloꝝ
aliquo cōmurmurās.igeniū aūt quicq̄ magnū dignū haud unq̄ loquat᷑. Eqdē
o Socrates ꝓ mea erga te beniuolētia:atq; humanitate uideri mihi uideor affi-
ci in præſentia eodē modo quo Zetus reſpectus Amphionis:apud Euripidē:
cuius modo mētionē feci.Etenī mihi quoq; eiuſmodi q̄dā tecū ut fabuler ī mē
tē uenit:q̄lia cū fratre ille.neglectui habes o Socrates ea quæ debes curare ani-
miq; naturā tui uſq; adeo nobilē puerili quodā ornamēto cōdecoras. nec foro
ſenatuiue oratiōis quicquā recte affers.neq; ꝓbabilē.aut cōſentientē ullā ratio
nē īueniſti:neq; uero ꝓ aliis cōſiliū integrū cœpiſti.atq amice Socrates: quod
ægre ne feras uelim.loquor enim tua cauſa ſumma cum beniuolentia. An tibi
nō turpe uideatur:ita te gerere:ut ego te habere exiſtimo:& cæteros qui ultra
iuſtū pergant philoſophari᷑ nam ſi quis te nunc:aut alium eiuſmodi quemli-
bet ad carcerem rapiat:iniuriam te quidem intuliſſe arguens. qui culpa omni-
no uaces:noſtri ne te minime habiturum quonam te pacto tuearis.Sed uerti-
gine uexeris:ac cōſilii inops oſcites qd dicas:qd agas.In iudicio itē ſuggeſtū
cōſcendēs ſi īprobus admodū ac nequā aduerſarius tuus ſit:mori de facili que
as : ſi te ille capitali deferat crimine.Verū quo nam pacto Socrates hoc ſapiē-
tis ſit:ſi qua ars aliquē præſtantē ingenio uirum nacta:deteriorem illum effece
rit:qui neq; ſibiipſi auxilio eſſe poſſit periculiſq; extremis liberare neq; ſe:nec
alium quenq̄.Sed ab inimicis bonorum omnium facultate ſpoliari neceſſe ſit:
& palam quidem infelicem degere:liceat enim quamq̄ agreſtius uera dicere:
ſiquis in genam te percuſſerit:pœnas non det.Sed heus uir bone mihi obtem-
pera:atq; a redargutionibus iſtis te abſtine:rerūq; elegantiā cole: & eam ſane
unde recte ſentire uideare: aliis miſſa faciens iſta arguta: ſiue deliramēta:ſiue
nugalia deceat appellare:quibus efficiat᷑ ut domos inanes habites:atq; ſeq uēs
nō eos:qui exigua iſta reprehendūt:ſed illos potius a quibus & facultates &
gloria & bona alia permulta poſſident᷑.Hæc Plato ſub perſona quidem :ſicuti
dixi nō proba.ſed cum ſenſu:tamen intelligentiæq; cōm unis fidæ:& cum qua
dam indiſſimulabili ueritate diſſeruit.Non de illa ſcilicet philoſophia : quæ
uirtutum omnium diſciplina eſt:quæque in publicis ſimul & priuatis officiis:
excellit:ciuitateſque & rempu.ſi nihil ꝓhibeat:conſtanter & fortiter & perite
adminiſtrat:ſed de iſta futili atq; puerili meditatiōe a rgutiaꝝ nihil ad uitā neq;
tuendam:

In adulterio uxorē tuā si phēdisses: sine iudicio impune necares

tũ ēdā: neq; ordinandā ꝓmouēte.qua id genus hoīes cõſeneſcũt male feriati: quos phōs eē & uulgus putat:& iis putabat:ex cuius pſona hæc dicta ſunt.

¶ Verba ex oratione.M.Catonis de mulieꝝ ueteꝝ uictu: & moribus:atq; inibi qđ fuerit ius marito in adulterio uxorē deprehēſam necare. Cap.XXIII

Mulieres abſtemiæ
Temetũ

QVi de uictu atq; cultu po.Ro.ſcripſerũt:mulieres romæ atq; in latio ætatē abſtemiā egiſſe hoc eſt uino ſemp:qđ temetũ priſca lingua appellabat̃.abſtinuiſſe dicũt:iſtitutũq; ut cognatis oſculũ ferrēt:reprehēdēdi cã:ut odor indiciũ faceret ſi bibiſſent.Bibere aũt ſoliras ferunt laureā:paſſum:murinā: & q̃d genus epotāt: potu dulcia:Atq; hæc qdē in iis qbus dixi libris puulgata ſũt.Sed.M.Cato nō ſolũ exiſtimatas: ſed mulctatas quoq; a iudice mulieres refert nō minus ſi uinũ i ſe:q̃ ſi pbrũ & adulteriũ admiſiſſent.Verba.M.Catōis adſcripſi ex oratiōe quæ inſcribit̃ de dote.in qua id quoq; inſcriptũ eſt:In adulterio uxores deprehēſas ius fuiſſe maritis necare.Vir inquit quũ diuortiũ facit mulieri iudex pro cēſore eſt:Imperiũ quod uidet̃ hēt.ſiqd pũerſe:tetreq; factũ eſt a muliere: mulctat̃:ſi uinũ bibit.ſi cũ alieno uiro probri quid facit: cōdemnat̃.De iure autē occidēdi ita ſcriptũ eſt.In adulterio uxorē tuā ſi prehēdiſſes:ſine iudicio impune necares.Illa te ſi adulterares)digito non auderet contingere neq; ius eſt.

De mulierum veterum victu

¶ Die priſtini:& die craſtini:& die quarti:& die quinti.qui elegantius locuti ſunt dixiſſe:non ut ea uulgo dicuntur nunc. Cap. XXIIII.

Die qrto
Die qnto
Die qnte
Die quiti
Diuus Auguſtus
Dicunt

DIe quarto:& die quinto:quod græci εἰς τετάρτην καὶ πέμπτην: idest in quartā & quintam dicunt: ab eruditis quoq; dici audio: & qui aliter dicit pro rudi atq; indocto deſpicitur.Sed.M.Tullii ætate ac ſupra eam non opinor: ita dixerũt.die qnte.n.& die quinti pro aduerbio copulate dictũ eſt.& ſecũda in ea ſyllaba correpta:Diuus etiā auguſtus memoriaꝝ ueterum exequētiſſimus:linguæ latinæ non neſcius munditiarum patris ſui in ſermonibus ſectator:in epiſtolis plurifariā ſignificatiōe iſta dierũ non aliter uſus eſt.Is autē erit perpetuæ ueterum conſuetudinis demonſtrādæ gratia:uerba ſolēnia prætoris ponere quibus more maioꝝ ferias cōcipere ſolet:quæ appellant̃ cōpitalia.ea uerba hæc ſunt.Dienoni po.Ro.quiritibus cōpitalia erunt:quando concepta fuerint nefas.Dienoni prætor dicit:nō die nono:neq; prætor ſolũ:ſed pleraq; oīs uetuſtas ſic locuta eſt.Venit ecce illius uerſus pōponiani in mēte:q eſt ex attellana: quæ Metui aſcribit̃:dies hic ſextus:quũ nihil egi diequarte moriar fame.Suppetit ēt Cælianũ illud ex libro hiſtoriaꝝ ſecũdo.Si uis mihi æqratũ dare: & ipſi cũ cætero exercitu me ſeq; dieqnti Romæ in capitoliũ curabo tibi cœna ſit cocta.Et hiſtoriā āt:& uerbũ hoc ſumpſit Cælius ex origine.M.Catōis:in quo ita ſcriptũ eſt.Igit̃ dictatorē carthaginēſiũ magr̃ eqtũ monuit:Mitte mecũ Romā equitatũ:diequiti in capitolio tibi cœna cocta erit.Extremā iſtius uocis ſyllabā: tum per e:tum per i ſcriptā legi:Nam ſane q̃ cōſuetũ ueteribus fuerat litteris iis plerũq; uti indifferenter.ſicuti priſtini:& priſtine:procliue & procliui:atq; alia item multa hoc genus uarie dixerũt.Die priſtini quoq; eodem modo dicebatur.quod ſignifi

Suppetit

Die priſtini

cabat die priſtino:ideſt priore:quod uulgo pridie dicitur: conuerſo compoſi-
tionis ordine: quaſi priſtino die: Atque item ſimili figura die craſtini dice-
cebat̃:ideſt craſtino die. Sacerdotes quoq; populi ~~Romani tunc:quum dicũt~~
~~in diem tertium:die perendini dicũt~~. Sed ut pleriq; die priſtini: Ita. M. Cato in
orõne contra Furiũ: die proximi dixit. die quarto autẽ. Cn. Martius hõ impẽſe
doctus: ĩ mimiãbis pro eo dixit: qđ nudiuſquartus nos dicimus ĩ his uerſibus

Die pendini

Impeſe doctus

~~Nuper die quarto ut recordor: & certe~~
~~Aquarium urceum unicum domi fregit.~~
~~Hoc igit̃ itererit: ut die q̃rto qdẽ de p̃terito dicam᷒ die q̃rte aut q̃rti de futuro.~~

Die q̃rto & Die q̃rti

¶ Telorũ: & iaculoꝝ: gladiorumq; uocabula. atq; inibi nauiũ quoq; genera:
quæ ſcripta in ueteꝝ libris reperiunt̃. Cap. XXV

TElorum: iaculoꝝ: gladiorũq; uocabula: quæ in hiſtoriis ueteribus
ſcripta ſunt. Item nauigiorum quoq; genera et nomina libitum
forte nobis eſt ſedẽtibus in rheda cõquirere. neq; itidẽ aliaꝝ inep
tiarum uacantem ſtupẽtemq; animum occupare. Quæ tum igit̃
ſuppetierãt: hæc ſunt. haſta: pilum: phalarica: ſemiphalarica: ſolliferrea/geſa.
lancea: ſpari: rumigeſtri: faces: tragulæ: frameæ: meſanculæ: cateiæ: rhũpheæ.
ſcorpius: ſcibones: ſilices: ueruta: enſes: ſiccæ: machæræ: ſpatæ: lingulæ: pu-
giones: climacula. De lingula quoniã eſt minus frequẽs admonẽdũ exiſtimo
lingulam ueteres dixiſſe gladiolum ablongum: in ſpeciem linguæ factum. cu
ius meminit Neuius in tragœdia heſiona. uerſum Neuii appoſui.

Nomina telorum

Nomina telorũ

Ligulam

Sine mihi gerere morem uidear lingua: uerum lingula.

Rũphea

Item rũphea genus teli eſt thracæ nationis. poſitũq; hoc uocabulũ in. Q. En-
nii ãnaliũ. xiiii. Nauiũ aũt quas reminiſci tunc potuimus: appellatiões hæ ſũt:
gauli: coruitæ: caudicæ: longæ: hippagines/cercuri/celoces: uel ut græci dicũt
celetis lembus/oxiæ/remicculi/actuariæ/quas græci ἰσοδόπους uocãt: uel ἐπιτα-
ρίδας. pſumiæ: uel geſeoretæ: uel orioles/cattæ/ſcaphæ/pontones/nuctuciæ/
mediæ/phaſelli: parones/mioparones/lintres/caupulica/mareplacidæ cida-
rum/ratariæ/cataſcopium.

Genera nauiũ uide

¶ ~~Inſcite ab Aſinio Pollione reprehẽſum Saluſtiũ: q̃ traſfretationẽ tranſgreſ~~
~~ſum dixerit: et traſgreſſos qui tranſfretaſſent.~~ Cap. XXVI

ASinio Pollioni in quadã epiſtola: quã ad Plancũ ſcripſit: et quibuſ
dã aliis. C. Saluſtius inique dignus nota uiſus eſt: q̃ ĩ primo hiſto
riaꝝ maris tranſitũ: trãſmiſſumq; nauibus factũ: trãſgreſſum ap-
pellauit. eoſq; qui fretũ trãſmiſerãt. quos trãſfretaſſe dici ſolitũ eſt
tranſgreſſos dixit. uerba ipſa Saluſtii poſuit. Itaque Sertorius leui præſidio re
licto in mauritania: nactus obſcuram noctem: æſtu ſecundo: furtim aut celeri
tate uitare prælium in tranſgreſſu conatus eſt. ac deinde infra ita ſcripſit. Trãſ
greſſos oĩs recipit mons receptus a luſitanis. Hoc igitur et minus proprie/et
& a nullo graui auctore dictũ aiunt. Nã trãſgreſſus inquit & ingreſſus. a tranſ
grediẽdo dicunt̃ idq; ipſum ab ingreſſu: & a pedũ gradu appellatũ eſt. iccirco
uerbũ trãſgredi cõuenire non putauit. Neq; uolantibus. neq; ſerpentibus: neq;

Trãſgredi

nauigãti bus

nauigãtibus/ ſed iis ſolis qui gradiunt̃: & pedibus iter emetiunt̃. propterea negant apud ſcriptorẽ idoneum: aut nauium trãſgreſſum reperiri poſſe: aut ꝑ transfretatiõe trãgreſſum. Sed quæro ego: cur non ſicuti curſus nauium recte dici ſolent: ita trãſgreſſus etiam nauibus factus dici poſſit: præſertim cum breuitas tam anguſti freti: quod terrã africam hiſpaniãq; interfluit: elegantiſſimæ trãſgreſſionis uocabulo: quaſi paucoꝝ graduũ ſpaciũ definita ſit. Qui auctoritatem aũt requirũt: & negant dictũ ingredi: trãſgrediue in nauigãtibus: uolo uti reſpondeãt quãtũ exiſtimẽt intereſſe: ingredi: atq; ambulare. atqui Cato in libro de re ruſtica. Fundus inquit eo in loco habendus eſt: ut & oppidum prope amplum ſit: & mare aut amnis qua naues ambulant. Appetitas porro huiuſcemodi tranſlationes: habitaſque eſſe pro honeſtamentis orationis. Lucretius quoque teſtimonium in hac eadem uoce dicit. in quarto enim libro clamorem per arterias: & per fauces gradientem dicit. quod eſt nimio confidentius: q̃ illud de nauibus Saluſtianum. Verſus Lucretii hi ſunt.

Naues ambulãt

Corpoream quoq; enim uocem conſtare fatendum eſt:
Et ſonitum: quoniam poſſunt impellere ſenſus.
Præter radit enim uox fauces ſæpe. facitq;
Aſperiora foras gradiens arteria clamor.

Gradiens clamor

Præterea Saluſtius in eodem libro: non eos ſolum qui nauibus ueheretur: ſed & ſcaphas quoq; nantes progreſſas dicit. Verba ipſa de ſcaphis poſui. Earum aliæ paululum progreſſæ: nimio ſimul & incerto onere: quum pauor corpora agitauerat: deprimebantur.

¶ Hiſtoria de populo romano, deq; populo punico/ q̃ pari propemodum uigore fuerint æmuli. Caput XXVII

IN libris ueteribus memoria extat/ q̃ par fuit quondam uigor/ & acritudo: amplitudo po. Roma. atque pœni: neque immerito exiſtimatum. Nam cum aliis quidem populis, de uniuſcuiuſq; reipnbli. cum pœnis aũt de omnium terrarum imperio decertatum eſt. Eius rei ſpecimen eſt in illo utriuſq; populi uerbo factum. Quum. Q. Fabius imperator Romanus dedit ad carthaginenſes epiſtolam, ibi ſcriptum fuit: populum Romanum miſiſſe ad eos haſtam & caduceum ſigna duo/ belli: aut pacis: ex quis utrum uellent eligerent: quod elegiſſent: id unum ut eſſe miſſum exiſtimarẽt. Carthaginenſes reſpõderunt: neutrum ſeſe eligere: ſed poſſe qui attuliſſent: utrum malent relinquere. quod reliquiſſent: id ſibi pro lecto futurum. M. Varro autẽ nõ haſtã ipſam: neq; ipſum caduceum miſſa dicit: ſed duas teſſerulas: in quaꝝ altera caduceũ: in altera ſimulacra haſtæ fuerũt inciſa.

¶ De ætatum finibus: pueritiæ: iuuentæ: ſenectæ ex Tuberonis hiſtoria ſumptum. Cap. XXVIII

TVbero in hiſtoriarum primo ſcripſit Seruium Tullium regem populi Romani: quũ illas quinq; claſſes junioꝝ cẽſus faciendi grã inſtitueret. pueros eſſe exiſtimaſſe: qui minores eſſent annis ſeptẽdecim. Atq; inde ab anno ſeptimodecimo: quos idoneos iã eſſe

Cẽſio de tribꝰ ætatibus Seruii Tullii Romani regis ſexti

Atq; particula q̄uid

reipu. arbitraret᷑. milites ſcripſiſſe. eoſq; ad annum quadrageſimū ſextū iuniores: ſupraque eum annum ſeniores appellaſſe. Eam rem propterea notaui: ut diſcrimina: quæ fuerunt indicio: moribuſq; maiorum pueritiæ: iuuentæ: ſenectæ ex iſta cenſione Seruii Tullii prudentiſſimi regis noſceretur.

¶ Quod particula atq; non complexiua tantum ſit: ſed uim habeat pluſculā uariamq;. Cap. XXIX.

Atq; cōiūctiua aliquando

Atq; particula a grāmaticis quidem coniunctio eſſe dicitur connexiua. Et plerūq; ſane coniungit uerba & connectit. Sed interdum alias quaſdā poteſtates habet non ſatis notas: niſi in ueterum litterarum tractatione: atque cura exercitatis. Nam pro aduerbio ualet: quum dicimus aliter ego feci: atq; tu. ſignificat enim aliter q̄ tu. Et gemina ſi fiat auget. intenditq; rem de qua agitur: ut animaduertimus in. Q. Ennii annalibus: niſi memoria in hoc uerſu labor.

Atq; pro q̄ aliquando

Atq; atq; accedit muros romana iuuentus:

Cui ſignificatiōi cōtrariū eſt: quod itidem a ueteribus dictum eſt. Deq; & p̄terea pro alio quoq; aduerbio dicit᷑. i. ſtatim. Quod in his Virgilii uerſibus exiſtimat᷑ obſcure: & inſequenter particula iſta poſita. Eſt autē. Sic omnia fatis.

In peius ruere: ac retro ſublapſa referri:
Non aliter: q̄ qui aduerſo uix flumine lembum
Remigiis ſubigit: ſi brachia forte remiſit:
Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni.

Atq; pro ſtatim

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER VNDECIMVS.

¶ De origine uocabuli terræ italiæ: deq; ea mulctaq; ſuprema appellatur: deque eius nominis ratione: ac de lege Aterina; Et quibus uerbis antiquitus multa minima dici ſolita ſit. Cap. I.

Cur Italia dicta eſt

Timæus in hiſtoriis: quas oratiōe græca de rebus populi Romāi compoſuit: &. M. Varro in antiquitatibus rerū humanaꝝ: terrā italiā de græco uocabulo appellatā ſcripſerūt: q̄m boues græca ueteri lingua ἰταλοὶ. i. uituli uocitati ſunt: quoꝝ in italia magna copia fuerit bucetaq; ī ea terra gigni: paſciq; ſolita ſint cōplurima. Cōiectare aūt ob eandem cauſam poſſumus: q̄ italia tunc eēt armētoſiſſima. Mulctāq; quæ appellatur ſuprema; inſtitutā in ſingulos dies. duarū ouium trigīta boum. pro copia ſcilicet boū proq; ouiū penuria. Sed quū eiuſmōi mulcta pecoris armētiq; a magiſtratib᷒ dicta erat: adigebāt᷑ boues oueſq; alias precii parui: alias maioris. eaq; res faciebat īæqualē mulctæ pœnitionē. Icirco poſtea lege ateria cōſtituti ſunt ī oues ſingulas æris deni: ī boues æris cēteni. Mīma āt mulcta eſt ouis unius. Supréa mulcta ē eius nūer ī: cui᷒ diximus:

Armētoſiſſima

Lex aterina

Lex Aterina

ultra quem mulctam dicere in dies ſingulos ius non eſt. & propterea ſuprema appellatur: ideſt ſumma & maxima. Quando igitur nūc quoque a magiſtratibus Popu. Roma. more maiorum mulcta dicitur: uel minima uel ſuprema obſeruari ſolet ut oues genere uirili appellentur. atque ita. M. Varro uerba hæc legitima: quibus minima mulcta diceretur: concepit. M. Terentio: quando citatus: neque reſpondit: neque excuſatus eſt. ego ei unum ouem mulctam dico. ac niſi eo genere diceretur, negauerunt iuſtam uideri mulctam. Vocabulum autem ipſum mulctæ idem. M. Varro in undeuiceſimo: rerum humanarum: non latinum: ſed ſabinum eſſe dicit. Idque ad ſuam memoriam manſiſſe ait in lingua Samnitium: qui ſunt a ſabinis orti. Sed turba grammaticorum nouitia ea κατ᾽ ἀντίφρασιν. i. per contrariam dictionem: ut quædam alia: ita hoc quoq; dici tradiderūt. Quum autem uſus & mos ſermonū is ſit: ut ita & nunc loquamur ut pleriq; ueterum locuti ſunt: mulctam dixit. & mulcta dicta eſt. Non eſſe ab re putaui notare: q;. M. Cato aliter dixit. nam in quarto originum uerba hæc ſunt. Imperator noſter: ſi quis extra ordinem depugnatū iuit ei mulctam facit. Poteſt autem uideri conſulta elegantia uitaſſe uerbum quum in caſtris & in exercitu mulcta fieret: non in comitio: nec ad populum diceretur.

Ouis maſculini generis

Quod elegātia: apud antiquiores: non de amœniore īgenio: ſed de nitidiore cultu: atq; uictu dicebatur: quod in uitio ponebatur. Cap. II.

ELegans homo dicebatur cum laude: ſed id fere uerbum ad ætatem. M. Catonis uitii non laudis fuit. Eſt namque hoc animaduertere: quum in quibuſdam aliis tum in libro Catonis: qui inſcriptus eſt carmen de moribus. ex quo libro uerba hæc ſunt. Auaritiam omnia uitia habere putabant: ſumptuoſus: cupidus: elegans: uitioſus. irritus qui hēbatur: is laudabatur. Ex quibus uerbis apparet elegantem dictum antiquitus: non ab ingenii elegantia: ſed qui nimis læto. amœnoq; cultu: uictuq; eſſet. Poſtea elegans reprehēdi quidem deſiit: ſed laude nulla dignabatur: niſi cuius elegantia erat moderatiſſima. Sic. M. Tullius. L. Craſſo: &. Q. Scæuolæ: non meram elegantiam: ſed multa parſimonia mixtam laudi dedit. Craſſus inquit erat parciſſimus elegantium. Scæuola parcorum elegantiſſimus. Præterea ex eodem libro Catonis: hæc etiam ſparſim: & interciſe commeminimus. Veſtiri inquit in foro honeſte: mos erat. domi quod ſatis erat. equos carius q̄ coquos emebant. Poeticæ artis honos non erat. Siquis in ea re ſtudebat: aut ſeſe ad conuiuia applicabat. graſſator uocabatur. Illa quoque ex eodem libro præclare ueritatis ſententia eſt. Nam uita inquit humana prope uti ferrum eſt. Ferrum ſi exerceas conteritur: ſi non exerceas: tamen rubigo interficit. Item homines exercendo uidemus conteri. Si nihil exerceas inertia atque torpedo plus detrimenti facit q̄ exercitio.

M. Cato de uita humana ſimili ferro

Qualis quantaq; ſit pro particulæ uarietas. deq; exemplis eius uarietatis. Cap. III.

QVando ab arbitriis: negociiſq; ocium eſt: & mutandi corporis gratia: aut ſpatiamur: aut uectamur: quærere nonnunq̄ apud memeti

pſum ſoleo res eiuſmodi paruas:quidem:minutaſq; & hominibus non bene eruditis aſpernabiles:ſed ad ueterum ſcripta penitus noſcenda : & ad ſcientiam linguæ latinæ:cum primis neceſſarias:uelut eſt:quod forte nuper in præneſtino receſſu ueſpertina ambulatione:ſolus ambulans conſiderabam.Q ualis quantaque eſſet particularum quarundam in oratione latina uarietas : quod genus eſt: præpoſitio pro. Aliter enim dici uidebam pontifices pro collegio decreuiſſe. Aliter quempiam teſtem introductum pro teſtimonio dixiſſe. Aliter.M.Catonem in originum.iiii. Prœlium factum depugnatumque pro caſtris ſcripſiſſe. Et item in quinto. V rbes inſulaſque omnis propago Illyrico eſſe. Aliter etiam dici pro æde Caſtoris : aliter pro roſtris:aliter pro tribunali aliter pro concione . atque aliter tribunum plebis pro poteſtate interceſſiſſe. Sed has omnis dictionis qui aut omnino ſimiles : & pares:aut uſquequaque diuerſas exiſtimaret:errare arbitrabar. Nam uarietatē iſtam eiuſdem quidem fontis &capitis non eiuſdem tamen eſſe finis putabam.Q uod profecto facile intelliget: ſi quis adibeat ad meditationem ſuam intentionem:& habeat ueteris orationis uſum atq; notitiam celebriorem.

Pro præpoſitio

¶ Q uem in modū.Q .Ennius uerſus euripidis æmulatus ſit. Cap. IIII.

EVripidis uerſus ſunt in Hecuba:uerbis ſententia: breuitate inſignes:illuſtreſq; Hecuba eſt ad Vlyxem dicens.

τὸ δ᾽ ἀξίωμα κ᾽ ἂν κακῶς λέγῃ τὸ σὸν.
πείσει λόγος γὰρ ἔκ τ᾽ ἀδοξούντων ἰών.
κ᾽ ἀκ τῶν δοκοῦντων αὐτὸς οὐ ταυτὸν σθένει.

Auctoritas uero:& ſi male dicat:tua
Perſuadebit.nam ab inexiſtimatis proficiſcens oratio:
Et ab exiſtimatis:eadem haud quaq̄ tantundem ualet.

Hos uerſus.Q .Ennius quum eam tragœdiam uerteret:nō ſane incommode æmulatus eſt. Verſus totidem Enniani hi ſunt.

Hæc tu & ſi peruerſe dices:facile achiuos flexeris.
Nam cum opulenti loquuntur pariter:atq; ignobiles.
Eadem dicta eademque oratio æqua non æque ualet.

Bene ſicuti dixi:Ennius. Sed tamen ignobiles ἀντί ἀδοξούντων.i.pro eo qđ inexiſtimatis.& ἀντί δοκούντων i.pro exiſtimatis: ſatiſfacere ſentētiæ nō uidēt.Nam neq; omnes ignobiles ἀδοξοῦσι.i. inæſtimati ſunt:neq; omnes opulenti ἐνδοξοῦσι.ideſt exiſtimati ſunt.

¶ De Pyrrhonibus philoſophis quædā:deq; academicis ſtrictim notata.deq; inter eos differentia. Cap. V.

Pyrrhonii Philoſophi

QVos pyrrhonios philoſophos uocamus:ii græco cognomēto σκεπτικοὶ.i.ideſt commentantes appellant̄ : Id ferme ſignificat:quaſi quæſtores & conſideratores . Nihil enim decernūt:nihil conſtituunt:ſed in quærēdo ſemper cōſiderādoq; ſunt:quidnam ſit omnium rerū:de quo decerni cōſtituiq; poſſit: Ac ne uidere quoq; plane qcq̄ neq; audire ſeſe putāt:ſed ita pati:afficiq; quaſi uideāt uel audiāt.eaq; ipa.quæ affectiones iſtas in ſeſe efficiāt:qualia & cuiuſmodi ſint: cōtantur: atq; inſiſtunt.

Omniumq;

Omniumq; rerũ fidem:ueritatemq; mixtis:confiſiſq; ſignis: ueri atq; falſi ita
incõprehenſibilẽ uideri aiunt:ut quibuſq; homo eſt:non præceps:neq; iudicii
ſui prodigus his uti uerbis debeat:quibus auctorẽ philoſophiæ iſtius Pyrrho
nem uſum eſſe tradunt: ἢν μᾶλλον οὕτως ἔχει τὸ δὲ ἢ ἐκεῖνος ἢ οὐδετέρως.i.haud ma
gis:ſic ſe hoc:q̃ illo habet modo:aut q̃ neutro.Iudicia enim rei cuiuſq;:& ſince
ras proprietates negant poſſe noſci:& percipi.idq; ipſum docere:atq; oſtende
re multis modis conant᷑.Super qua re Phauorinus quoq; ſubtiliſſime argutiſ-
ſimeq; decem libros cõpoſuit:quos πυῤῥωνίων τρόπων.i.Pyrrhonicoꝝ modorũ
inſcribit.Vetus aũt quæſtio:& a multis ſcriptoribus græcis tractata: an quid
& quantũ inter Pyrrhonios:& academicos philoſophos interſit? Vtrinq; enĩ
σκεπτικοὶ ἐφεκτικοὶ ἀπορρητικοὶ.i.cõmentantes:obligantes: ambigẽtes dicuntur:
quoniã utriq; nihil affirmant:nihilq; cõprehẽdi putant.Sed ex oĩbus rebus ꝑ-
inde uiſa fieri dicunt:quas φαντασίας appellant:nõ ut rerum ipſarũ natura eſt:
ſed affectio animi corporiſue eſt eoꝝ:ad quos ea uiſa ꝑueniunt. Itaq; oĩs om-
nino res quæ ſenſus hominũ mouent τῶν πρός τι.i.eoꝝ quæ ad aliquid/eſſe dicũt.
Id uerbũ ſignificat.Nihil eſſe quidq̃:quod ex ſeſe conſtet:nec qđ habeat uim
propriã:& naturã:ſed omnia prorſum ad aliquid referri:taliaq; uideri eẽ:qua-
lis ſit eoꝝ ſpecies:dum uident᷑:qualiaq; apud ſenſus noſtros:quo ꝑuenerunt:
creant᷑ non apud ſeſe unde profecta ſunt.Cum hæc aũt conſimiliter:tam Pyr
rhonii dicant/q̃ academici.differre tñ inter ſeſe:& ꝓpter alia quædã & uel ma
xime ꝓpterea exiſtimati ſunt:ꝙ academici quidẽ ipſum illud nihil poſſe com-
prehẽdi:quaſi cõprehendũt:& nihil poſſe decerni:quaſi decernũt.Pyrrhonii
ne id quidẽ ullo pacto uideri uerũ dicunt:ꝙ nihil eſſe uerum uidet᷑.

¶ Quod mulieres Romæ per Herculem non iurauerint:neque uiri per Ca-
ſtorem. Cap. VI.

IN ueteribus ſcriptis:neq; mulieres Romanæ per Herculẽ deierãt
neq; uiri ꝑ Caſtorẽ.Sed cur *illæ* nõ iurauerũt Herculẽ obſcurũ nõ
eſt.nã herculano ſacrificio abſtinẽt.Cur aũt uiri Caſtorẽ:iurantes
non appellauerũt nõ facile dictu eſt.Nuſq̃ igit᷑ ſcriptum inuenire *facile dictũ*
eſt apud idoneos quidẽ ſcriptores:aut mehercules/fœminã dicere: aut meca-
ſtor uirum.Edepol autem:quod iuſiurandum Per Pollucem eſt:& uiro & fœ-
minæ cõmune eſt.Sed.M.Varro aſſeuerat antiquiſſimos uiros:neque per Ca
ſtorem:neque per Pollucem deierare ſolitos:ſed id iuſiurandum fuiſſe tantum Edepol
fœminarum:ex initiis eluſinis acceptum.Paulatim tamen inſcitia antiquitatis
uiros dicere edepol accepiſſe:factumq; eſſe ita dicendi morem.Sed me caſtor
a uiro dici in nullo uetere ſcripto inueniri.

¶ Verbis antiquiſſimis:relictiſq;:& deſitis minime utẽdum. Cap. VII

VErbis uti/aut nimis abſoletis exculcatiſq;:aut inſolentibus:nouita-
tiſq; duræ & illepidæ par eſſe delictũ uidet᷑.Sed moleſtius equidẽ
culpatiuſq; eſſe arbitror:uerba noua incognita: inaudita dicere q̃
inuulgata & ſordentia.Noua autem uideri dico etiam ea quæ ſunt
inuſitata & deſita:tametſi ſint uetuſta.Eſt adeo id uitium plerumq; feræ eru-

ditionis: quam græci ὀψιμαθίαν: ideſt tardidiſcentiam appellãt. ut quod nunq̄
didiceris: diu ignoraueris: quum id ſcire aliquãdo cœperis magnifacias. Q uo
in loco quumq;: & quacunq; in re dicere: ueluti Romæ nobis præſentibus: ue
tus celebratuſq; homo in cauſis: ſed repentina: & quaſi tumultuaria doctrina
præditus: quum apud præfectũ urbis uerba faceret: & dicere uellet inopi quẽ
dam: miſeroq; uictu uiuere: & furfureum panem eſitare. uinumq; eructũ: &
fetidum potare: Hic īquit eques Romanus apludam edit: & floces bibit. Aſpe
xerunt omnes qui aderant alius alium: primo triſtiores turbato & requirente
uultu: quidnã illud utriuſq; uerbi foret. Poſt deinde quaſi neſcio quid thuſce:
aut gallice dixiſſet uniuerſi riſerunt. Legerat autem ille apludam ueteres ruſti
cos frumenti furfurem dixiſſe. Idq; a Plauto in comœdia: ſi ea Plauti eſt: quæ
aſtraba inſcripta eſt poſitum eſſe. Itẽ floces audierat priſca uoce ſignificare ui
ni fæcem e uinaceis expreſſam. ſicuti fraces ex oleis. Idq; apud Cæciliũ in poly
menis legerat: ea quæ ſibi duo uerba ad orationũ ornamenta ſeruauerat. Alter
quoq; a lectiõibus: id genus: paucis ἀπειρόκαλος. i. infinitus & inſolens. & ineru
ditus: quũ aduerſarius cãm differri poſtularet: inqt ſuccurre. Q uonãuſq; nos
bouinator hic demoret̃: atq; id uoce magna ter q̄terue ĩclamauit Bouiator: Cõ
murmuratio fieri cœpta eſt a pleriſq;: qui aderãt: quaſi monſtrũ uerbi admirã
tibus. At ille iactans & geſtiẽs. Non enim Luciliũ inquit legiſtis: qui tergiuer
ſatorem bouinatorẽ dicit: Eſt autem in Lucilii. xi. uerſus hic.

Hic ſtrigoſus/bouinatorq; ore improbus duro.

Apluda

Aſtraba

Floces uini

Fraces olei

Bouiator

¶ Q uid ſenſerit: dixeritq;. M. Cato de albino: qui hõ Romanus græca orõne res Romanas: uenia ſibi an e eius liguæ impitiæ petita cõpoſuit. Cap. VIII.

Aulus Albinus. M. Cato

IVſte uenuſteq; admodũ reprehẽdiſſe dicitur Au. Albinũ. M. Ca
to albinus qui cũ. L. Lucullo cõſul fuit: res Romanas oratiõe græ
ca ſcriptitauit. In eius hiſtoriæ principio ſcriptũ eſt ad hãc ſniam
Neminẽ ſuccẽſere ſibi cõuenire ſiquid in his libris parꝝ compoſi
te: aut minu s eleganter ſcriptũ foret. Nam ſum inquit hõ Romanus natus in
latio: græca oratio a nobis alieniſſima eſt. Ideoq; ueniam gratiãq; malæ exiſti
matiõis: ſiquid eſſet erratum. poſtulauit. Eam quum legiſſet. M. Cato. Næ tu
inquit Aule nimiũ nugator es: quũ maluiſti culpã deprecari: quã culpa uocare. Nam petere ueniam ſolemus: aut quum imprudens errauim us aut quum
compulſi peccauimus. Tibi inquit oro te: quis perpulit: ut id committeres:
quod prius q̄ faceres: peteres ut ignoſceretur. Scriptum eſt hoc in libro Cor
nelii Nepotis de illuſtribus libris.

¶ Hiſtoria de legatis Mileti & Demoſthene rhetore in libris Critolai repta.
Cap. IX.

Demoſthenes

CRitolaus ſcripſit legatos mileto publicæ rei cauſa ueniſſe Athe
nas fortaſſe an dixerit auxilii petendi gratia. Tum qui pro ſeſe:
uerba facerẽt: quos uiſum erat aduocaſſe Aduocatos: uti erat man
datum: uerba pro mileſiis ad populum feciſſe. Demoſthenem mi
leſiorum poſtulatis acriter reſpondiſſe: neq; mileſios auxilio dignatos: neq; ex

republica

republica id eſſe cōtendiſſe. in poſterum diem prolatā: legatos ad Demoſthenem ueniſſe: magnoq; opere oraſſe uti cōtra ne diceret. Eum pecuniā petiuiſſe: & quantum petiuerat: abſtuliſſe. Poſtridie cum res agi denuo cœpta eſſet: Demoſthenem lana multa collum ceruiceſq; circūuolutum/ad populum prodiſſe. & dixiſſe ſe συνάγχην: ideſt anginam pati. Eo cōtra mileſios loqui nō quire. Tum e populo unum exclamaſſe. Non συνάγχην: ideſt anginam. ꝙ Demoſthenes pateretur: ſed ἀργυράγχην: ideſt argentaginā eſſe. Ipſe etiā Demoſthenes: ut idem Critolaus refert: nō id poſtea cōcelauit. quin gloriæ quoque ſibi aſſignauit. Nam cum interrogaſſet Ariſtodemum actorem fabularum quātū mercedis: uti ageret accepiſſet: & Ariſtodemus talentum reſpondiſſet. At ego plus inquit accepi: ut tacerem. Ariſtodemus

❡ Quod. C. Gracchus in oratiōe ſua: hiſtoriā infraſcriptā Demadi rhetori: nō Demoſtheni attribuit. uerbaq; ipſius. C. Gracchi relata. Cap. X

QVod in capite ſuperiore a Critolao ſcriptū eſſe diximus: ſup Demoſthene: id. C. Gracchus in oratiōe: qua legē auferiā diſſuaſit: ī Demadē cōtulit uerbis hiſce. Nā uos quirites: ſi uelitis ſapientia: atq; uirtute uti: & ſi quæritis: neminē noſtrum inuenietis ſine precio huc prodire. Oēs nos: qui uerba facimus: aliquid petimus. Neq; ullius rei cauſa quiſq̄ ad uos ꝓdit: niſi ut aliquid auferat. Ego ipſe: qui apud uos uerba facio uti uectigalia ueſtra augeatis: quo facilius ueſtra cōmoda: & rēpublicam adminiſtrare poſſitis: nō gratis prodeo. Verum peto a uobis: nō pecuniā: ſed bonā exiſtimationē: atq; honorē. Qui prodeūt diſſuaſuri: ne hanc legem accipiatis: petunt: nō honorem a uobis: uerū a Nicomede pecuniā. Qui ſuadēt ut accipiatis: ii quoq; petunt nō a uobis bonā exiſtimationē: uerum a Mithrydate rei familiaris ſuæ: precium & premium. Qui aūt ex eodem loco atq; ordine tacent: ii uel acerrimi ſunt. Nā ab omnibus precium accipiūt: & omnis fallunt. Vos cum putatis eos ab his rebus remotos eē: ipartitis bonā exiſtimationem. Legationes aūt a regibus: cum putāt eos ſua cauſa reticere: ſumptus atq; pecunias maximas præbēt uti: ut in terra græcia. Quo in tempore tragœdus gloriæ ſibi ducebat: talentum magnum: ob unam fabulam datum eſſe: homo eloquētiſſimus ciuitatis ſuæ Demades ei reſpondiſſe dicitur. Mirum tibi uidetur: ſi tu eloquēdo talentum quæſiſti? Ego ut tacerem: decem talenta a rege accepi. Ididem nunc iſti præcia maxima ob tacēdum accipiūt.

❡ Verba. P. Nigidii: qbus differre dicit: mētiri & mēdaciū dicere. Cap. XI

VErba ſunt hæc ipſa. P. Nigidii hoīs in ſtudiis bonaꝝ artiū ꝓcellentis. Quē. M. Cicero ingenii doctrinarūq; noīe: ſūmæ reueritus eſt. Inter mēdaciū dicere: & mētiri diſtat. Qui mētit̄ ipſe nō fallitur: ſed alterum fallere conatur. Qui mēdacium dicit: ipſe fallitur. Itē hoc addidit. qui mētit̄ inqt fallit: quātū in ſe eſt. Itē hoc quoq; ſup eadem re dicit. Vir bonus inqt ꝑſtare debet: ne mētiat̄. Prudēs ne mēdaciū dicat. Alterū incidit in hominē: alterum nō. Varie mehercle: & lepide Nigidius tot ſententias in eandē rem: quaſi aliud atq; aliud diceret: diſparauit.

Mentiri
Mēdaciū dicere

¶ Quod Chryſippus philoſophus omne uerbum ambiguum: dubiumq; eſſe dicit Diodorus cōtra: nullum uerbum ambiguum eſſe putat. Cap. XII.

Chryſippus. Diodorus. cronus

CHryſippus ait: omne uerbum ambiguum natura eſſe: quoniam ex eodem duo uel plura accipi poſſunt. Diodorus autē cui Crono cognomentū fuit. Nullū īquit uerbū eſt ambiguū: nec quiſq̄ ambiguū dicit. aut ſentit. Nec aliud dici uideri debet: q̄ quod ſe dicere ſentit is qui dicit. At quū ego īquit aliud ſenſi: tu aliud accepiſti: obſcure magis dictū: q̄ ābigue uideri pōt. Ambigui enī uerbi natura illa eē debuit. ut q diceret: duo uel plura diceret. Nemo āt duo uel plura dicit: q ſe ſentit unū dicer̄.

¶ Quid. T. Caſtritius de uerbis: deq; ſentētia quadā. C. Gracchi exiſtimauerit. Quodq; eſſe eam ſine ullo ſenſus emolumento docuerit. Cap. XIII.

Verba C. gracchi:

APud. T. Caſtritium diſciplinæ rhetoricæ doctorē graui atq; firmo iudicio uirum legebatur oratio. C. Gracchi in. P. popiliū. In eius orationis pricipio collocata uerba ſunt accuratius: modulatiuſq;: q̄ ueterum oratorum cōſuetudo fert. Ea uerba ſicuti dixi compoſita hæc ſunt. Quæ uos cupide per hoſce ānos appetiſtis. atq; uoluiſtis: ea ſi temere repudiaritis: abeſſe non poteſt: quin aut olim cupide appetiſſe: aut nūc temere repudiaſſe dicamini. Curſus igitur hic: & ſonus rotundæ uolubiliſq; ſententiæ: eximie nos & unice delectabat. Tanto id magis: qd' iam tūc. C. Graccho uiro illuſtri: & ſeuero eiuſmodi compoſitionem fuiſſe cordi uidebamus. Sed enim quum eadem ipſa uerba ſæpius petentibus nobis lectitarentur: admoniti a Caſtritio ſumus. ut conſideraremus: quæuis: quodue emolumentum eius ſententiæ foret. Neq; pateremur ut aures noſtræ cadentis apte orationis modis eblanditæ: animum quoq; nobis uoluptate inani perfunderent. Cumq; nos admonitione iſta attentiores feciſſet: Inſpicite inquit penitus quid efficiat uerba hæc: dicatq; mihi quæſo aliquis ueſtrum an ſit ulla huiuſce ſententiæ aut grauitas aut gratia? Quæ uos cupide per hoſce annos appetiſtis atque uoluiſtis: ea temere ſi repudiaritis: abeſſe non poteſt: quin aut olim cupide appetiſſe: aut nūc temere repudiaſſe dicamini. Cui enim omnium hominum in mētem non uenit: id profecto uſu uenire: ut quod cupide appetieris: cupide appetiſſe: & quod temere repudiaueris: temer̄ repudiaſſe dicaris? At ſit opinor inq̄t ita ſcriptum eſſet. Quæ uos per hoſce annos appetiſtis: atq; uoluiſtis: ea nunc ſi repudiaritis: abeſſe non poteſt: quin aut olim cupide appetiſſe: aut nūc temere repudiaſſe dicamini. Si inquit ita diceretur: grauior ſcilicet ſolidiorq; fieret ſententia: & acciperet aliquid iuſtæ in audiendo expectationis. Nunc autem uerba hæc cupide: & temere: in quibus uerbis omne momentum rei eſt: in cōcludenda ſententia tantum dicuntur: ſed ſupra quoque nōdum deſiderata ponuntur. Et quæ naſci. oririq; ex ipſa rei conceptione debebant: ante omnino: q̄ res poſtulat: dicuntur. Nam qui ita dicit: ſi hoc feceris: cupide feciſſe diceris: rem dicit ſenſus alicuius ratione collectam & confectam. Qui uero ita dicit: ſi cupide feceris: cupide feciſſe diceris nō lōge ſecus dicit: atq; ſi diceret ſi cupide feceris: cupide feceris. Hæc ego īq̄t admonui: nō tu. C. Graccho uitio darē.

Cupide Temere

Dii enim

Dii enim mentem meliorem mihi. nam ſi quicq̃ in tam fortis facundiæ uiro uitii: uel erroris eſſe dici poteſt: id omne & auctoritas eius exhauſit: & uetuſtas conſumpſit. Sed uti caueretis ne uos facile perſtrigeret modulatus aliquis currentis facundiæ ſonitus. Atq; ut uim ipſam rerum uirtuteq; uerborũ prius pẽſitaretis. & ſiquidem grauis: atq; integra: & ſincera ſententia diceretur: tũ ſi ita uideretur: greſſibus quoq; ipſis orationis geſtibus plauderetis. Si uero frigidi & leues: & futiles ſenſus in uerba apte: numeroſeq; poſita icluderetur: nõ eſſe id ſecus crederetis: q̃ cum homines inſigni deformitate: ad facienda ridicula imitantur hiſtriones: & geſtiunt.

¶ Sobria & pulcherrima Romuli regis reſpõſio circa uini uſũ. Cap. XIIII.

SImplicißima ſuauitate & rei: & orationis. L. Piſo frugi uſus eſt ĩ primo annali: quum de Romuli regis uita: ac uictu ſcriberet. Ea uerba: quæ ſcripſit: hæc ſunt. Eũdẽ Romulum dicuut ad cœnam uocatum ibi non multum bibiſſe: quia poſtridie negocium haberet. Et dicunt Romule ſi iſtuc omnes homĩes faciant: uinum uilius ſit. Is reſpõdit immo uero carũ: ſi quãtum quiſq; uolet bibat. nam ego bibi quantũ uolui. Romuli ſobrietas

¶ De ludibundo: & errabundo: atq; id genus uerborum productionibus: & ꝗ Laberius ſic amorabundam dixit: ut dicitur ludibunda: & errabunda. Atq; inibi ꝗ Siſenna p huiuſcemodi uerbũ noua figura uſus eſt. Cap. XV.

LAberius in lacu auerno mulierem amantẽ uerbo inuſitatius ficto amorabundam dixit. Id uerbum Cæſellius uindex in commentario lectionum antiquarum ex figura ſcriptum dixit: qua ludibunda: ridibunda: & errabunda dicitur: ludens: & ridens: & errans. Amorabundus Nomina ibundus Terẽtius autem Scaurus: diui Adriani temporibus: grammaticus uel nobiliſſimus inter illa quæ de Cæſellii erroribus cõpoſuit: in hoc quoq; uerbo erraſſe eũ ſcripſit: ꝗ idem eſſe putauerit: ludens & ludibũda: errãs: & errabunda: ridens: & ridibunda. Nam ludibunda inquit & ridibũda: & errabũda ea dicit': quæ ludentẽ: uel ridentẽ: uel errantẽ agit: aut ſimulat. Sed qua ratiõe Scaurus adductus ſit: ut Cæſelliũ in eo reprehẽderet: nõ hercle reperiebamus. Nõ eſt enim dubium quin hæc: genere ipſo dũtaxat idem ſignificent: quod ea demõſtrãt a quibus producuntur. Q uid eſſet autem ludentem agere: uel imitari: nõ ĩtelligere uideri maluimus: q̃ ĩſimulare eum tanq̃ ipſum minus ĩtelligẽtẽ. Q uĩ magis Scaurum oportuit cõmentaria Cæſellii criminantem: hoc ab eo præteritum requirere: quod nõ dixerit: an quid: & quãtulo differret a ludibundo ludens: & ridibundo: ridens: & errabundo: errans: cæteraq; horum ſimilia? An a participialibus uerbis paululũ aliquid diſtaret? Et quam omnino uim haberet particula hæc extrema eiuſmodi uocabulis addita. hoc enim fuit potius requirendum in iſtiuſmodi figuræ tractatu. Sicuti requiri ſolet in temulento: & luculento: & turbulento: uacua ne & inanis ſit iſtæc productio? Cuiuſmodi ſunt: quæ παραγωγὰς: ideſt deductiones: & deriuationes græci dicũt. An extrema illa particula habeat aliquid ſuæ propriæ ſignificationis. Q uum reprehenſionem autem illam Scauri notaremus: in memoriam nobis rediit: ꝗ Siſenna

ſin quarto hiſtoriarum.eiuſdem figuræ uerbo ita uſus eſt.populabundus inq̄t agros ad oppidum peruenit.Quod ſcilicet ſignificat:quum agros popularet̃: non ut Scaurus in cõſimilibus uerbis ait:cum populantẽ ageret:uel cum imitaretur.Sed inquirentibus nobis:quænã ratio:& origo eſſet huiuſcemodi figuræ populabundus:& lætabũdus:& ludibũdus:& errabũdus:multorũq; alioꝝ id genus uerboꝝ ἐπηβολως.ideſt ingenioſe et apte hercle:Apollinaris noſter ſibi uideri ait:particulam iſtam poſtremam:in qua uerba talia exeunt:uim:& copiam:& quaſi abũdantiã rei:cuius id uerbum eſſet:demõſtrare.Vt lætabũdus is dicatur.qui abũde lætus ſit.& errabũdus:qui longo.atq; abũdanti errore ſit.Cæteraq; omnia ex ea figura ita dici oſtendit:ut productio hæc & extremitas largam & fluentem uim:& copiam declaraet.

Lætabundus
Errabundus

❡ Quod græcoꝝ quorũdam uerborum difficillima eſt in latinam lĩguam mutatio:uelut quod græce dicitur πολυπραγμοσύνη. Cap. XVI

Adiecimus ſæpe animum ad uocabula rerũ nõ pauciſſima quæ neq; ſingulis uerbis:ut a græcis:neq; ſi maxime plurib⁹ eas res uerbis dicamus:tam dilucide tamq; apte demonſtrari latina oratione poſſunt:q̃ græci ea dicũt priuis uocibus. Nuper etiam quum allatus eſſet ad nos Plutarchi liber:& eius libri indicẽ legiſſemus:qui erat περὶ πολυπραγμοσύνης.ideſt de negociatiõe:et curioſitate:ꝑcontãti cuipiã:qui & litterarũ:& uocũ græcarũ expers fuit.Cuiuſnã liber:& qua de re ſcriptus eſſet.Nomẽ quidem ſcriptoris ſtatĩ diximus.Rẽ de qua ſcriptũ fuit dicturi:hæſimus.Ac tum primo:quia nõ ſatis cõmode opinabar ĩterpretaturũ eſſe:ſi dicerẽ de negocioſitate:aliud ĩſtitui apud me exquirere:qđ ut dicit̃:uerbũ de uerbo expreſſum eſſet.Nihil erat prorſus quod aut meminiſſem legere me:aut ſi etiã uellem fingere:quod nõ ĩſigniter aſperum:abſurdũ durũq; eſſet:ſi ex multitudine & negocio uerbũ unũ cõpigerẽ.Sicuti multiiuga dicimus:& multicoloria:& multiformia.Sed nõ minus illepide ita diceretur:q̃ ſi ĩterp̃tari uoce una uelis πολυφιλίαν.ideſt multorũ amicitiam:aut πολυτροπίαν.ideſt multiplices ac uarios mores:aut πολυσαρκίαν.ideſt corpulentiã.Quãobrem quum diutule tacitus in cogitando fuiſſẽ:reſpondi tandẽ nõ uideri mihi:ſignificari eã rem poſſe uno noĩe.Et iccirco iuncta orõne:quid uellet græcũ:id uerbũ parauerã dicere.Ad multas igitur res agreſſio.earumq; oĩum rerum actio πολυπραγμοσύνη inq̃ græce dicit̃:de qua hunc librũ cõpoſitũ eſſe:inſcriptio iſta ĩdicat.Tũ ille opicis uerbis meis ĩchoatis:& ĩconditis adductus uirtutẽ qdẽ eſſe πολυπραγμοσύνην.i.curioſitatẽ.Hortat̃ inq̄t nos ꝓfecto neſcio qs hic.Plutarchus ad negocia capeſſenda:& ad res obeũdas plurimas:cũ ĩduſtria:& celeritate.Nomẽq; ipſius uirtutis:de qua locuturus eſſet:libro ipſi:ſicuti dicis:nõ incõmode præſcripſit.Minime inq̃ uero:neq; enĩ iſta oĩno uirtus eſt:cuius græco noĩe argumentũ hoc libri demõſtrat̃.Neq; id:quod tu opinare:aut ego me dicerẽ ſentio aut plutarchus facit.Deterret enĩ nos hoc quidem ĩlibro quã poteſt maxime:ab auaritia:promiſcuaq;:& non neceſſaria rerum eiuſcemodi plurimarum:& cogitatione:& petitione.Sed inq̃:tui erroris culpã eſſe ĩtelligo in mea ſcilicet

infacundia:qui ne pluribus quidem uerbis potuerim non obſcuriſſime dicere quod a græcis perfectiſſime uno uerbo:& planiſſime dicitur.

¶ Quid ſignificat in ueteribus prætorum edictis:quod flumina retanda publice redempta habent. Caput XVII

EDicta ueterum prætorum ſedentibus forte nobis in bibliotheca templi Traiani:& aliud quid requirentibus:cum in manus incidiſſent:legere:atq; cognoſcere libitum eſt. Tum in quodam edicto antiquiore ita ſcriptum inuenimus.Qui flumina retanda publice redempta habent:ſiquis eorum ad me adductus fuerit:qui dicatur:quod eum ex lege locationis facere oportuerit:non feciſſe.Retanda igitur quid eſſet:quærebatur.Dixit ibi quiſpiam nobiſcum ſedens amicus meus/in libro ſe Caii de origine uocabulorum ſeptimo legiſſe.Retas uocari arbores : quæ aut ex ripis fluminum corruerent:aut in alueis eorum extarent.appellataſq; eſſe a retibus: quod prætereuntes naues impedirent:& quaſi retinerent.Iccirco ſeſe arbitrari retanda flumina locari ſolita eſſe:ideſt purganda:nequid aut moræ:aut periculi nauibus in ea uirgulta incidentibus fieret.

Retas

Retanda flumina

¶ Qua pœna Draco athenienſis in legibus:quas populo athenienſi ſcripſit: fures afficeret.Et qua poſtea Solon:& qua item decemuiri noſtri.qui.xii.tabulas ſcripſerunt.Atque inibi adſcriptum ꝙ apud ægyptios furta licita:& permiſſa ſunt.Apud lacedæmonios autem cum ſtudio quoq; affectata:& pro exercitio utili celebrata.Ac prætera.M.Catonis de puniendis furtis digna memoria ſententia. Caput XVIII

DRaco athenienſis uir bonus:multaq; eſſe prudētia exiſtimatus iuriſq; diuini & humani peritus fuit.Hic draco leges:quibus atheniēſes uterentur:primus omnium tulit.in illis legibus furem cuiuſcūque modi furti ſupplicio capitis puniendum eſſe:& alia pleraque nimis ſeuere cenſuit:ſanxitq;.Eius igitur leges:quoniam uidebantur impēdio acerbiores non decreto:iuſſoq;:ſed tacito:illitteratoq; athenienſium cōſenſu: oblitteratæ ſunt.Poſtea legibus aliis mitioribus a Solone compoſitis uſi ſunt. Is Solon ex ſeptem illis inclytis ſapientibus fuit.Is ſua lege in fures:nō ut Draco antea mortis:ſed dupli pœna uindicandum exiſtimauit.Decemuiri autē noſtri:qui poſt reges exactos leges:quibus populus Romanus uteretur:in duodecim Tabulis ſcripſerunt.Neque pari ſeueritate in puniendis omnium generum furibus:neque remiſſa nimis leuitate uſi ſunt.Nam furem qui manifeſto furto prehenſus eſſet.tum demum occidi permiſerunt.ſi aut cum faceret furtum:nox eſſet:aut interdiu ſe telo:cum prehenderetur defenderet. Ex cæteris aūt manifeſtis furibus:liberos uerberari addiciq; iuſſerunt ei:cui factum furtū eſſet.ſi modo id duci feciſſent.neq; ſe tello defendiſſent.ſeruos item furti manifeſti prehenſos uerberibus affici:& e ſaxo præcipitari:ſed pueros impuberes prætoris arbitratu uerberari uoluerunt:noxamq; ab his factam ſarciri.Ea quoque furta:quæ per lancem:liciumq; cōcepta eſſent.perinde ac ſi manifeſta forent/uindicauerūt.Sed nunc a lege illa decemuirali diſceſſum eſt. Nam ſiquis

Draco legiſlator

Solon

Per lancē liciūq;

ſuper manifeſto furto iure: & ordine experiri uelit: actio in quadruplum datur. Manifeſtum autem furtum eſt: ut ait Maſurius: quod deprehenditur: dum fit faciendi finis: eſt quum perlatum eſt. quo ferri cœperat. Furti concepti: item oblati: tripli pœna eſt. Sed quod ſit oblatum. quod conceptum: & pleraq; alia ad eam rem: ex egregiis ueterum moribus accepta. neq; inutilia cognitu: neq; iniocunda: qui legere uolet: inueniet Sabini librum: cui titulus eſt de furtis. In quo id quoque ſcriptum eſt: quod uulgo inopinatum. Non hominum tantum: neque rerum mouentium: quæ auferri occulte: & ſurripi poſſunt: ſed fundi quoque: & ædium fieri furtum. Condemnatum quoque furti colonum: qui fundo: quem conduxerat uendito: poſſeſſione eius dominum interuertiſſet. Atque id etiam: quod magis inopinabile eſt: Sabinus dicit. Furem eſſe hominis iudicatum: qui quum fugitiuus præter oculos domini forte iret: obtentu togæ tanq̄ ſe amiciens: ne uideretur a domino obſtitiſſet. Aliis deinde furtis omnibus: quæ nec manifeſta appellantur: pœnam impoſuerunt dupli. Id etiam memini legere me in libro Ariſtonis iure conſulti: haud quaq̄ indocti uiri: apud ueteres ægyptios: quod genus hoīes conſtat: & in artibus reperiendis ſolertes extitiſſe: & in cognitione rerum indaganda ſagaces: furta omnia fuiſſe licita: & impunita: Apud lacedæmonios quoque ſobrios illos: & acres uiros: cuius rei non adeo ut ægyptiis fides longinqua eſt non pauci neque ignobiles ſcriptores: qui de moribus: legibuſq; eorum memoriam condiderunt: ius atque uſus fuiſſe furandi dicunt. Idque a iuuentute eorum: non ob turpia lucra. neque ad ſumptum libidini præbendum comparandamue opulentiam: ſed pro exercitio. diſciplinaque rei bellicæ: factitatum. Quod et furandi ſolertiā: et aſſuetudo acueret: obfirmaretque animos adoleſcentium: et ad inſidiarum aſtus: et ad uigilandi tolerantiam: et obrependi celeritatem. ſed enim. M. Cato in orōne quam de præda militibus diuidenda ſcripſit: uehementibus. et illuſtribus uerbis de impunitate peculatus: atque licentia cōqueritur. Ea uerba quoniam nobis impenſe placuerunt adſcripſimus.

Pulchra ſnia. M. catonis

Fures inquit priuatorum furtorum in neruo: atque in compedibus ætatem agunt. Fures publici in auro atque in purpura.

Quid ſit furtum

Quam caſte autem: et q̄ religioſe a prudentiſſimis uiris. quid eſſet furtū definitum ſit. prætereundum non puto. Ne quis eum ſolum eſſe furem putet/ qui occultet tollit/ aut clam ſurripit. Verba ſunt Sabini ex libro iuris ciuilis ſecundo. Qui alienam rem attrectauit/ quum id ſe inuito domino facere iudicare deberet/ furti tenetur. Item alio capite. Qui alienum tacens/ lucri faciendi cauſa ſuſtulit furti obſtringitur: ſiue ſcit cuius ſit ſiue neſcit. Hæc quidem ſic in eo: quo nunc dixi libro: Sabinus ſcripſit: de rebus furti faciendi cauſa attrectatis. Sed meminiſſe debemus ſecundum ea: quæ ſupra ſcripſi. furtum ſine ulla quoque attrectatione fieri poſſe: ſola mente: atque animo: ut furtum fiat: annitente. Quo circa ne id quidem Sabinus dubitare ſe ait: quin dominus furti ſit condemnandus: qui ſeruo ſuo uti furtum faceret: imperauit.

Probat phauorinus pueros proprio matris lacte alendos … multa pericula.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER DVODECIMVS.

¶ Diſſertatio Phauorini philoſophi qua ſuaſit Nobili fœminæ: ut liberos quos peperiſſet nõ nutricũ adhibitarũ: ſed ſuo ſibi lacte aleret. Cap. I

Nunciatum quondã eſt Phauorino philoſopho nobis
præſentibus uxorem auditoris/ſectatoriſq; ſui paulu
lum ante enixam: auctũq; eum eſſe nato filio. Eamus
inquit/& puerperam uiſum & patri gratulatũ. Is enĩ
erat loci ſenatorii ex familia nobiliore. Imus una & q
tum aderamus. Proſecutiq; eum ſumus ad domum
quo pergebat. & cum eo ſimul ĩtrogreſſi ſumus. Tũ
in primis ædibus cõplexus hominẽ/ congratulatuſq;
aſſedit atq; ibi percõtatus eſt q̃ diutinum puerperiũ:
& q̃ laborioſi nixus fuiſſent. Puellãq; defeſſam labore: ac uigilia ſomnũ capere
cognouit: fabulari iſtituit prolixius. Et nihil inqt dubito: quĩ filiũ lactæ ſuo nu
tritura ſit. Sed quũ mater puellæ parcẽdũ eẽ ei diceret: adhibẽdaſq; puero nu
trices: ne ad dolores: quos in enitẽdo tuliſſet: manus quoq; nutricatiõs graue
ac difficile accederet: Oro te inqt mulier ſine eã totã ĩtegrã eſſe matrẽ filii ſui:
Q d' eſt enĩ hoc cõtra naturã ĩperfectũ: atq; dimidiatũ matris genus? peperiſſe
ac ſtati a ſeſe abieciſſe? Aluiſſe ĩ utero ſanguine ſuo neſcio qd qd' nõ uideret?
nõ alere ſuo lacte: qd' uideat iã uiuentẽ? iam hoiem? iã matris officia ĩploran
tem? An tu quoq; ĩquit putas: naturã fœminis: mãmarum ubera: quaſi quoſ
dam nęuulos uenuſtiores: non liberorum alendorum: ſed ornandi pectoris
cauſa dediſſe? Sic enim quod a uobis ſcilicet abeſt: pleræq; iſtæ prodigioſæ
mulieres: fontem illum ſanctiſſimum corporis generis humani educatorem
arefacere & extinguere cum periculo quoq; auerſi corruptiq; lactis laborant
tanq̃ pulchritudinis ſibi inſignia deuenuſtet. Quod quidem faciunt eadem ue
cordia: quam quibuſdam commenticiis fraudibus nituntur: ut fœtus quoque
ipſi in corpore ſuo concepti aboriantur: ne æquor illud uentris irrugetur: ac de
grauitate oneris: & labore partus fatiſcat. quod quum ſit publica deteſtatione:
communiq; odio dignum in ipſis hominem primordiis: dum fingitur: dum
animatur inter ipſas artificis naturæ manus interfectum ire: quantulum hinc
abeſt: iam perfectum iam genitum: iam filium proprii: atque conſueti: atque
cogniti ſanguinis alimonia priuare? Sed nihil ĩtereſt (hoc enim dicitur) dum
alatur: & uiuat cuius id lacte fiat. Cur igitur iſte qui hoc dicit: ſi in capeſſendis
naturæ ſenſibus: tam obſurduit: non id quoque nihil intereſſe putat. cuius in
corpore: cuiuſque ex ſanguine concretus homo: & coalitus ſit? An qui a ſpiri
tu multo: & colore exalbuit: non idem ſanguis eſt nunc in uberibus: cũ in ute
ro fuit? Nonne hac quoque in re ſolertia naturæ euidens eſt: q, poſtea q̃ ſan
guis ille opifex in penetralibus ſuis omne corpus hominis finxit: aduentante
iam partus tempore in ſupernas ſe partis profert. & ad fouenda uitæ: atque lu

Va phauorini ad quãdaz mulierem

Aborrio
Aequor
ventris
Sangue
Quantulu

cis rudimenta præſto eſt. & recens natis: notum & familiarem uictum offert? Quamobrem non fruſtra creditum eſt: ſicuti ualeat ad fingendas animi: corporiſq; ſimilitudines uis & natura ſeminis: non ſecus ad eandē rem: lactis quoque ingenia & proprietates ualere. Neque in hominibus id ſolum: ſed in pecudibus quoque animaduerſum. Nam ſi ouium lacte hædi: aut caprarum agni alerentur: conſtat ferme in his: lanam duriorem: in illis capillum gigni teneriorem. In arboribus etiam & frugibus maior plerūq; uis: & poteſtas eſt ad earū indolem: uel detractandam: uel augendam: aquarum: atque terrarū: quæ alunt quam ipſius quod iacitur ſeminis. Ac ſæpe uideas arborem lætam & nitentem in locum alium tranſpoſitam deterioris terræ ſucco deperiſſe. Quæ malum igitur ratio eſt nobilitatem iſtam nati modo hominis: corpuſque & animum: bene ingeniatis primordiis inchoatum: inſitiuo degeneriq; alimento lactis alieni corrumpere? Præſertim ſi iſta: quam ad præbendum lac tunc adhibebitis: aut ſerua: aut ſeruilis: & ut plerunq; ſolet: externæ: & barbaræ nationis: ſi improba: ſi informis: ſi impudica: ſi temulenta eſt. Nam plerūq; ſine diſcrimine: quæcūq; id tēporis lactans eſt: adhiberi ſolet. Patiemur ne igitur infantē hunc noſtrum pnicioſo contagio infici? & ſpiritū ducere in animū: atq; in corpus ſuū: ex corpore & animo deterrimo? Id hercle ipſum eſt quod ſæpenumero miramur: quoſdam pudicarum mulierum liberos: parentum ſuorum: neq; corporibus: neq; animis ſimiles exiſtere. Scite igitur & perite noſter Maro: ꝙ cum uerſus illos homeri conſectaretur.

Quanta uis lactis.

ὀυκάρα σόιγε πατὴρ ἦν ἱππότα πηλεύς,
ὀυδὲ θέτις μήτηρ. γλαυκὴ δέ σ᾽ ἔτικτε θάλασσα
πέτραι τ᾽ ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐσὶν ἀπηνής. Ideſt

Non eques ipſe pater fuerat tibi mehercule peleus:
Non thetis eſt genitrix: glaucum te protulit æquor.
Aeriæq; rupes: mens ꝙ tibi dura: ferox eſt.

Haud partionē ſolā tanq̄ illā: quā ille ſequebat᷑/ſed alilurā quoq; ferā & ſæuā criminatus eſt. Addidit enim hoc de ſuo/Hircanæq; admorunt ubera tigres. Quoniā uidelicet in moribus inoleſcēdis magnā fere partē ingeniū altricis/& natura lactis tenet. Quæ iam a principio imbuta paterni ſeminis concretione: ex matris etiam corpore & animo recentē indolē cōfigurat. Et præter hæc aūt/quis illud etiam negligere/aſpernariq; poſſit/ꝙ quæ partus ſuos deſerunt/ablegantq; a ſeſe & aliis nutriēdos dedunt. uinculum illud coagulumq; animi/atq; amoris/quo parentes cum filiis natura cōſociat/interſcindūt/aut certe quidem diluunt. deterunq;. Nam ubi infantis alioſum dati/facta ex oculis amolitio eſt uigor ille maternæ flagrantiæ ſenſim atque paulatim reſtinguitur. Omniſque impatientiſſimæ ſollicitudinis ſtrepitus conſileſcit. Neque multo minor amandati ad nutricem aliam filii/quam morte amiſſi obliuio eſt. Ipſius quoque infantis affectio animi/amoris/conſuetudinis in ea ſola unde alitur/occupatur/& perinde ut in expoſitis uſu ueni t. matris quæ genuit: neque ſenſum ullum: neque deſiderium capit. Ac propterea oblitteratis & abolitis natiuæ pietatis ele-

mentis

mentis: quicquid ita educati liberi amare patrem: & matrem uidentur: magnam fere partē non naturalis ille amor eſt: ſed ciuilis & opinabilis. Hæc Phauorinum dicentem audiui græca oratione: cuius ſententias communis utilitatis gratia: quantū meminiſſe potui: rettuli. Amœnitates uero & copias ubertateſq; uerboꝝ: latina omnis facundia uix qdē indipiſci potuerit, mea nequaq̄. Indipiſci

❡ Quod Anneus Seneca iudicans de. Q. Ennio: deq; M. Tullio leui: futiliq; iudicio fuit. Cap. II.

DE Anneo Seneca parti exiſtimāt: ut de ſcriptoꝛ minime utili. Cui⁹ libros attigere: nullū preciū operæ ſit. Q d' oratio eius uulgaris uideat': & ꝑtrita. Res atq; ſentētiæ: aut ut inepto: inaniq; īpetu ſint: aut ut leui: & q̄ſi dicaci argutia. Eruditio aūt uernacula: & plebeia nihilq; ex ueteꝝ ſcriptis habens: neq; gratiæ, neq; dignitatis. Alii uero elegātiæ qdē in uerbis parū cē nō īficias eūt: Sed & rerū quas dicat: ſnīam: doctrināq; ei nō deeſſe dicūt: & in uitiis moꝝ obiurgandis: ſeueritatē: grauitateq; nō iuenuſtā. Mihi de omni eius īgenio: deq; omni ſcripto iudiciū cēſurāq; facere nō neceſſū eſt. Sed qd' de. M. Cicerone. & Q. Ennio: & P. Virgilio iudicauit: ea res cuiuſmodi ſit ad conſiderandum ponemus. In libro enī. xxii. epiſtolarum moralium: quas ad Lucilium compoſuit: deridiculos uerſus. Q. Enniū de Cethego antiquo uiro feciſſe hos dicit. Seneca Infitias eūnt

Dictus tollis popularibus olim
Qui quum uiuebant homines: atq; æuum agitabant:
Flos delibatus populis: & ſuada medulla.

Ac deide ſcribit de iiſdē uerſibus uerba hæc. Admiror eloquētiſſimos uiros & deditos Ennio ꝓ optimis ridicula laudaſſe. Cicero certe īter bonos eius uerſus & hos refert. Atq; id etiā de Cicerone dicit. Nō miror inqt fuiſſe q hos uerſus ſcriberet: quū fuerit q laudaret. Niſi forte Cicero ſummus orator agebat cām ſuam: & uolebat hos uerſus uideri bonos. Poſtea hoc etiā addidit īſulſiſſime. Apud īpm quoq; inqt Ciceronē īuenies etiā in ꝓſa orōne quædā. ex qbus ītelligas illū nō ꝑdidiſſe operā: q; Ennium legit. Ponit deinde quæ apud Ciceronē reprehēdit: q̄ſi enniana: q; ita ſcripſerit in libris de rep. ut menelao laconi quædā fuit ſuauiloquēs iocūditas: Et qd' alio in loco dixerit: Breuiloqntiā ī dicēdo colat. Atq; ibi nugator hō Cicerōis errores deprecat'. & nō fuit inqt Ciceronis hoc uitiū ſed tēporis. Neceſſe erat hæc dici: quū illa legeret'. Deide aſcribit Ciceronē hæc ipſa īterpoſuiſſe: ad effugiendā īfamiā nimis laſciuæ orationis & nitidæ. De Virgilio quoq; eodem in loco uerba hæc ponit. Virgilius quoque noſter non ex alia cauſa duros quoſdam uerſus: & enormes: & aliquid ſupra menſuram trahentis interpoſuit: q̄ ut Ennianus populus agnoſceret in nouo carmine antiquitatis aliquid. Sed iam uerborum Senecæ piget. Hæc tamen inepti. & inſipidi: & inſulſi hominis ioca non præteribo. Quidam ſunt tam magni ſenſus. Q. Ennii: ut licet ſcripti ſint inter hircoſos: poſſunt tamē inter unguentatos placere. Et quum reprehendiſſet uerſus quos ſupra de Cethego poſuimus: qui huiuſmodi inquit uerſus amant liceat ſibi: & eoſ- Enniana Breuiloquentia Nugator homo, Inſipidi

dem admirari:& Sotherici lectos: dignus ſane Seneca uideatur lectione: ac ſtudio adoleſcentiũ:qui honorem colorẽ ueteris orationis Sotheri lectis compararit:quaſi minimæ ſcilicet gratiæ et relictis iam cõtẽptiſq;. Audias tamen cõmemorari:ac referri pauca quædã:quæ ipe idem Seneca benedixerit. Quale eſt illud in hominem auarum & auidum/et pecuniæ ſitientem dixit. Quid enim refert quantum habeas? multo illud plus eſt/quod non habes. Bene hoc ſane bene. Sed adoleſcentium indolem / non tam iuuant quæ benedicta ſunt q̃ inficiũt:quæ peſſime. Multoq; magis:ſi & plura ſint:quæ deteriora ſunt. Et quædam in his non pro ἐνθυμήματι:ideſt cõmẽtatione aliqua rei paruæ ac ſimplicis/ſed in re ancipiti pro conſilio dicuntur.

¶ Lictoris uocabulũ qua ratiõe cõceptũ: ortumq; ſit. & ſup eo diuerſæ ſñiæ Valgii Ruffi: & Tullii Cicerõis libertis acceptæ. Cap. III.

Lictor V Algius Ruffus in ſecũdo librorum quos ſcripſit de rebus per epiſtolam quæſitis:lictorẽ dicit a ligãdo appellatũ eſſe q quũ magiſtratus populi Romani.uirgis quẽpiã uerberari iuſſiſſent/crura eius & manus ligari uinciriq; a uiatore ſolita ſint. Iſq; qui ex collegio uiatorum officiũ ligãdi haberet:lictor ſit appellatus utiturq; ad eam rem teſtimonio. M. Tullii uerbaq; eius refert ex oratione/quæ dicta eſt pro. C. Rabirio. Lictor inquit col

Tyro liga manus. Hæc ita Valgius:& nos ſane cum illo ſentimus. Sed Tyro Tullius. M. Cicerõis libertus lictorẽ uel a lino uel a licio dictum ſcripſit. Licio enim tranſuerſo/quod linium appellatur/qui magiſtratibus inquit præminiſtrabãt bant:cincti erãt. Si quis autem eſt. qui propterea putet probabilius eſſe quod Tyro dixit:quoniam prima ſyllaba in lictore:ſicuti in licio producta eſt:& in eo uerbo:quod eſt ligo:correpta eſt. nihil ad rem iſtam pertinet. Nam ſic a ligando lictor ut a legendo lector:& a uincẽdo uictor:& a tuẽdo tutor: & a ſtruendo ſtructor:productis:quæ corripiebant uocabulis dicta ſunt.

¶ Ex. Q. Ennii ſeptimi annaliũ uerſus quibus depingit finiturq; ingenium: comitaſq; hominis minoris erga amicum ſuperiorem. Cap. IIII.

D Eſcriptum:definitumq; eſt a. Q. Ennio in annali ſeptimo graphice admodum. ſciteq; ſub hiſtoria Gemini Seruili:uiri nobilis:quo ingenio:qua comitate:qua modeſtia:qua fide: qua linguæ parſimonia: qua loquendi oportunitate: quanta rerum antiquarum: morũq; ueterum:ac nouorum ſcia:q̃taq; ſeruandi tuẽdiq; ſecreti religione. Qualibus deniq; ad minuendas uitæ modeſtias. fomentis leuamentis:ſolatiis amicum eſſe conueniat hominis genere:& fortuna ſuperioris. Eos ego uerſus non minus frequẽti/aſſiduoq; memoratu dignos puto / q̃ philoſophorum de officiis decreta. Ad hæc odor quidã uetuſtatis in his uerſibus tam reuerendus eſt/ſuauitas tam impromiſcua/tamq; ab omni fuco remota eſt. ut mea quidẽ ſentẽtia pro antiquis ſocratiſq; amicitiæ legibus obſeruandi: tenendi/colendiq; ſint: Quapropter aſcribẽdos eos exiſtimaui. Siquis iam ſtatim deſideraret.

Hoccelocutus/uocat/qui cum bene ſæpe libenter
Menſam:ſermoneſq; ſuos/rerumq; ſuarum

Comiter

Comiter impartit: magna cum lapſa diei
Pars foret: e ſummis rebus: paruiſq; regundis
Parte fuiſſet: de paruis ſummiſq; gerendis
Conſilio: indu foro: lato: ſanctoq; ſenatu
Cui res audacter magnas: paruaſq;: iocu mq;
Eloqueret: quæ tincta malis: & quæ bona dicto
Euomeret: ſiquid uellet tutoq; locaret:
Quo quum multa uolup: ac gaudia: clamq; palamq;:
Ingenium cui nulla malum ſententia ſuadet:
Vt faceret facinus lenis: haud malus: idem
Doctus: fidelis: ſuauis homo: facundus: ſuoq;
Contentus: atq; beatus: ſcitus: ſecunda loquens in
Tempore commodus: & uerborum uir paucorum:
Multa tenens antiqua: ſepulta & ſæpe uetuſtas
Quæ facit: & mores uetereſq;: nouoſq; tenentem:
Multorum ueterum leges: diuumq; hominumq;
Prudentem. qui multa loquiue: tacereue poſſet:

Hunc inter pugnas compellat ſeruilius ſic. T. Helium Scillonem dicere ſolitum ferunt. Q. Ennium de ſemetipſo hæc ſcripſiſſe: picturamq; iſtam morũ & ingenii ipſius. Q. Ennii factam eſſe.

¶ Sermo Tauri philoſophi de modo atq; ratione tolerãdi doloris/ſecundũ ſtoicorum decreta. Cap. V.

CVm delphos ad Pythia: cõuetũq; totiꝰ ferme græciæ uiſendũ phs Taurus iret: noſq; ei comites eſſemus: inq; eo itinere lebadiã ueiſſemus qđ ẽ oppidũ atticũ i terra boeotia: Affert̃ ibi ad Tauꝝ amicũ eius quepiã nobilẽ in ſtoica diſciplĩa phũm ægra ualitudine oppreſſũ decũbere: Tũc omiſſo itinere: qđ alio maturãdũ erat: & relictis uehiculis: pgit eũ ꝑpere uidere. Noſq; de more: quẽ i locũ cũq; iret: ſicuti ſumus. Et ubi ad ædes: iqbus ille ægrotus erat puenimus: uidemus hoiem doloribꝰ: cruciatibuſq; allabi. qđ græci χωλὸν. i. laxũ iteſtinũ dicũt: & febri ſimul adrapida afflictari: gemituſq; ex eo cõpreſſos erũpere: ſpirituſq; & anhelitus e pectore eius euadere: nõ dolorẽ magis indicãtes: q̃ pugnã aduerſus dolorẽ. Poſt deide quũ Taurus: & medicos accerſiſſet: collocutuſq; de faciẽda medela eẽt: & eũ ipſũ ad retinẽdã patiẽ ĩ ã teſtimõio tolerãtiæ. quã uidebat: ꝓhibito: ſtabiliſſet: egreſſiq; deide ad uehicula: & ad comites rediremus: Vidiſtis inqt Taurus: nõ ſane iocũdũ ſpectaculũ: ſed cognitu tñ utile cõgrediẽtes: cõpugnãteſq; phũm & dolorẽ. Faciebat uis illa: & natura morbi: qđ erat ſuũ: diſtractionẽ: cruciatũq; mẽbroꝝ. Faciebat cõtra ratio: & natura ai qđ erat æq; ſuũ. Perpetiebat̃: & cohibebat: coercebatq; itra ſeſe uiolẽtias effrenati doloris. Nullos eiulatus: nullas cõplorationes: ne ullas qdẽ uoces idecoras edebat. Signa tñ qdã (ſicut uidiſtis) exiſtebãt uirtutis & corporis de poſſeſſione hoĩs pugnãtiũ. Tum e ſectatoribus Tauri iuuenis in diſciplinis phiæ ignarus. Si tãta inquit doloris acerbitas eſt:

Lebadia

Boeotia

χωλὸν

ut contra uoluntatem/contraq; iudicium animi nitatur: inuitũq; hominẽ cogat ad gemẽdũ: cõfitẽdũq; de malo morbi ſæuiẽtis: cur dolor apd' ſtoicos ĩdifferẽs eſſe dicit': nõ malũ? Cur deinde aut ſtoicus homo cogi aliqd põt: aut dolor cogere: quũ & dolorẽ ſtoici nihil cogere: & ſapientẽ nihil cogi poſſe dicãt? Ad ea Taurus uultu iã ꝓpemodũ lætiore: delectatus enĩ iã uidebat' illecebra quæſtionis. Si iã amicus inqt hic noſter meli' ualeret: gemitus eiuſmodi neceſſarios a calũnia defẽdiſſet: & hãc opinor tibi quæſtionẽ diſſoluiſſet. Me aũt ſcis cum ſtoicis nõ bene cõuenire: uel cũ ſtoica potius diſciplina. Eſt. n. pleraq; & ſibi & nobis incõgruẽs: ſicut ĩ libro quẽ ſup ea re cõpoſuimus: declarat'. Sed ut tibi a me mos gerat': dicã ego ĩdoctus ut aiũt: & aptius quæ fuiſſe dicturũ puto ſinu oſius: atq; ſolertius: ſiqs nunc adeſſet ſtoicorũ. Noſti. n. credo uerbũ illud uetus ꝑuulgatũ ἀμαθέςερον πως ἔιπε, κὰι σαφέςερον λέγε. i. ĩdoctius rudiuſq; quodãmodo loquere: & apti': ac clarius fare. atq; hic exorſus de dolore: atq; gemitu ſtoici ægrotãtis ita diſſeruit. Natura inqt oĩum rerũ: quæ nos genuit ĩduit nobis: ĩoleuitq; in ipſis ſtatĩ prĩcipiis: qbus nati ſumus: amorẽ nr̃i: & charitatẽ ita ꝓrſus ut nihil qcq̃ eſſet carius: pẽſiuſq; nobis: q̃ noſmetipſi. Atq; hoc eſſe fũdamẽtũ rata eſt cõſeruãdæ hoĩum ꝑpetuitatis: ſi unuſqſq; noſtrũ: ſimulatq; editus ĩ lucẽ foret: harũ prius rerũ ſenſum: affectionẽq; caperet: quæ a ueteribus philoſophis τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν. i. ſecũdũ naturã prima appellata ſunt: ut oĩbus ſcilicet corporis ſui cõmodis gauderet: ab incõmodis oĩbus abhorreret. Poſtea ꝑ ĩcremẽta ætatis exorta e ſeminibus ſuis ratio eſt: & utẽdi cõſilii reputatio: & honeſtatis utilitatiſq; uere cõtẽplatio: ſubtiliorq;: & exploratior cõmodorũ delectus: atq; ita ꝑ cæteris oĩbus enituit: & ꝑfulſit decori & honeſti dignitas: Ac ſi ei retinẽdæ obtinẽdæue ĩcõmodũ extrĩſecus aliqd' obſtaret: cõtẽptũ eſt. Neq; aliud eẽ uere & ſimpliciter bonũ: niſi honeſtũ. Alid' qcq̃ malũ: niſi qd' turpe eſſet exiſtimatũ ẽ. Reliqua oĩa quæ ĩ medio forẽt: ac neq; honeſta eſſẽt: neq; turpia neq; bona eẽ. neq; mala decretũ eſt. Productiões tamẽ: & relatiões ſuis quæq; momẽtis diſtinctæ diuiſæq; ſunt. Quæ προηγούμενα κὰι ἀποπροηγούμενα ipſi uocãt. Propterea uoluptas quoq;: & dolor: qd' ad finẽ ipſũ bene: beateq; uiuẽdi ꝑtinet: & in mediis relicta: & neq; in bonis: neq; in malis iudicata ſunt. Sed. n. qm̃ his primis ſenſibus doloris: uoluptatiſq; ante cõſilii: & rõnis exortũ recens natus hõ ĩbutus eſt: & uoluptati qdẽ natura cõciliatus: a dolore aũt quaſi a graui quodã inimico abiũctus: alienatuſq; eſt: iccirco affectiões iſtas primitus penituſq; inditas: rõ poſt addita: cõuellere: obſtirpare: atq; extinguere uix põt. Pugnat aũt cum iis ſemꝑ: & exultãtes eas opprimit. obteritq;: & parere ſibi: atque obedire cogit. Itaq; uidiſtis phũm rõne decreti ſui nixũ cum petulãtia morbi: doloriſq; exultãtia colluctantẽ: nihil cedentẽ: nihil cõfitentẽ: neq; ut pleriq; dolẽtes ſolẽt eiulantẽ: atq; lamẽtantẽ: ac miſerũ ſeſe: & ĩfelicẽ appellantẽ. ſed acres tm̃ anhelitus & robuſtos gemitus edentẽ: ſigna atq; ĩdicia nõ uicti: neq; opꝑſſi a dolore: ſed uĩcere eũ/atq; opprimere enitẽtis. Sed haud ſcio inqt: an dicat aliqs ipm̃ illud qd' pugnat: qd' gemit: ſi malũ dolor nõ eſt: cur neceſſe eſt gemere & pugnare. Quia. n. oĩa quæ nõ ſũt mala: moleſtia quoq; oĩ nõ carẽt: ſed ſũt ple-

Alienatũs

raq;

raq; noxa qdẽ magna: & pnicie priuata: quia nõ ſunt turpia. Contra naturæ tñ mãſuetudinẽ: lenitatẽq; oppoſita ſunt: & infeſta: p obſcurã quãdã ipſius naturæ cõſequentiã. Hæc ergo uir ſapiens tolerare: & cõtari põt: nõ oĩno ſenſum ſui amittere põt. ἀναλγησία. i. indolẽtia enim: atq; ἀπάθεια. i. ipaſſibilitas: non meo tantũ inqt: ſed quorũdã etiã ex eadẽ porticu prudentiorũ hoĩum: ſicuti iudicio Panætii grauis atq; docti uiri iprobata: abiectaq; eſt. Sed cur contra uoluntatẽ ſuã gemitus facere cogit̃ philoſophus ſtoicus: quẽ nihil cogi poſſe dicũt. Nihil ſane põt cogi uir ſapiens: cũ eſt rõnis obtinẽdæ locus. Cum uero natura cogit. ratio quoq; a natura data cogit̃. Q uare ẽt ſi uidet̃: cur alicuius manu ad oculos ſuos repẽte agitata inuitus cõniueat: Cur fulgẽte cœlo a luminis iactu: nõ ſua ſpõte. & caput: & oculos declinet: Cur tonitru uehemẽtius facto ſenſim paueſcat: Cur ſternutamẽtis quatiat̃: Cur aut in ardoribus ſolis æſtuet: aut cur in pruinis immanibus obrigeſcat: Hæc etenĩ: & pleraq; alia non uolũtas: non cõſilium: nec ratio moderat̃: ſed naturæ: neceſſitatiſq; decreta ſunt. Fortitudo aũt nõ ea eſt: quæ cõtra naturã mõſtri uice nitit̃: ultraq; modũ eius egredit̃: aut ſtupore animi: aut immanitate: aut quadã miſera & neceſſaria in perpetiendis doloribus exercitatione. Q ualem fuiſſe accepimus ferũ quendam in ludo Cæſaris gladiatorẽ: qui quum uulnera eius a medicis execabant̃: ridere ſolitus fuit: ſed ea uera: & proba fortitudo eſt: quã maiores noſtri ſciẽtiam eſſe dixerunt: & rerum tolerandarũ: & non tolerandarũ. Per quod apparet eſſe quædam intolerabilia: quibus fortes uiri: aut abeundis abhorreant: aut ſuſtinendis. Q uum hæc Taurus dixiſſet: uidereturq; in eandem rem plura etiam dicturus peruentum eſt ad uehicula: et conſcendimus.

Coniurat

Nota de gladiator̃

¶ Q uod græci ænigma dicũt: latini antiqui ſcirpos appellauerũt. Cap. VI.

Q Væ græci dicunt enigmata. hoc genus quidam ex noſtris ueteribus ſcirpos appellauerunt. Q uale eſt quod nuper inuenimus per hercle antiquum perq; lepidum tribus uerſibus ſenariis compoſitum ænigma: quod reliquimus inenarratum: ut legentium coniecturas. in requirendo acueremus. Verſus tres hi ſunt.

Ænigma Scirpus

Semel minus ne: an bis minus ſit: non ſat ſcio:
An utrunq; eorum. ut quondam audiui: ipſi
Dicier ioui regi uoluit concedere.

Termin⁹ deus

Hoc qui uolet diutius apud ſe quærere: inueniet quid ſit in. M. Varrõis de ſermone latino ad Marcellnm ſecundo libro.

¶ Q uam ob cauſam Cn. Dolobella proconſul: ream mulierem ueneficii: cõfitentemq; ad areopagitas reiecerit. Cap. VII.

A D Cn. Dolobellam proconſulari imperio prouinciam aſiam obtinẽtem deducta mulier ſmyrnæa eſt. Eadẽ mulier uirum: & filium eodem tẽpore uenenis clam datis uita interfecerat: atq; id feciſſe ſe confitebatur. Dicebatq; habuiſſe ſe faciendi cauſam: quoniam ille idẽ maritus & filius alterũ filiũ mulieris ex uiro priore genitũ adoleſcentẽ optimum: & innocẽtiſſimũ exceptũ inſidiis occidiſſent. Idq; ita eſſe factum cõtro

Q̄uo ex inimicitia i maxima amicitia redacti sūt

uerſia nō erat: Dolobella rettulit ad cōſiliū. Nemo quiſq̄ ex cōſilio ſentētiā ferre in cauſa tam ancipiti audebat: q̄ & cōfeſſum ueneficiū: quo maritus & filius necati forēt: non admittēdū impunitū uidebat: & digna tamen pœna in homines ſceleratos uindicatū fuiſſet: Dolobella eā rem athenas ad areopagitas: ut ad iudices grauiores exercitatioreſq; reiecit. Areopagitæ cognita cauſa: acuſatorē mulieris: & ipſam quæ accuſabat centeſimo anno adeſſe iuſſerunt. Sic neq; abſolutum mulieris ueneficiū eſt quod per leges non licuit: neq; nocens damnata punitaq;: quæ digna uenia fuit. Scripta hæc hiſtoria eſt in libro Valerii Maximi factorum: dictorumq; memorabilium octauo.

Areopagitarum iudicium — *Scipio*

❡ Reditiones in gratiā nobiliū uiro℞ memoratu dignæ. Cap. VIII.

Gracchus

P Africanus ſupior: & Ti. Gra. & Ti. C. Graccho℞ pr̄ re℞ geſta℞ magnitudīe: & hono℞ atq; uitæ dignitate illuſtres uiri diſſenſerūt ſæpenūero de rep. & ea: ſiue qua alia re nō amici fuerūt. Ea ſimultas quū diu māſiſſet: & ſolēni die ioui epulū libaret. atq; ob id ſacrificiū ſenatus in capitolio epularet: ſors fuit ut apud eādē mēſam duo illi iūctim locarēt. Tūc q̄ſi diis īmortalib' arbitris ī cōuiuio Iouis optimi maximi dextras eo℞ cōducētib': repēte amiciſſimi facti: neq; ſolū amicicia īcœpta: ſed affinitas ſimul inſtituta. Nā. P. Scipio filiā uirginē habens iā uiro maturā: ibi tūc eodē in loco deſpōdit eā Tib. Graccho: quem ꝓbauerat: elegeratq; exploratiſſimo iudicii tp̄e dū inimicus eſt. Aemilius quoq; lepidus: & Fuluius Flaccus nobili gn̄e: ampliſſimiſq; honoribus: & ſūmo loco in ciuitate præditi: odio īter ſe graui: & ſimultate diutina cōflictati ſūt. Poſtea populus eos ſimul cēſores facit. Atq; illi ubi uoce præconis renūciati ſunt ibidē in cāpo ſtatim nondū dimiſſa cōcione ultro uterq;: & pari uoluntate coniuncti: cōplexi q̄. ſunt. Exq; eo die: & in ipſa cenſura: & poſtea iugi concordia fidiſſime: amiciſſimeq; uixerunt.

❡ Quæ dicantur uocabula ancipitia. Et q̄ honoris quoq; uocabulum ancipiti ſententia fuerit. Cap. IX.

Vocabula ancipitia

E St pluriſariā uidere: atq; aīaduertere in ueteribus ſcriptis pleraq; uocabula q̄ nūc ſermōibus uulgi unā: certāq; rē demonſtrent: ita fuiſſe media: & in cōmuni. ut ſignificare: & capere poſſent duas inter ſeſe res cōtrarias. Ex q̄bus q̄dā ſatis nota ſunt: ut tēpeſtas: ualitudo: facinus: dolus: gr̄a: īduſtria. Hæc. n. fere iā uulgatū ē ancipitia eē: & utroq; uerſus dici poſſe. Periculū etiā: & uenenū & cōtagiū: nō uti nūc dicunt: ꝓ malis tantū dicta eē: multū exēplo℞ eiuſmodi reperias: Sed honorē quoq; mediā uocē fuiſſe: & ita appellatū: ut ēt malus honos diceret: & ſignaret iniuriā. id ꝑfecto rariſſimū eſt. Q. aūt Metellus Numidicus in orone: quā de triūpho ſuo dixit. his uerbis uſus eſt. Q ua in re q̄to uniuerſi me unū āſtatis. tāto uobis: q̄ mihi maiorem iniuriam atq; cōtumeliā facit quirites. Et quāto probi iniuriam facilius accipiūt: q̄ alteri tradūt: tanto ille uobis: q̄ gratiā mihi: peioem honorem habuit. Nam me iniuriā ferre: uos facere uult quirites: ut hic cōqueſtio: iſtic uituperatio relinquat. Honorem inquit peiorē uobis habuit: q̄ gratiam mihi: cuius uerbi ſn̄ia eſt: quam ipſe quoq; ſupra dicit. maiore uos affecit

Honos malus

iniuria:

Peius est iniuriam facere: quam accipere Veritas temporis filia est.

iniuria: & cõtumelia: q̃ me. Præter huius autem uerbi notionem: adſcribendã eſſe hãc ſniam ex oratione. Q. Metelli exiſtimaui: ut definiremus Socratis eẽ decretũ κάκιον εἶναι τὸ ἀδικεῖν τ̃ ἀδικεῖσθαι. i. peius eſſe iniuriã facere: q̃ accipere.

¶ Quod æditimus uerbum latinum fuit. Cap. X

Æditimus uerbum latinum eſt: & uetus: ea forma dictũ: qua finitimus & legitimus. Sed pro eo a pleriſq; nunc æditiuus dicit̃: noua & cõmẽticia uſurpatione: quaſi a tuẽdis ædibus appellatus. Satis hoc eſſe potuit admonẽdi gratia dixiſſe: propter agreſtes quoſdã & indomitos certatores: qui niſi auctoritatibus adhibitis non cõprimunt̃. M. Varro in libro ſecũdo: ad Marcellum de latino ſermone æditimũ dici oportere cenſet magis: q̃ æditiuũ: q; alterũ ſit recẽti nouitate fictũ: alterũ antiqua origine icorruptũ. Leuinius quoq; (ut opinor) in proteſilaodomia clauſtritimũ dixit: qui clauſtri ianuæ præeſſet: eadem ſcilicet figura: qua æditimum dici uidebat: qui ædibus præeſt. in Verrem. M. Tullii in exẽplaribus fideliſſimis ita inueni ſcriptum. Aeditimi cuſtodeſq; mature ſentiunt. In libris autem uulgaris æditui ſcriptum eſt. Pomponii fabula attellana eſt: quæ ita inſcripta eſt æditimus: in qua hic uerſus eſt.

Æditim⁹ — Pilius

Qui poſtq̃ tibi appareo: atq; æditumor in templo tuo.

T. ãt Lucretius in carmĩe ſuo ꝓ æditiuis æditũetes appellat: Oneraq; paſſim
Cuncta cadaueribus cæleſtum templa manebant.
Hoſpitibus loca: quæ complerant æditũentes.

Clauſtritimus

¶ Errare iſtos: q ſpe: & fiducia latẽdi peccẽt: quũ latebra peccati ꝑpetua nulla ſit. Et ſup ea re Peregrini Ph̃i ſermo ex Sophoclis poetæ ſnia. Cap. XI.

Philoſophũ nomine Peregrinũ: cui poſtea cognomentũ Proteus factũ eſt: uiꝝ grauem: atq; cõſtantẽ uidimus: quum athenis eſſemus: diuerſantẽ in quodã tugurio extra urbẽ. Cumq; ad eum frequẽter uẽtitaremus: multa hercle dicere eũ utiliter. & honeſte audiuimus: in quibus id fuit: quod præcipuũ auditu meminimus. Viꝝ quidẽ ſapientẽ: non peccatuꝝ eſſe dicebat: etiã ſi peccaſſe eum dii: atq; homines ignoraturi forẽt. Non enim pœnæ aut infamiæ metu nõ eſſe peccãdũ: ſed iuſti: honeſtiq; ſtudio & officio. Siquitamen non eſſent tali uel ingenio uel diſciplina præditi: uti ſe ui ſua. ac ſponte facile a peccãdo tenerẽt: eos omnis tunc peccare procliuius exiſtimabat: quum latere poſſe id peccatum putarẽt: impunitatemq; ex ea latebra ſperarent. At ſi ſciant inquit homines: nihil omnium reꝝ diutius poſſe celari: ſuppreſſius: prudẽtiuſq; peccabit̃. Propterea uerſus iſtos Sophoclis prudentiſſimi poetaꝝ in ore eſſe habendos dicebat.

Peregrin⁹ — Ventitaremus

πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδὲν. ὡς ἅπανθ' ὁρῶν
καὶ πάντ' ἀκούων πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος. Ideſt.
Hic nihil occulte: quando cuncta tuens:
Et cuncta audiens: omnia reuelabit dies.

Alius quidam ueterum poetarum: cuius nomen mihi nunc memoriæ non eſt. ueritatem temporis filiam eſſe dixit.

Veritas temporis filia

Non enim pene aut infamie metu non esse peccandum: sed iusti honestique studio et officio.

¶ Faceta rñſio. M. Cicerõis amoliẽtis a ſe crimẽ manifeſti mẽdacii. Ca. XII.

HAec quoq; diſciplina rhetorica eſt: calide: & cum aſtu res criminoſas citra periculũ confiteri: ut ſi obiectũ ſit turpe aliquid quod negari nõ queat: reſpõſione ioculari eludas: & rem facias riſu magis dignã: q̃ crimine: Sicut feciſſe Ciceronẽ ſcriptũ eſt quum id quod inficiari non poterat urbano: facetoq; dicto diluit. Nam quũ emere uellet in palatio domũ. & pecuniã in præſens nõ haberet/ a. P. Sylla qui tum reus erat: mutua ſextertiũ uicies tacite accepit. Ea res tamen priuſq̃ emeret: prodita: & in uulgus exiuit. Obiectũq; ei eſt: ꝙ pecuniã domus emendæ cauſa a reo accepiſſet. Tum Cicero iopinata obprobratiõe permotus accepiſſe ſe negauit: ac domum quoq; ſe emptuꝝ negauit. Atq; adeo inquit. ueꝝ ſit accepiſſe me pecuniã ſi domũ emero. Sed quum poſtea emiſſet: & hoc mẽdaciũ in ſenatu ei ab inimicis obiiceret᷑: riſit ſatis/ atq; inter ridendũ ἀκοινώνητοι. ideſt inciuiles. incõciliati: inquit hoĩes eſtis: quum ignoratis. Prudẽtis & cauti patriſſamilias eſſe qd᷑ emere uelit: emptuꝝ ſeſe negare propter cõpetitores emptionis.

Prudentis cõſilium qd ſit facei Nota

¶ Intra calẽdas quum dicitur: quid ſignificet: Vtrũ ante calẽdas: an calendis: an utrũq;? Atq; inibi quid ſit in oratiõe. M. Tullii: intra oceanũ: & ĩtra mõtem tauꝝ & in quadã epiſtola: intra modum. Cap. XIII

CVm Romæ a conſulibus iudex extra ordinem datus: pronunciare ĩtra calẽdas iuſſus eſſem. Apollinarem Sulpitium doctũ hominem percontatus ſum an his uerbis intra calendas ipſæ quoq; calẽdæ tenerẽtur. Dixiq; ei me uidelicet datũ iudicem: calendaſq; mihi productas: ut intra eũ diẽ pronunciarẽ. Cur inquit me potius rogas q̃ exiſtis aliquem peritis: ſtudioſiſq; uiris: quos adhibere in conſiliũ iudicaturi ſoletis? Tũ illi ita ego reſpondi. Si aut de uetere inq̃ iure: aut recepto: aut cõtrouerſo: aut ambiguo: aut nouo: aut cõſtituto diſcendũ eſſet: iſſem plane ſciſcitatum ad iſtos quos dicis. Sed cũ uerborũ latinorũ ſententia: uſus ratio exploranda ſit: ſcæuus profecto: & cæcus aĩ forem: ſi quũ haberem tui copiã: iſſem magis ad aliũ: q̃ ad te. Audi igitur inquit de ratione uerbi quid exiſtimem. Sed eo tamen pacto: ut id facias: nõ quod ego de proprietate diſſeruero: ſed ꝙ in ea re omniũ pluriumue cõſenſu obſeruari cognoueris. Non enim uerboꝝ tantum cõmuniũ ueræ: atq; propriæ ſignificationes longiore uſu mutant᷑: ſed legum quoq; ipſarũ iuſſa: cõſenſu tacito oblitterantur. Tũ deĩde diſſeruit me: & pleriſq; aliis audientibus: in hunc ferme modũ: Quũ dies inquit ita præfinita eſt: ut iudex in calendas pronũciet: Occupauit iam hæc omnes opinio nõ eſſe dubiũ: quin ante calẽdas iure pronũciet᷑. Et in tantũ ambigi uideo quod tu quæras: an calendis quoq; iure pronũcietur. Ipſum autem uerbũ ſic proculdubio natũ eſt: atq; ita ſeſe habet: ut quũ dicit᷑ intra calẽdas: nõ alius accipi dies debeat q̃ ſolæ calẽdæ. Nã tres iſtæ uoces: intra: citra: ultra: quibus certi locoꝝ fines demõſtrant᷑. ſingularibus apud ueteres ſyllabis appellabant᷑: in: cis: uls. Eæ deinde particulæ: quoniam paruo: exiguoq; ſonitu obſcurius promebant᷑: addita eſt tribus omnibus eadẽ ſyllaba: & quod dicebatur: cis tiberim: & uls tiberĩ:

Intra calen das

dici cœ ptum

Cōſuetudo oīm rerū domina,

dici cœptum eſt citra tiberim: & ultra tiberim. Item q̄ erat in accedēte eadem ſyllaba intra factum eſt. Sunt ergo hæc oīa quaſi cōtermina iunctis inter ſe fini bus cohærētia: intra oppidū: ultra oppidū: citra oppidum. ex quibus intra ſicu ti dixi: in ſignificat. Nam qui dicit intra oppi dū: intra cubiculū: intra ferias: nō dicit aliud: q̄ in oppido: in cubiculo: in feriis. Intra calendas igit̄: nō ante calen das: ſed in calēdis. i. eo ipſo die quo calendæ ſunt. Itaq; ſ̄m uerbi ipſius rōnem qui iuſſus eſt: intra calendas ꝓnūciare: niſi calēdis ꝓnūciet: cōtra iuſſum uocis facit. Nā ſi ante id fiat: nō intra id ꝓnūciat: ſed citra. Neſcio aūt quo pacto rece pta uulgo interp̄tatio eſt abſurdiſſima: ut intra calēdas ſignificare uideat̄: etiā citra calēdas: & uel ante calēdas. nihil enim ferme intereſt. Atq; inſup dubitat̄: an calēdis pronūciari poſſit: quādo neq; ultra: neq; citra: ſed qđ inter hæc me dium eſt: intra calēdas. i. calēdis pronūciādum ſit. Sed nimiꝝ cōſuetudo uicit: quæ cum oīum domina rerū: tum maxime uerboꝝ eſt. Ea oīa cum apollinaris ſcite perq̄: a q; enucleate diſputauiſſet: tum ego hæc dixi. Cordi inq̄ mihi fuit: priuſq̄ ad te irem quærere: explorare q;: quonā modo ueteres noſtri particula iſta: qua de agit̄ uſi ſint: atq; ita inuenimus Tullium in tertia in Verrem ſcrip ſiſſe. Eſt aūt modo locus intra oceanū iam nullus: neq; tā lōginquus: neq; tā re conditus: quo nō per hæc tēpora noſtroꝝ hoīum libido: iniq̄taſq; ꝑuaſerit. In tra oceanū dicit cōtra rōnē tuā. Nō enim uult (opinor) dicere in oceano. Ter ras enim demonſtrat oīs: quæ oceano ambiunt̄: ad quas a noſtris hoībus adiri pōt: quæ ſunt citra oceanum: nō in oceano. Neq; enim uideri pōt inſulas ſigni ficare neſcio quas: quæ penitus eſſe intra æquora ipſa oceani dicunt̄. Tūc Sul pitius Apollinaris renidens: nō nimis hercule inargute inquit: nec incallide op poſuiſti hoc Tullianum: ſed Cicero intra oceanum: nō ut tu interpretare citra oceanum dixit. Quid enim pōt dici citra oceanū eſſe: cum undiq; oceanus cir cūſcribat omnis terras: & ambiat? Nā citra quod eſt: id extra eſt. Qui aūt pōt intra eſſe dici: quod extra eſt? Sed ſi ex una tm̄ parte orbis oceanus foret: citra oceanum eſſe dici pōt uel ante oceanum. Cum uero oīs terras omnifariā & un diq; uerſum circūfluat: nihil citra eum eſt: ſed undarū illius ambitu terris om nibus cōuallatis: in medio eius ſunt oīa: quæ intra oras eius incluſa ſunt. Sicuti hercle ſol nō citra cælum uertit̄: ſed in cælo: & intra cælum. Hæc tunc Apolli naris ſcite: acuteq; dicere uiſus eſt. Sed poſtea in libro. M. Tullii epiſtolarum ad Ser. Sulpitium ſic dictum eſſe inuenimus: intra modum: ut intra calendas dicunt: qui dicere citra calendas uolunt. Verba hæc Ciceronis ſunt quæ appo ſui. Sed tamen quoniam effugi eius occaſionem: qui fortaſſe arbitraretur: me hanc rem īperite nō putare: ſi ꝑpetuo tacerē: modice hoc faciā. Aut etiam intra modum: ut & illius uoluntati: & meis ſtudiis ſeruiam. Modice dixerat hoc fa ciam: ideſt cum modo æquo: & pari. Deinde quaſi hoc diſpliceret: & corrige re id uellet: addidit. Aut etiam intra modum: per quod minus ſeſe oſtēdit id fa cturū eſſe: q̄ quod fieri modice uideretur. i. nō ad ipm̄ modū: ſed retro paulu lum: & citra modū. In orōne etiā quā pro. P. Seſtio ſcripſit intra montē Tauꝝ ſic dicit: ut nō ſignificet in monte tauro: ſed uſq; ad mōtem taurum cum ipſo

Intra mo dum mo dice

L

Homo in libris: atq; in lris assiduus

monte. Verba ſunt hæc ipſius. M. Tullii ex ea quam dixi oratione. Antiochũ magnum illum maiores noſtri magna: belli contentione: terra: mariq; ſuperatum: intra montẽ taurum regnare iuſſerunt. Aſiam qua illum mulctarunt: Attalo: ut is in ea regnaret: cõdonarũt. Intra montem ĩquit tauꝝ regnare iuſſerũt: quod nõ perinde eſt: ut intra cubiculum dicimus: niſi uideri poteſt id eſſe intra montẽ: quod eſt intra regiones quæ tauri montis obiectu ſeparant̃. Nã ſicuti qui intra cubiculum eſt: is nõ in cubiculi parietibus: ſed intra parietes eſt: quibus cubiculum includitur qui tamen ipſi quoq; parietes in cubiculo ſunt. Ita q regnat intra montem taurum: non ſolum in mõte tauro regnat: ſed in iis etiã regionibus: quæ tauro monte clauduntur. Nunc igitur ſecundum iſtam uerborum. M. Tullii ſimilitudinem: qui iubet intra calendas pronunciare: is & ante calendas: & ipſis calendis iure pronunciare poteſt. Neque id fit quaſi priuilegio quodam inſite cõſuetudinis: ſed certa rationis obſeruatione: quum omne tempus quod calendarum die includitur: intra calendas eſſe recte dicitur.

❡ Saltem particula quam uim habeat: & quam originem. Cap. XIII

SAltem particula: quã haberet principalem ſignificationem: quæq; uocis iſtius origo eſſet quærebamus. Ita enim primitus factam eſſe apparet: ut quæ uideatur: ſicuti quædam ſupplementa. orationis temere: & incondite aſſumptæ. Atq; erat q diceret legiſſe ſe in grammaticis commentariis. P. Nigidii: ſaltem ex eo dictum: quod eſſet: ſi aliter. idque ipſum dici ſolitum per defectionem. Nam plenam eſſe ſententiam: ſi aliter non poteſt. Sed id nos in iiſdem commentariis Nigidii: quum nos non (opinor) incurioſe legiſſemus nuſq̃ inuenimus. Videntur autem uerba iſta: Si aliter non poteſt: a ſignificatione quidem uoculæ huius: de qua quærimus: non abhorrere. Sed tot uerba tamen in pauciſſimas litteras cludere: improbe cuiuſdam ſubtilitatis eſt. Fuit etiam qui diceret homo in libris: atq; in litteris aſſiduus. Saltem ſibi dictum uideri. u. media littera extrita. Salutem enim ante dictum: quod nos ſaltem diceremus. Nam quum alia quædam petita: & non impetrata ſunt: Tum ſolemus inquit: quaſi extremum aliquid penituri: quod negari minime: debeat dicere: hoc ſaltem fieri: aut dari: oportere. tanq̃ ſalutem poſtremo petentes: q̃ & impetrari certe & obtineri ſit æquiſſimum. Sed hoc itidem non illepide quidem fictum nimis tamen eſſe uidetur commenticium. Cenſuimus igitur amplius quærendum.

Saltem

❡ Quod Siſenna in libris hiſtoriarum aduerbii huiuſcemodi ſæpenumero uſus eſt celatim: uelitatim: ſaltuatim. Cap. XV.

Aduerbia in im

CVm lectitaremus hiſtoriã Siſennæ aſſidue huiuſcemodi figuræ aduerbia ĩ orõne eius aĩaduertim⁹: cuiuſmodi ſunt hæc: curſim: ꝑperati: celatim: uelitati: ſaltuatim. Ex qbus duo pria: q̃ ſũt notiora exẽplis nõ ĩdigebant. Reliqua in hiſtoriarum ſexto ſic ſcripta ſunt. Quammaxime celatim poterat in inſidiis ſuos diſponit. Item alio in loco. Nos una æſtate in aſia: & græcia litteris geſta: iccirco continentia mandauimus: ne uelitatim aut ſaltuatim ſcribendo: lectoꝝ animos impediremus.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER TERTIVSDECIMVS.

¶ Inquiſitio uerboꝝ iſtoꝝ. M. Tullii curioſior: quæ ſunt in libro primo Antonianarũ. Multa aũt impẽdere uident̃ præter naturã præterq; fatũ: tractatũq; an idem duo iſta ſignificẽt fatum atq; naturã: an diuerſum. Cap. I

M Cicero in primo Antonianaꝝ ita ſcriptum reliquit. Hunc igit̃ ut ſequerer ꝓperaui: quæ præſentes nõ ſunt ſecuti. Nõ ut ꝓficerem aliquid (nec enim ſperabam id: nec præſtare poterã) ſed ut ſiquid mihi humanitus accidiſſet (multa aũt impẽdere uident̃: præter naturã etiam: præterq; fatum) huius diei uocem: teſtem reip. relinquerem: meæ ꝑpetuæ erga ſe uolũtatis. Præter naturã inquit: præterq; fatum. An utrũq; idem ualere uoluerit? Fatum / Atq; naturã? (Præter naturam) (Præter fatum) & duas res: ἀνθ᾽ ἑρὸς ὑποκειμένους πεπρωμένην. καὶ φύσιν. i. pro uno ſubiecto: fatum: & naturã poſuerit? An uero diuiſerit: ſeparaſitq; ut alios caſus natura ferre uideat̃: alios fatum: cõſiderãdum equidẽ puto? Atq; id maxime requirẽdũ: qua rõne dixerit: accidere multa humanitus poſſe præter fatum: quãdo ſic ratio: & ordo: & inſuperabilis quædam neceſſitas fati conſtituitur: ut omnia intra fatum claudẽda ſint: niſi illud ſane Homeri ſecutus eſt.

μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον ἄϊδος εἰσαφίκηαι. ideſt

Neue obſtante domum fato penetrabis auerni.

Nihil aũt dubiũ eſt: quin uiolentã: & inopinatã mortẽ ſignificauerit: quæ quidẽ põt recte uideri accidere: præter naturã. Sed cur id quoq; genus mortis extra fatũ poſuerit: neq; opis huius eſt explorare: neq; tẽporis. Illud tñ nõ prætermittẽdum eſt: quod Virgilius quoq; idipſum qđ Cicero de fato opinatus eſt: cum hoc in quarto libro dixit de Elyſa. quæ mortẽ per uim potita eſt.

Nam quia nec fato: merita nec morte peribat.

Tãq in faciendo fine uitæ / quæ uiolenta ſunt / nõ uideãtur e fato uenire.

Demoſthenis autem uiri prudentia pari: atq; facundia præditi: uerba idem fere ſignificantia / de natura atque fato. M. C. ſecutus uidetur. Ita enim ſcriptum eſt in oratiõe illa egregia: cui titulus eſt περὶ ςεφάνου: ideſt pro corona. ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι νομίζων μόνον γεγεννῆσθαι τὸν τῆς εἱμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον. θάνατον περιμένει. ὁ δὲ καὶ τῇ πατρίδι ὑπὲρ τοῦ μὴ ταύτην ἐπιδεῖν δουλεύουσαν. ἀποθνήσκειν. ἐθελήσει. Ideſt.

Nam qui parentibus tantum ſe natum putat: fatalem: atq; ſpontis ſuæ mortẽ manet. Qui uero etiam patriæ: ob id / ne in ſeruitutem redactam illam uideat: occumbere præobtabit. Quod Cicero fatum: atq; naturam uidetur dixiſſe: id multo ante Demoſthenes τὴν πεπρωμένην καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον. ideſt fatalem: & ſpontis ſuæ mortem appellauit. αὐτόματος enim θάνατος, quaſi naturalis / & fatalis: nulla extrinſecus ui coactus uenit.

❡ Sup poeta℞ Pacuuii: & Accii colloquio familiari in oppido tarẽtino. C.II

Pacuuius

Accius

QVibus ocium & ſtudium fuit: uitas atq; ætates docto℞ hominũ quærere: & memoriæ tradere: de. M. Pacuuio: &. L. Accio tragicis poetis: hiſtoriam ſcripſerunt huiuſcemodi. Cum Pacuuius inquiunt: grandi iam ætate: & diutino corporis morbo affectus: tarentum ex urbe Roma conceſſiſſet. Accius tun haud paruo iunior: proficiſcens in aſiam: cum in oppidum ueniſſet: diuertit ad Pacuuium. comiterq; inuitatus: pluſculiſq; ab eo diebus retentus: tragœdiã ſuã: cui Atreus nomen eſt deſiderãti legit. Tum Pacuuiũ dixiſſe aiunt: ſonora quidẽ eſſe: quæ ſcripſiſſet & grãdia. Sed uideri ea tamẽ ſibi duriora paulum: & acerbiora. Ita eſt inquit Accius: uti dicis. Neq; id ſane me pœnitet. Meliora enim fore ſpero: quæ deinceps ſcribam. Nam quod in pomis eſt: itidem inquit eẽ aiunt in ingeniis: quæ dura & acerba naſcunt᷑: poſt fiunt mitia & iucunda. Sed quæ gignunt᷑ ſtatim uieta: & mollia: atq; a principio ſunt uiuida: nõ matura mox fiunt: ſed putria. Relinquẽdum igitur uiſum eſt ingenio: quod dies: atq; ætas mirificet.

Rñſio accii ad Pacuuium

❡ An uoca bula / hæc / neceſſitudo / & neceſſitas / differẽti ſignatione ſint. C.III

Neceſſitas

Neceſſitudo

RIſu prorſus / atq; ludo res digna eſt: cum pleriq; grãmatico℞ aſſeuerant / neceſſitudinem & neceſſitatem / mutare longe: differreq;. Ideo q neceſſitas ſit uis quæpiam præmens / & cogens. Neceſſitudo aũt dicatur ius quoddam: & uinculum religioſæ cõiunctionis. Idq; unum ſolitariũ ſignificet. Sicut aũt nihil quicq̃ intereſt: ſuauitudo dicas: an ſuauitas / ſanctitudo: an ſanctitas / acerbitudo / an acerbitas / acritudo / an qđ Accius in Neoptolemo ſcripſit acritas. Ita nihil rationis dici poteſt: quin neceſſitudo & neceſſitas ſeparentur. Itaq; in libris ueterum uulgo reperias neceſſitudinẽ dici: pro eo quod neceſſum eſt. Sed neceſſitas ſane pro iure / officioq; obſeruantiæ / affinitatiſue infrequens eſt. Quanq̃ qui ob hoc ipſum ius affinitatis / familiaritatiſue cõiuncti ſunt: neceſſarii dicũtur. Repperi tamẽ in oratione. C. Cæſaris / qua plautia rogationem ſuaſit: neceſſitatem dictam pro neceſſitudine / ideſt iure affinitatis. Verba hæc ſunt. Equidem mihi uideor pro noſtra neceſſitate / non labore / nõ opera / nõ induſtria defuiſſe. Hoc ego ſcripſi de utriuſque uocabuli indifferẽtia admonitus forte uerbi iſtius / cum legerem Sempronii Aſellionis ueteris ſcriptoris quartum / ex hiſtoria librum / in quo de. P Africano Pauli filio / ita ſcriptum eſt. Nam ſe patrem ſuum audiſſe dicere. L. Aemilium Paulum / pro nõ nimis bonum imperatorẽ ſignis collatis decertare: niſi ſumma neceſſitudo / aut ſumma ei occaſio data eſſet.

❡ Olympiadis Alexandri matris / comis / ac prudens ad filium reſcriptio.

Caput IIII

Olympias

IN pleriſq; monumẽtis rerum ab Alexandro geſtarum: & paulo ante in libro. M. Varronis / qui inſcriptus eſt Oreſtes: uel de inſania / Olympiadem Philippi uxorem feſtiuiſſime reſcripſiſſe legimus Alexandro filio. Nam cum ipſe ad matrẽ ita ſcripſiſſet. Rex Alexãder Iouis Hãmonis filius Olympiadi matri ſalutem dicit. Olympias ei

reſcripſit

reſcripſit ad hanc ſententiam. amabo inquit mi fili quieſcas: neque deferas me: neque criminere aduerſum Iunonem. Malum mihi prorſum illa magnum dabit: quum me litteris tuis pellicem illi eſſe confiteris. Ea mulieris ſcite atque prudentis erga ferocem filium comitas ſenſim: & comiter admonuiſſe eum uiſa deponendam eſſe opinionem uanam: quam ille ingentibus uictoriis: & adulantium blandimentis: & rebus ſupra fidem proſperis inbiberat: genitum eſſe ſeſe de ioue.

¶ De Ariſtotele: & Theophraſto: & Menedemo philoſophis. deq; elegāti uerecundia Ariſtotelis ſucceſſorem diatribæ ſuæ eligentis. Cap. V.

ARiſtoteles philoſophus ~~annos iam fere natus duos & ſexaginta:~~ corpore ægro affectoque: ac ſpe: uitaque tenui fuit. Tunc omnis eius ſectatorum cohors ad eum accedit: orantes: obſecranteſque: ut ipſe deligeret loci ſui: & magiſterii ſucceſſorē: quo poſt ſummum eius diem perinde ut ipſo uterentur ad ſtudia doctrinarum complenda excolendaque: quibus ab eo imbuti fuiſſent. Erant tunc in eius ludo boni multi. Sed præcipue duo Theophraſtus: & Menedemus: ingenio ii atque doctrinis cæteros præſtabāt. Alter ex inſula Leſbo fuit: Menedemus autem rhodo. Ariſtoteles reſpondit facturum eſſe quod uellent: quum id ſibi foret tempeſtiuum. Poſtea breui tempore: quum iidem illi: qui de magiſtro deſignando petierant: præſentes eſſent. Vinum ait quod tum biberet: non eſſe id ex ualitudine ſua: ſed inſalubre eſſe: atque aſperum: ac propterea quæri debere exoticū: uel rhodium aliquod uel leſbium. Id ſibi utrumque ut curarent petiuit. Vſurumque eo dixit quod ſeſe magis iuuiſſet. Eunt: curant: inueniunt: afferunt. Tum Ariſtoteles rhodium petit: deguſtat. Firmum īquit hercle uinum & iucundū. Petit mox leſbium: quo item deguſtato: utrūque inquit ~~oppido bonum~~. Sed ἡδίων ὁ λέσβιος: ideſt ſuauius leſbium. Id ubi dixit: nemini fuit dubium: quin lepide ſimul & uerecunde: ſucceſſorem illa uoce ſibi non uinum delegiſſet. Is erat e leſbo Theophraſtus: homo ſuauitate īſigni linguæ pariter: atque uitæ. Itaque non diu poſt Ariſtotele uita defuncto ad Theophraſtum omnes conceſſerunt.

Ariſtoteles — Menedemus — Vinū thodium & Vinū leſbium — Oppido bonum — Theophraſtus

¶ Quid ueteres latini dixerunt: quas græci προσῳδίας: ideſt cocum moderamenta appellant. Et item quod uocabulum barbariſmi non uſurpauerint: neque romani antiquiores neque attici. Cap. VI.

Barbariſmi

QVas græci προσῳδίας: ideſt accētus. dicunt eas ueteres docti. tum notas uocum. tum moderamenta: tum accentiunculas: tum uoculationes appellabant. Quod nunc autem barbare quem loqui dicimus: id uitium ſermonis: non barbarum eſſe ſed ruſticum: & cum eo uitio loquentes: ruſtice loqui dictitabant. P. Nigidius in commentariis grammaticis. ~~Ruſticus fit ſermo~~ inquit: ſi aſpires perperam. Itaque id uocabulum quod dicitur uulgo barbariſmus: qui ante diui Auguſti ætatem pure atq; integre locuti ſunt: an dixerunt nondum equidem inueni.

Ruſtice loqui — Barbariſmus

¶ Diuerſum de natura leonum dixiſſe Homerum in carminibus: & Herodotum in hiſtoriis. Caput VII

Leæne' partus Herodotus

LEænas inter omnem uitam ſemel parere. eoq; uno partu nunquã edere plures/q̃ unum Herodotus in .iii. hiſtoria ſcriptum reliquit. Verba ex eo libro hæc ſunt. ἡ δὲ λέαινα, ἐὸν ἰσχυρότατον καὶ θρασύτατον. ἅπαξ ἐν τῷ βίῳ τίκτει. ἓν τίκτουσα γὰρ συνεκβάλλει τῷ τέκνῳ τὰς μήτρας. τὸ δὲ αἴτιον τούτου ὅτ᾽ ἐστὶν ἐπειὰν ὁ σκύμνος ἐν τῇ μήτρῃ ἐὼν ἄρχηται διακινεύμενος, ὁ δὲ ἔχων ὄνυχας θηρίων πολλὸν πάντων ὀξυτάτους. ἀμύσσει τὰς μήτρας. αὐξανόμενός τε δὴ πολλῷ μᾶλλον ἐξικνέεται καταγράφων πέλας τε δὴ ὁ τόκος ἐστί, καὶ τὸ παράπαν λείπεται αὐτέων ὑγιὲς οὐδέν. Ideſt. Cum aũt animaliũ acerrimum ſit leæna: & audaciſſimũ: ſemel omnino in uita: & unum parit. Enitendo enim cum fœtu pariter matricẽ proiicit. Rei uero huiuſce cauſa eſt: ꝙ cum in matrice manens motitari incipit catulus: motus ille unguiculis præmunitus ferarum longe oium acutiſſimis matricem diſcerpit: tum in maius cõtinuo augeſcens: multomagis dilaniãs prodit: inſtãte uero iam nixu: prorſum relinquit eoꝝ integrum & ſanum nihil. Homerus aũt leones. ſic enim fœminas quoq; uirili genere appellat: quod grãmatici ἐπίκοινον: ideſt promiſcuũ uocãt/pluris gignere: atq; educare catulos dicit. Verſus quibus hoc aperte demonſtrat hi ſunt.

Leena virili gñe

εἱστήκει ὥς τις ελέων περὶ οἷσι τέκεσιν
ᾧ ῥά τε νήπια ἄγοντι. συναντήσονται ἐν ὕλῃ
ἄνδρες ἐπακτῆρες. Ideſt

Vtq; leo in ſilua ſtabat ſua pignora circum:
Cui manus occurſet catulos nemus inter agenti
Venatrix accincta uirum. Item alio in loco idem ſignificat.

πυκνὰ μάλα στενάχων ὥς ελὶς ἠυγένειος
ᾧ ῥά θ᾽ ὑπὸ σκύμνους ἐλαφηβόλος ἁρπάσῃ ἀνὴρ
ὕλης ἐκ πυκινῆς. ὁ δέ τ᾽ ἄχνυται ὕστερος ἐλθὼν
πολλὰ δέ τ᾽ ἄγκε᾽ ἐπῆλθε μετ᾽ ἀνέρος ἴχνι᾽ ἐρευνῶν
εἴ ποθεν ἐξεύροι. μάλα γὰρ δριμὺς χόλος αἱρεῖ. Ideſt.

Crebra gemens nimium: tanq̃ leo uiribus ingens
Faucibus: abſenti uenator ſi catulum audax
Abripuit denſo in ſaltu: dolet acre: ſequenſq;
Deinde nemus uerſat: ſcrutant ueſtigia: ſiquo
Verſa uiri inueniat: coquit illum bilis amara. Item alio.

πυκνὰ μάλα στενάχων ὥς ελὶς ἠυγένειος
ᾧ ῥά θ᾽ ὑπὸ σκύμνους ἐλαφηβόλος ἁρπάσῃ ἀνὴρ
ὕλης ἐκ πυκινῆς. Ideſt.

Crebra gemens nimium: tanq̃ leo uiribus ingens
Faucibus: abſenti uenator ſi catulum audax
Abripuit dẽſo ĩ ſaltu. Ea nos diſſenſio atq; diuerſitas cũ agitaret ĩclytiſſimi poetaꝝ: & hiſtoricoꝝ nobiliſſimi: placuit libros Ariſtotelis philoſophi ĩſpici: quos de animalibus exquiſitiſſime compoſuit: in quibus quod ſuper iſta reſcriptũ

inuenirem us

inueniremus:cũ ipſius Ariſtotelis uerbis in his cõmentariis ſcriberemus. Verba Ariſt. hæc ſunt ex lib. de hiſtoria animalium. vi.

λέων δ' ὅτι μὲν ὀχεύει ὄπιθεν καὶ ἔστιν ὀπισθουρητικόν, εἴρηται πρότερον, ὀχεύει δὲ καὶ τίκτει οὐ πᾶσαν ὥραν, καθ' ἕκαστον μέντοι ἐνιαυτόν. τίκτει μὲν οὖν τοῦ ἔαρος, τίκτει δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δύο. τὰ μέντοι πλεῖστα ἕξ. τίκτει δ' ἐνίοτε καὶ ἕν. ὁ δ' ἐλεχθεὶς μῦθος περὶ τοῦ ἐκβάλλειν τὰς ὑστέρας τίκτοντα ληρώδης ἐστὶν. συνετέθη δὲ ἐκ τοῦ σπανίους εἶναι τοὺς λέοντας. ἀποροῦντος τὴν αἰτίαν τοῦ τὸν μῦθον συνθέντος. σπάνιον γὰρ τὸ γένος τὸ τῶν λεόντων. καὶ οὐκ ἐν πολλῷ γίνεται τόπῳ. ἀλλὰ τῆς εὐρώπης ἁπάσης ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ ἀχελώου καὶ τοῦ νέσου ποταμῶν. τίκτει δὲ καὶ ὁ λέων πάνυ μικρὰ οὕτως, ὥστε δίμηνα ὄντα μόλις βαδίζειν. οἱ δ' ἐν συρίᾳ λέοντες. τίκτουσι πεντάκις. τὸ πρῶτον πέντε. εἶτα ἀεὶ ἐλάττονα. μετὰ δὲ ταῦτα οὐκέτι οὐδὲν τίκτουσιν. ἀλλ' ἄγονοι διατελοῦσιν. οὐκ ἔχει δὲ ἡ λέαινα χαίτην ἀλλ' ὁ ἄρρην λέων. βάλλει δὲ ὁ λέων τοὺς κυνόδοντας καλουμένους τέτταρας μόνους δύο μὲν ἄνωθεν. δύο δὲ κάτωθεν. βάλλει δὲ ἑξάμηνος ὢν τὴν ἡλικίαν. Ideſt Leonẽ auerſum coire:urināq; retro reddere dictum iam eſt. Coit & parit:nõ omni tẽpore. ſinguliſ tñ ānis uere parit:& magna ex parte geminos. Sed cũ plurimos/ſex catulos/nõnunq̃ etiã unũ. Q uod de leæna fertur: uuluã cum partu emittere:delira fabula eſt facta ex ea cauſa:ꝙ rarũ genus hoc aĩalis eſt. nec rõnem cur ita eſſet cõperire auctor ille fabulæ poterat. Rarũ hoc enim eſt, nec multis naſcit' locis ſed europæ totius ea parte ſolũ:qua inter acheloum ãnem & neſum eſt. Parit leæna quoq; adeo paruos:ut uix poſt ſecundũ menſem incipiant ingredi leones terræ ſyriæ quinquies uita:pariunt: primum quinq; poſt uero ſubinde pauciores:deinde ſteriles degunt. Caret Leæna iuba maris hæc propria eſt dentes eos tantũmodo mutat leo:qui canini uocant':quatuor:duos ſuperius:totidem inferius. idq; decimo menſe ætatis fit.

¶ Q uod afranius poeta prudenter & lepide ſapientiam filiã eſſe uſus & memoriæ dixit. Caput VIII

EXimie hoc atq; uerisſime Afranius poeta de gignẽda : cõparãdaq; ſapiẽtia opiatus eſt:ꝙ eã filiã eſſe uſus & memoriæ dixit. Eo nãq; argumẽto demõſtrat:qui ſapiẽs eſſe reꝝ humanaꝝ uelit : nõ libris ſolis:neq; diſciplinis rhetoricis dialecticiſq; opus eſſe : ſed oportere eum uerſari quoq;:exerceriq; in rebus cõminus noſcẽdis:periclitandiſq;. Et ea oĩa acta & euẽta firmiter meminiſſe:& perinde ſapere / ac conſulere/ex iis/ quæ pericula ipſa rerũ docuerũt:nõ quæ libri tãtum:aut magiſtri per quaſdã inanitates uerboꝝ:& imaginum:tanq̃ mimo:aut in ſomnio delectauerint. Verſus Afranii ſunt in togata:cui ſellæ nomen eſt.

V ſus me genuit:mater peperit memoria.
Sophian uocant me graii:uos ſapientiam.

Item uerſus eſt in eãdẽ ferme ſniam Pacuuii:quẽ Macedo philoſophus uir bonus:familiaris meus ſcribi debere cẽſebat pro foribus oĩum temploꝝ. Ego odi hoĩes/ignaua opera/ & philoſopha ſnĩa. Nihil enim fieri poſſe indignius : neq; intolerãtius dicebat:q̃ ꝙ homĩes ignaui:ac deſides:operti barba:& pallio:mores & emolumẽta philoſophiæ:in linguæ uerborũq; artes cõuerterent:& uitia facundiſſime accuſarent:intercutibus ipſi uitiis madentes.

Q uid Tullius Tyro in commentariis ſcripſerit de ſuculis: & hyadibus : quæ ſunt ſtellarum uocabula. Cap. IX.

Tyro VLlius Tyro.M.Ciceronis alumnus & libertus: adiutorq; in litte
ris ſtudiorum eius fuit.Is libros compluris de uſu & rōne linguæ
latinæ. item de uariis atq; promiſcuis quæſtionibus compoſuit.
In iis eſſe præcipui uidentur : quos græco titulo πανδέκτας. ideſt
promiſcua & oímoda continentes libros inſcripſit: tanquam omne rerum:at
q; doctrinarum genus cōtinentis.Ibi de iis ſtellis:q̄ appellant̄ ſuculæ:hoc ſcri
Suculæ ptū eſt: Adeo inqt ueteres romani litteras græcas neſciuerūt:& rudes græce
līguæ fuerūt:ut ſtellas quæ in capite tauri ſunt.propterea ſuculas appellarint:
q eas ὑάδας græci uocant:tanq̄ id uerbū latinum græci uerbi interp̄tamentum
ſit:quia græce ὕες ſues latine dicātur. Sed ὑάδας inquit οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν.ideſt nō
Hyades a ſuibus:ita ut noſtri rupici putauerunt.ſed ab eo quod eſt ὕω ideſt pluo appel
larunt.Nam & quum oriuntur:& quum occidūt: tempeſtates pluuias:largoſ
q; hymbres cient.Pluere autem græca lingua ὕειν dicitur:Hæc quidem Tyro
in pandectis.Sed enim ueteres noſtri:non eouſq; rupices & agreſtes fuerūt:ut
ſtellas hyadas icciirco ſuculas nominarent:q ὕες latine ſues dicantur.ſed ut qđ
græci ὑπὲρ nos ſuper dicimus:qđ illi ὕπτιος nos ſupinus: qđ ὑφορβὸς nos ſubul
cus:quod item illi ὕπνος nos primo ſymnus:deinde per.y.græce latineq;.o.litte
Sucula ræ cognationem:ſomnus.Sic quod ab illis ὑάδες a nobis primo ſyades : deíde
ſuculæ ap pellatæ.Stellæ autem iſtæ nō in capite tauri ſunt.ut Tyro dicit. Nul
lum enim uidetur præter eas ſtellas tauri caput.ſed eæ ita circulo:qui zodiacus
dicitur ſitæ locatæq; ſunt:ut ex earum poſitu ſpēs quædam & ſimulacrum eſ
ſe uideat̄ tauri capitis ſicuti cæteræ partes & reliq̄ imago tauri cōformata:& q̄
ſi d̄picta ē locis:regiōibuſq; eaꝝ ſtellaꝝ:q̄s græ.πλειάδας nos uirgilias uocam⁹

❡ Q uid ſororis ἔτυμον.ideſt rectam interpretationem dixerit Labeo Antiſti
us & quid fratris Nigidius. Cap.X.

LAbeo Antiſtius iuris quidem ciuilis diſciplinā principali ſtudio
exercuit:& conſulentibus de iure publice reſpōſitauit:cæterarū
quoque bonarum artium non expers fuit.Et in grāmaticam ſeſe
atque dialecticā:litteraſque antiquiores:altioreſque īpenetraue
rat.Latinarumque uocum origines rationeſque percalluerat.Eaque præcipue
ſcientia ad enodandos pleroſque iuris laqueos utebatur. Sunt adeo libri poſt
mortem eius editi:qui poſteriores inſcribuntur.Q uorum librorum tres con
tinui trigeſimuſoctauus trigeſimuſnonus & quadrageſimus pleni ſunt id ge
nus rerum ad enarrandam & illuſtrandam linguam latinam conducentium
Præterea in libris:quos ad prætoris edictum ſcripſit:multa poſuit partim le
pide atque argute reperta : ſicuti hoc eſt. quod in quarto:ad edictum libro
ſcriptum legimus. Soror inquit appellata eſt: q quaſi ſeorſum naſcitur: ſepa
turque ab ea domo in qua nata eſt:& in aliam familiam tranſgreditur.Fratris
autem uocabulum.P.Nigidius homo impenſe doctus nō minus arguto:ſub
tiliq; ἐτύμῳ.i.recto īterpretamēto īterp̄tat̄:frater inqt eſt dictus q̄ſi fere alter.

Q uem.M.

Quem. M. Varro iuſtum aptumq; eſſe numerum cõuiuarum exiſtimarit. Ac de menſis ſecundis: & de bellariis. Cap. XI

LEpidiſſimus liber eſt. M. Varrõis ex ſatyris menippæis: qui inſcribitur. Neſcis quid ueſper ſerus uehat. in quo diſſerit de apto cõuiuarum numero: deq; ipſius cõuiuii habitu cultuque. Dicit autem conuiuarum numerum incipere oportere a gratiarum numero: & progredi ad muſarum ideſt proficiſci a tribus: & conſiſtere in nouem: ut quum pauciſſimi conuiuæ ſunt non pauciores ſint: q̃ tres: quum plurimi non plures q̃ nouem. Nam multos inquit eſſe non conuenit: q turba plerumq; eſt turbulenta. Et Romæ quidem conſtat: ſed athenis. nuſq̃ aũt plures cubant. Ipſum deinde conuiuium conſtat inquit ex rebus quattuor. & tum deniq; omnibus ſuis numeris abſolutum eſt: ſi belli homunculi collecti ſunt: ſi lectus locus: ſi tempus lectum: ſi apparatus non neglectus. Nec loquaces autem inquit conuiuas: nec mutos legere oportet. Quia eloquentia in foro & apud ſubſellio. Silentium uero non in conuiuio: ſed in cubiculo eſſe debet. Sermones igitur ad tpis habẽdos cenſet: & non ſuper rebus anxiis: aut tortuoſis: ſed iocundos: atq; inuitabiles: & cum quadã illecebra: & uoluptate utiles: ex qbus ingeniũ noſtrũ uenuſtius fiat: & amœnius. Q d' pfecto inquit eueniet: ſi de id genus rebus ad cõmunem uitæ uſum pertinentibus cõfabulemur: de quibus in foro atq; in negociis agẽdis loqui non eſt ociũ. Dominũ aũt inquit cõuiuii eſſe oportet non tam lautũ: q̃ ſine ſordibus. Et in cõuiuio legi non oĩa debent: ſed ea potiſſimũ: quæ ſimul ſint βιωφελῆ. ideſt uitæ utilitatibus cõducẽtia & delectent. Neq; non de ſecũdis quoq; menſis cuiuſmodi eſſe eas oporteat præcipit. His enim uerbis utitur: Bellaria inquit ea maxime ſunt mellita: quæ mellita non ſunt πέμμασιν. ideſt placentis & bellariis enim cum πέψει. i. cũ panibus ſecũdæ menſæ ſocietas infida. Quod Varro in hoc loco dixit bellaria: nequis forte in iſta uoce hereat. Significat id uocabulum omne mẽſæ ſecũdæ genus. Nã quæ τραγήματα græci: aut πέμματα dixerunt: ea ueteres nr̃i bellaria appellauerunt. Vina quoq; dulcia eſt inuenire in comœdiis antiquioribus hoc nomine appellata: dictaq; eſſe ea liberi bellaria.

De habitu conuiuarum
Belli homunculi

Bellaria

Bellaria

Liberi bellaria

Tribunos plebis prehenſionẽ habere: uocationẽ non hr̃e. Cap. XII.

IN quadam epiſtola Atteii Capitonis ſcriptũ legimus Labeonem Antiſtium legum atq; morum Pop. Ro. iuriſq; ciuilis doctum apprime fuiſſe. Sed agitabat inquit hominem libertas quædam nimia & uecors uſq; eo: ut diuo auguſto iam principe: & remp. obtinente ratum tamen: penſumq; nihil haberet: niſi q iuſtum ſanctũq; eſſe in romanis antiquitatibus legiſſet. ac deinde narrat quid idẽ Labeo per uiatorẽ tri. ple. uocatũ rñderit: quum a muliere inquit quadam tri. ple. aduerſum eũ aditi Gellianũ ad eum: miſiſſent: ut ueniret & mulieri rñderet. Iuſſit eũ qui miſſus erat redire: & tribunis dicere ius eos nõ hr̃e neq; ſe neq; aliũ quẽ i cãm uocãdi: cũ morib' maiorum tri. pl. prehẽſionẽ hr̃ent uocationẽ nõ hr̃ent. Poſſe igit' eos uenire & p̃hẽdi ſe iubere: ſed uocãdi abſentẽ ius nõ hr̃e. Quũ hoc i ea Capitõis

epiſtola legiſſemus id ipm poſtea in. M. Varronis rerũ humanarum uno & uiceſimo libro enarratius ſcriptum inuenimus. Verbaq; ipſa ſuper ea re Varronis aſcripſimus. In magiſtratu inquit habent alii uocationem: alii prehenſionem: alii neutrum. Vocationem ut conſules & cæteri qui habent imperium. Prehẽſionem ut tri. ple. & alii qui habẽt uiatorem. Neq; uocationem neq; prehenſionẽ: ut queſtores: & cæteri qui neq; lictorem habẽt: neq; uiatorem. Qui uocationẽ habent: iidem prehendere: tenere: abducere poſſunt. & hæc omnia ſiue adſunt quos uocãt: ſiue acciri iuſſerunt tri. ple. uocationem habẽt nullam. Neq; minus multi imperiti perinde: atq; haberẽt: ea ſunt uſi. Nam quidam nõ modo priuatum: ſed etiam conſulem in roſtra uocari iuſſerunt. Ego triumuir uocatus a Portio tri. ple. non iui: auctoribus principibus: & uetus ius tenui. Itẽ tribunus quum eſſem: uocari neminem iuſſi: nec uocatum a collega parere inuitum. Huius ego iuris: quod. M. Varro tradit: Labeonem arbitror uana tunc fiducia: quum priuatus eſſet uocatum a tribunis non iſſe. Quæ malum autem ratio fuit uocantibus nolle obſequi quos confiteare ius habere prehendendi? Nam qui iure prehẽdi: is etiam in uincula duci poteſt: ſed quærentibus nobis quam ob cauſam tribui qui haberẽt ſummã coercẽdi poteſtatem: ius uocãdi nõ habuerit: illud occurrit q tri. ple. antiquitus creati uidentur: non iuri dicendo: nec cauſis: querelisq; de abſentibus noſcendis: ſed interceſſionibus faciendis: quibus pſentes fuiſſent ut iniuria: quæ coram fieret: arceretur. Ac propterea ius ad ſe uocandi ademptum: quoniam ut uim fieri uetarent aſſiduitate eorum: & præſentium oculis opus erat.

Quod in libris humanarũ. M. Varronis ſcriptum eſt: ædiles & queſtores po. ro. in ius: a priuato ad prætorem uocari poſſe. Cap. XIII.

Cum ex angulis: ſecretiſque librorum: ac magiſtrorum in mediũ iam hominum: & in lucem fori prodiſſem; quæſitum eẽ memini in pleriſque romæ ſtationibus ius publice docentium: aut reſpondentium: an quæſtor po. ro. ad prætorem: in ius uocari poſſet? Id autem non ex ocioſa quæſtione agitabatur: ſed uſus forte natæ rei ita erat: ut uocandus eſſet in ius quæſtor. Nõ pauci igitur exiſtimabant: eius uocationis in eum: prætori non eſſe: quoniam magiſtratus po. ro. proculdubio eſſet. Et neque uocari: neque ſi uenire nollet capi: atque prehendi: ſalua ipſius magiſtratus maieſtate poſſet. Sed ego qui tum aſſiduus in libris. M. Varronis fui: cum hoc quæri dubitarique animaduertiſſem: protuli unum & uiceſimum rerum humanarũ: in quo ita ſcriptum fuit. Qui poteſtatem neque uocationis populi uiritim habent. neque præhenſionis: eos magiſtratus a priuato in ius quoque uocari eſt poteſtas. M. Leuinius ædilis curulis a priuato ad prætorem ĩ ius eſt eductus. Nunc ſtipati ſeruis publicis non modo prehendi non poſſunt: ſed etiam ultro ſummouent populum. Hoc Varro in ea libri parte de ædilibus. Supra autem in eodem libro. Quæſtores neque uocationem habere: neque prehenſionem dicit. Vtraq; igitur libri parte recitata in Varronis omnes ſententiam conceſſerunt. quæſtorq; in ius ad prætorem uocatus eſt.

¶ Verba ex libro Meſſallæ auguris: quibus docet qui ſint minores magiſtra
tus: & cõſulẽ: prætorẽq; collegas eſſe. & quædã alia de auſpiciis. Cap. XIIII.

POmerium quid eſſet augures Popu. Ro. qui libros de auſpiciis Pomeriũ
ſcripſerũt iſtiuſmodi ſententia definierunt. Pomerium eſt locus
intra agrum effatum: per totius urbis circuitum pone muros re-
gionibus certe is determiatus: qui facit finem urbani auſpicii. An
tiquiſſimum autem pomerium: quod a Romulo inſtitutum eſt palatini mon-
tis radicibus terminabatur. Sed id pomerium pro incrementis reip. aliquotiẽs
prolatum eſt. & multos editoſq; colles circũplexum eſt. Habebat autem ius
proferendi pomerii: q Populum Roma. agro de hoſtibus capto auxerat. Pro-
pterea quæſitum eſt: ac nunc etiam in quæſtione eſt: q̃ ob cauſam ex ſeptem
urbis montibus: quum cæteri ſex intra pomerium ſint: auentinus ſolus. quæ
pars non longinqua: nec infrequens eſt extra pomerium ſit. Neq; id Ser. Tul-
lius rex. neq; Sylla: qui proferendi pomerii titulum quæſiuit: neq; poſtea di-
uus Iulius: quum pomerium proferret: intra effatos urbis fines incluſerint.
Huius Meſſalla aliquot cauſas uideri ſcripſit. Sed præter eas omnis ipſe
unam probat: q; in eo monte Remus urbis cõdendæ gratia auſpicauerit aueſ-
q; irritas habuerit: ſuperatuſq; in auſpicio a Romulo ſit. Iccirco inquit omnes
qui pomerium protulerunt. montem iſtum excluſerũt: quaſi auibus obſcenis
ominoſum. Sed de auentino monte prætermittendum non putaui: q; iampri
dem ego in Elidis grammatici ueteris commentario offendi: in quo ſcriptum
erat auentinum antea ſicuti diximus extra pomerium excluſum. Poſt aucto-
re diuo Claudio receptum & intra pomerii fines obſeruatum. In edicto con
ſulũ: quo edicũt. Quis dies comitiis centuriatis futurus ſit: ſcribitur. Ex uete Auẽtinus mons
re forma perpetua nequis magiſtratus minor de cælo ſeruaſſe uelit. Quæri
igitur ſolet. qui ſint magiſtratus minores ſup hac re meis uerbis nil opus fuit/
qm̃ liber. M. Meſſallæ auguris de auſpiciis primo: quum hæc ſcriberemus:
forte affuit: ppterea ex eo libro uerba ipſius Meſſallæ ſubſcripſim⁹. Patricio
rum auſpicia in duas ſunt poteſtates diuiſa. Maxima ſunt conſulum. præto-
rum: cenſorum. Neq; tamen eorum omnium inter ſe eadem aut eiuſdem po
teſtatis: ideo q; collegæ non ſunt cenſores conſulum: aut prætorum. prætores
conſulũ ſunt. Ideo neq; conſules aut prætores cenſoribus: neq; cenſores con-
ſulibus: aut prætoribus turbant: aut retinent auſpicia. At cẽſores inter ſe: rur-
ſus prætores conſuleſque inter ſe: & uitiant: & obtinent. Prætor & ſi collega
conſulis eſt: neq; prætorẽ: neq; conſulem iure rogare poteſt. ut quidẽ nos a ſu
perioribus accepimus: aut ante hæc tpa ſeruatũ eſt. Et ut in cõmẽtario. xiii. C.
Tuditani patet: quia iperiũ minus p̃tor: maius habet cõſul. & a minore iperio
maius: aut a maiore collega rogare iure non poteſt. Nos his tẽporibus p̃tores
p̃tore creãte ueteꝝ auctoritatẽ ſumus ſecuti: neq; his comitiis in auſpicio fui-
mus. Cẽſores æq; non eodẽ rogant̃ auſpicio. atq; cõſules: & p̃tores. Reliquoꝝ
magiſtratuũ minora ſunt auſpicia. Ideo illi minores: hi maiores magiſtratus
appellãt̃. Minoribus creãdis magiſtratibus: Tributis: comitiis: magiſtratus:

Humanitas

ſed iuſtius curiata datur lege. Maiores centuriatis comitiis fiunt. Ex his om
nibus uerbis Meſſallæ manifeſtum fit: & qui ſint magiſtratus minores: & q̄
obrem minores appellent̃. Sed & collegā eſſe prætorem cōſuli docet: q; eodē
auſpicio creātur. Maiora autem dicuntur auſpicia habere: quia eorum auſpi
cia magis rata ſunt: q̄ aliorum.

¶ Item uerba eiuſdem Meſſallæ differentis: aliud eſſe ad populum loqui: ali
ud cum populo agere. & qui magiſtratus a quibus auocent comitiatum eiuſ
dem capitis. XIIII. portio.

IDem Meſſalla in eodem libro de mioribus magiſtratibus ita ſcri
bit. Conſul ab omnibus magiſtratibus: & comitiatum: & conci
onem auocare poteſt. Prætor: & comitiatum: & concionem uſq;
quaq; auocare poteſt: niſi a conſule. Minores magiſtratus nuſq̄:
nec comitiatum: nec concionem auocare poſſunt: Ea re: qui eorum primus
uocat ad comitiatum: is recte agit. Quia bifariam cum populo agi nō poteſt.
Nec auocare alius alii poſſet: ſi concionem habere uellet: uti ne cum populo
agant: q̄uis multi magiſtratus ſimul cōcionem habere poſſunt. Ex his uerbis
Meſſallæ manifeſtū eſt: aliud eſſe cum populo agere. aliud cōcionē hr̄e. Nam
Cū popu lo agere — cum populo agere: eſt rogare qd populū: ad quod ſuffragiis ſuis: aut iubeat:
Cōcionē habere — aut uertet. Cōcionē aūt habere: eſt uerba facere ad populū ſine ulla rogatiōe.

¶ Humanitatē nō id ſignificare: quod uulgus putat. Sed eo uocabulo qui ſin
ceriter locuti ſunt. magis proprie eſſe uſos. Cap. XV.

QVi uerba latina fecerunt: quiq; iis probe uſi ſunt / humanitatem
non id eſſe uoluerunt quod uulgus exiſtimat. Quodq; a græcis
φιλανθρωπια: ideſt erga homines amor dicitur: & ſi ſignificat dex
teritatem quandam beniuolentiamq; erga omnis homines pro
mixtam. Sed humanitatem appellarunt id propemodū: quod græci παιδεια
uocāt: nos eruditionem inſtitutionemq; in bonas artes dicimus: quas qui ſin
ceriter cupiunt: appetuntque: ii ſunt: uel maxime humaniſſimi. Huius enim
ſcientiæ cura: & diſciplina ex uniuerſis animantibus: uni homini data eſt. Id
circoq; humanitas appellata eſt. Sic igit̃ eo uerbo ueteres eſſe uſos: & cum
primis. M. Varronem. M. que Tullium omnes ferme libri declarant. Quam
obrem ſatis habui unum interim exemplum promere. Itaq; uerba poſui Var
ronis. e libro rerum humanarum primo: cuius principium hoc eſt. Praxiteles
qui propter artificium egregium: nemini eſt paulum modo humaniori igno
tus. Humaniori inquit non ita ut uulgo dicit̃: facili & tractabili: & beniuolo:
tametſi rudis litterarum ſit (hoc enim cum ſentētia nequaq̄ conuenit) ſed eru
ditiori doctioriq;: qui praxitelem: quid fuerit: ex libris & hiſtoria cognouerit.

(Marginal notes: Philanthropia — Dexteritas — Humanitas qd ꝓprie — Humāior)

¶ Quid apud. M. Catonem ſignificent uerba hæc: inter os: &
offam. Cap. XVI.

ORatio eſt. M. Catōis Cēſorii: de ædilibus uitio creatis. ex ea oratio
ne uerba hæc ſunt. Nūc ita aiūt in ſegetibus: & in herbis bona fru
mēta eſſe. Nolite ibi nimiā ſpē habere. Sæpe audiui inter os atq; offam multa

(Marginal note: Oratio Marci Cathonis:)

interuenire

interuenire poſſe. Verum inter offam atq; herbam ibi uero longum interuallum eſt. Euritius Clarus qui præfectus urbi/& bis conſul fuit: uir morum: literarumque ueterum ſtudioſiſſimus ad Sulpitium Apollinarem ſcripſit: hominem memoriæ noſtræ doctiſſimum quærere ſeſe: & petere: ut ſibi reſcriberet: quænam eſſent eorum uerborum ſententia. Tum Apollinaris nobis præſentibus (nam id temporis ego adoleſcens Romæ ſectabar eum diſcendi gratia) reſcripſit Claro: ut uiro erudito breuiſſime. Vetus eſſe prouerbium inter os & offam: idem ſignificans; quod græcus ille παροιμιώδης. ideſt prouerbio tritus uerſus. Inter os & offaam

πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος, καὶ χείλεος ἄκρου. ideſt

Multa cadunt inter calicem ſupremaq; labra.

¶ Platonem tribuere Euripidi Sophoclis uerſum. Et inueniri uerſus uerbis iiſdem aut paucis ſyllabis immutatis; apud diuerſos poetas, temporibus uariis natos. Cap. XVII.

VErſus eſt notæ uetuſtatis ſenarius.

σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ. Ideſt

Sapientes tyranni ſunt congreſſe ſapientum.

Eum uerſum Plato in theeteto Euripidis eſſe dicit. Quod quidē nos admodum miramur. Nam ſcriptum eum legimus in tragœdia Sophoclis quæ inſcripta eſt: αἴας ὁ λόκρος: ideſt Aiax locrēſis. Prior autē natus fuit Sophocles. q̄ Euripides. Sed etiam ille uerſus non minus notus γέρων γέροντα παιδαγωγήσ᾽ ἐγώ: ideſt Senem ſenex ego teipſum erudiero. Et in tragœdia Sophoclis ſcriptus eſt: cui titulus eſt φιλοκτήτης: ideſt Philocteta: & in bacchis Euripidis id quoq; animaduertimus apud Eſchyllum ἐν τῷ πυρφόρῳ προμηθεῖ. ideſt i ignigero Prometheo. Et apud Euripidem in tragœdia: quæ inſcripta eſt ἴνω. ideſt Ino eūdem eē uerſum: abſq; paucis ſyllabis. Eſchyllus ſic.

σιγῶν τε ὅπου δεῖ. καὶ λέγων τὰ καίρια. Ideſt

Tacenſq; ubi opus eſt: & opportuna loquens.

Euripides ita.

σιγᾶν τε ὅπου δεῖ. καὶ λέγειν ἀσφαλὲς. Ideſt

Silereq; ubi opus eſt: & tuto loqui.

Fuit autem Eſchyllus non breui antiquior.

¶ De genere atq; nominibus familiæ Portiæ. Cap. XVIII.

CVm in domus Tiberiane Bibliotheca ſederemus: ego: & Apollinaris Sulpitius: & alii qdā mihi aut illi familiares: prolatus forte liber eſt ita inſcriptus. Mar. Catonis Nepotis. Tum quæri cœptum eſt: quiſnam is fuiſſet. M. Cato Nepos. At ibi adoleſcens quiſpiam (quod ex eius ſermone coniectare potui) non abhorrens a litteris. Hic inquit eſt. M. Cato: non cognomēto Nepos: ſed. M. Catonis cenſorii ex filio Nepos qui pater fuit. M. Catonis prætorii uiri: qui bello ciuili uticæ necem ſibi gladio manu ſua conſciuit, de cuius uita liber eſt. M. Ciceronis: qui inſcribitur laus. M. Catonis quem in eodem libro; idem Cicero pro Nepotem fuiſſe dicit. M. Catonũ familia

Catonis Cenſorii. Eius igiť quem Cicero laudauit: pater hic fuit. M. Cato: cuius orões ferũtur inſcriptæ. M. Catonis nepotis. Tũ Apollinaris (ut mos eius in rep̄hẽdẽdo fuit) placide admodum: leniterq; Laudo inquit te mi fili: q̄ ĩ tantula ætate etiam: ſi hunc. M. Catonem: de quo nunc quæritur: quis fuerit ignoras: auditiuncula tamen quadam de Catonis familia aſperſus es. Non unus autem: ſed complures. M. illius Catonis Cenſorii nepotes fuerunt geniti: non eodem patre. Duos enim. M. ille Cato: qui & orator: & cenſor fuit: filios habuit: & matribus diuerſos: & ætatibus longe diſpares. Nam iam adoleſcente altero matre eius amiſſa: ipſe quoq; iam multum ſenex: Salonii clientis ſui filiam uirginẽ duxit in matrimonium. Ex qua natus eſt ei. M. Cato Salonianus. hoc enĩ illi cognomentum fuit: a Salonio patre matris datum. Ex maiore autem Catonis filio: qui prætor deſignatus: patre uiuo mortuus eſt: & egregios de iuris diſciplina libros reliquit: naſcitur hic: de quo quæritur. M. Cato M. filius. M. Nepos. Is ſatis uehæmens orator fuit, multaſque orationes ad exemplum aui ſcriptas reliquit. & conſul cum. Q. Martio rege fuit. Inque eo conſulatu in africam profectus in ea prouincia mortem obiit. Sed is: non ita ut dixiſti. M. Catonis prætorii uiri: qui ſe uticæ occidit: & quem Cicero laudauit: pater fuit. Nec quia hic Nepos Catonis Cenſorii: ille autem pronepos fuit: propterea neceſſũ eſt: patrem hunc ei fuiſſe. Hic enim nepos cuius hæc modo prolata oratio eſt: filium quidem maiorem Catonem habuit: ſed non eum: qui uticæ periit: ſed qui quum ædilis curulis: & prætor fuiſſet in galliam narbonẽſem profectus: ibi uita functus eſt. Ex altero autem uiro Cenſorii filio longe natu minore quẽ Salonianum eſſe appellatum dixi: duo nati ſunt. L. Cato: &. M. Cato. Is. M. Cato. tri. ple. fuit: & præturam petens mortem obiit. exque eo natus eſt. M. Cato prætorius qui ſe bello ciuili uticæ interemit. de cuius uita: laudibuſque: quum M. Tullius ſcriberet: pronepotem eum Catonis Cenſorii dixit fuiſſe. Videtis igitur hanc partem familiæ: quæ ex minore Catonis filio progenita eſt: non ſolum generis ipſius tramitibus: ſed temporum quoque ſpatio differre. Nam quia ille Salonianus: ĩ extrema patris ætate: ſicuti dixi: natus fuit: prognati quoque ab eo aliquanto poſteriores fuerunt: q̄ qui a maiore fratre eius geniti erãt. Hanc quoque temporum differentiam facile animaduertetis ex hac ipſa oratione: quum eam legetis. Hæc Sulpitius Apollinaris: nobis audientibus dixit: quæ poſtea ita eſſe: uti dixerat: cognouimus: quum & laudationes funebres & librum commentarium de familia portia legeremus.

¶ Quod a ſcriptoribus elegantiſſimis maior ratio habita ſit ſonitus uocum: atq; uerborum iucundioris: quæ a græcis εὐφωνία: ideſt uocalitas: conſonãtiaq; dicitur: q̄ regulæ diſciplinæ: quæ a grammaticis reperta eſt. Cap. XIX.

INterrogatus eſt Probus Valerius: quod ex familiari eius quodã comperi: haſne urbis: an has urbes: & hanc turrem: an hanc turrim dici oporteret. Si aut uerſum inquit pangis: aut orationem ſolutam ſtruis: atque ea uerba tibi dicenda ſunt: non finitiones illas prærancidas: neque fetudinas grãmaticas ſpectaueris, ſed aurẽ tuã interroga:

quo quid

Apud elegãtiſſios ſcriptores maiorẽ rõ uocũ q̄ uerbo2 habitã ẽ,

quo quid loco cõueniat dicere.quod illa ſuaſerit:id profecto erit rectiſſimum. Tum is qui quæſierat quodammodo inquit uis aurem meam interrogem? Et Probum ait reſpondiſſe:quo ſuam Virgilius percõtatus eſt:qui diuerſis in locis:urbes:& urbis dixit:arbitrio:cõſilioq; uſus auris. Nam in primo georgicorum:quem ego inquit librum manu ipſius collectum legi.urbis per i litteram ſcripſit. Verba e uerſibus eius hæc ſunt.

Tuq; adeo:quem mox:quæ ſint habitura deorum
Concilia incertum eſt/urbis ne inuiſere cæſar.
Terrarũq; uellis curam.

Verte enim & muta:ut urbes dicas:inſipidius neſcio quid facies:& pinguius. Cõtra in tertio æneidis: Vrbes dixit:per e litterã. Centum urbes habitãt magnas. Hic itẽ muta:ut urbis dicas:nimis exilis uox erit:& exanguis. Tãta quippe iũcturæ differẽtia eſt in cõſonãtia uocum proximarum. Præterea idem Virgilius:turrim dixit:nõ turrem:& ſecurim nõ ſecurẽ. Turrim in præcipiti ſtantem. Et Incertam excuſſit ceruice ſecurim: quæ ſunt (opinor) iocundioris gracilitatis:q̄ ſi ſuo utrũq; loco per e litteram dicas. At ille qui interrogauerat rudis profecto:& aure agreſti homo/Cur inqt aliud alio in loco potius: rectiuſq; eſſe dicas:nõ ſane intelligo? Tum Probus iam commotior. Noli inquit igitur laborare/utrum iſtorum debeas dicere:urbis:an urbes. Nam quum id genus ſis:quod uideo:ut ſine iactura tui pecces:nihil perdes:utrum dixeris. His tum uerbis Probus: & hac fini hominem dimiſit: ut mos eius fuit erga indociles prope inclæmẽter. Nos autem aliud quoq; poſtea conſimiliter a Virgilio duplici modo ſcriptum inuenimus. Nam tres:& tris poſuit eodem in loco:ea iudicii ſubtilitate:ut ſi aliter dixeris/mutaueriſq;: & aliquid tamen auris habeas: ſentias ſuauitatem ſonitus diuidere. Verſus ex decimo hi ſunt. Tres quoque threicios boreæ de gente ſuprema:Et tris quos idas pater:& patria hiſmara mittit.tres hic:tris illic/utrũq; penſiculate:modulateq; reperies.ſuo quicq; in loco ſonare aptiſſime. Sed in illo quoq; itidẽ Virgilii uerſu. Hæc finis priami fatorum: ſimul ut:& hic finis dicas:durum atq; abſonum erit. Reſpuentq; aures:quod mutaueris. ſicut illud contra eiuſdem Virgilii inſuauius facias:ſi mutes. Quem das finem rex magne laborũ? Nam ſi ita dicas:quam das finem? iniucundum neſcio quo pacto & laxiorem uocis ſonũ feceris. Ennius itẽ:rectos cupſſos dixit:contra receptũ uocabuli genus: hoc uerſu. Capitibus nutãtis pinos:rectoſq; cupreſſos. Firmior ei credo:& uiridior ſonus eſſe uocis uiſus eſt rectos dicere cupſſos: q̄ rectas. Cõtra uero idẽ Ennius in annali duodeuiceſimo: aere fulua dicit:nõ fuluo. Nõ ob id ſolũ: qđ Homerus. ἀέρα βαθεῖαν.i.aerẽ hoc eſt caliginẽ: & nebulã pfundã dicit. Sed q hic ſonus(opinor) uocabilior eſt uiſus:& amœnior. Sicuti ẽt.M.Ciceroni mollius teretiuſq; uiſũ eſt i qnta:i Verrẽ.fretu ſcribere q̄ freto. Perãguſto inqt fretu diuiſa. Erat.n.craſſius/uaſtiuſq;:panguſto freto dicere. Itidẽ in ſecũda ſimili uſus modulamĩe. Manifeſto peccatu inqt:nõ peccato.hoc.n.ſcriptũ in uno:atq; in altero antiqſſimæ fidei libro tyrõiano reppi. Verba ſunt Ciceróis hæc. Nemo ita uiuebat:ut nullas ei9uitæ pars ſũmæ:turpitudinis eẽt expers. nemo ita i

Vrbis

Turrim
Securim

Tres et
Tris

Pensiculate
Modulate

Ære fulua

Fretu

Peccatu manifeſto peccatu tenebat͛:ut cum imp udēs fuiſſet in facto:tum impudētior
uideret͛/ſi negaret.Huius aūt uocis cum elegātior hoc in loco ſonus:tum ra-
tio certa:& probata eſt.hic enim peccatus:quaſi peccatio;recte latineq; dicit͛.
Sicut hic iceſtus:nō qui admiſit: ſed quod admiſſum eſt.& hic tributus: qd͛
Allegat⁹ tributū nos dicimus:a pleriſq; ueterum dicta ſunt:hic quoq; allegatus: & hic
arbitratus:pro allegatiōe: proq; arbitratiōe dicunt͛. Qua ratione ſeruata:arbi
tratu:& allegatu meo dicimus:Sic igit͛ in manifeſto peccatu dixit:ut in mani
feſto inceſtu ueteres dixerūt.Non quin latinū eſſet:peccato dicere:ſed quia in
loco iſto poſitū ſubtilius ad aurē:molliuſq; eſt.Lucretius æque auribus inſer-
uiens:funem fœminino genere appellauit:in hiſce uerſibus.

Nunc ut opinor enim mortalia ſecla: ſuperne
Aurea de cælo demiſit funis in arua.

Cum dicere uſitatius: manente numero poſſet. Aureus e cælo demiſit funis in
arua.Sacerdotes etiam fœminas.M.Cicero antiſtitas dicit nō ſecūdum gram
Antiſtites maticā legem antiſtites.Nam cum iſolētias uerboꝝ a ueteribus dictoꝝ plerū
q; reſpueret:huius tamē uerbi in ea parte ſonitu delectatus. Sacerdotes īquit
Cereris atq; illius fani antiſtitæ uſq; adeo in quibuſdā: neq; rationē uerbi: neq;
cōſuetudine:ſed ſolam aurem ſecuti ſunt:ſuis uerba modulis pēſitātē.Quod
qui nō ſentiūt:inquit idem ipſe.M.Cicero quum de numeroſa:& apta oratio
ne diſſereret:quas auris habeāt:aut quid in iis hominis ſimile ſit:neſcio. Illud
uero cum primis apud Homerū ueteres grāmatici adnotauerunt:ꝙ quū dixiſ
ſet quodam in loco:κολοιούς τε ψῆράς τε.ideſt graculoſq; ſturnoſq;.Alio in loco nō
ψηρῶν τε:ideſt ſturnorum:ſed ψαρῶν dixit.
τῶν δ᾽ ὥς τε ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν.Ideſt:
Horum ut de ſturnis it nubes glaculiſue. Secutus non communem:ſed pro
priam in quocunq; uocis ſitu iocūditatem.Nam ſi alterum in alterius loco po
nas/utrumq; feceris ſonitu inſuaue.

Verba.T.Caſtritii rhetoris ad diſcipulos adoleſcētes de ueſtitu:atq; calcia
tu non decoro. Cap. XX

Caſtritius T. Caſtritius rhetoricæ diſciplinæ doctor:qui habuit Romæ locum
præcipue declamādi:& docendi ſumma uir auctoritate:grauita-
teq;:& a diuo Hadriāo in mores atq; litteras ſpectatus:quum me
præſente(uſus ſum enim a magiſtro)diſcipulos quoſdam ſuos ſe
natores uidiſſet die feriato tunicis:& lacernis idutos:& gallicis calciatos:Equi-
Pigitū eſt dem inquit maluiſſem uos togatos eſſe.Pigitū eſt cinctos ſaltem eſſe & penu
latos.Sed ſi hic ueſter huiuſcemodi ueſtitus de multo iam uſu ignoſcibilis
eſt ſoleatos tamen uos populi Ro.ſenatores: per urbis uias īgredi nequaquā
decorū eſt.Non hercle uobis minus q̄ illi tum fuit: cui hoc.M.Tul.pro turpi
crimine obiectauit.Hæc me audiente Caſtritius:& quædam alia ad eam rem
cōducentia Romanæ:& ſeuere dixit.pleriq; autem ex iis qui audierant: requi
rebant:cur ſoleatos dixiſſet: qui gallicas: non ſoleas haberent͛ Sed caſtritius
profecto ſcite;atq; īcorrupte locutus eſt.Omnia enim ferme id genus:quibus

plantarum

plãtarum calces tantũ in fine teguntᷣ:cætera prope nuda:& teretibus habenis iuncta ſunt:ſoleas dixerunt. Nonnũq̃ uoce græca crepidulas. *Quæ ſint ſoleæ*
Gallicas autem uerbum eſſe opinor nouum:non diu ante ætatem. M. Ciceronis uſurpari cœptum. Itaq; ab eo ipſo poſitum eſt in ſecunda antonianarũ. Cum gallicis inquit & lacerna cucurriſti. Neq; in ea ſignificatione id apud quenq̃ alium ſcriptũ lego:grauioris duntaxat auctoritatis ſcriptorem:ſed (ut dixi) crepidas:& crepidulas:prima ſyllaba correpta id genus calciamentum appellauerunt: qđ græci κρηπίδας. idest crepidulas. *Crepidulas*
Eiuſq; calciamenti ſutores crepidarios dixerunt. Sempronius Aſellio in libro rerum geſtarum quartodecimo. Crepidarium inquit cultellum rogauit a crepidario ſutore.

¶ Cõprecatiões:quæ ritu Romão fiũt diis:expoſitæ ſunt:in libris ſacerdotũ. ĩter q̃s Marti neriene tribuũt:& q̃d neriene:ſeu nerio nomẽ ĩportet. Ca. XXI.

COmprecationes deorum immortalium:quæ ritu Romano diis fiunt expoſite ſunt in libris ſacerdotum populi Ro. & in pleriſq; antiquis orationibus. In iis ſcriptum eſt Laciam Saturni:Salaciam Neptunni:Horam Quirini:Iurites Quiritii:Maiam Vulcani: Nerien Iunonis:Molas Martis. Nerienem quoq; Martis. Ex quibus id:quod poſtremum poſui:ſic pleroſq; dicere audio:ut primam in eo ſyllabam producant:quo græci modo dicunt νηρείδας:ideſt nereidas maris deas. Sed qui probe locuti ſunt. primam correptam dixerũt:tertiam produxerunt. Eſt enim rectus caſus uocabuli:ſicut in libris ueterum ſcriptum eſt. Nerio:q̃q̃. M. Varro in ſatyra menippæa:quæ inſcribitur σκιαμαχία.i. umbratilis pugna uel κριομαχία.i. arietũ:pugna nõ nerio:ſed neriones uocatiue dicit:in his uerſibus.

Theanna:& peranna:pranda:celato:pales:
Nerienes:minerua:fortuna:ac Ceres.

Ex quo noiandi quoq; caſum eũdẽ fieri neceſſum eſt. Sed nerio a ueteribꝰ ſic declinatᷣ q̃ſi Anio. Nã peride ut anienẽ:ſic nerienẽ dixerũt:tertia ſyllaba ꝓducta. Id autem ſiue nerio:ſiue nerienes eſt:ſabinum uerbum eſt. *Nerionis*
Eoq; ſignificatur uirtus:& fortitudo:itaque ex claudiis:quos a ſabinis oriũdos accœpimus: qui erat egregia:atque præſtãti fortitudine:Nero appellatus eſt. ſed id ſabini a græcis accepiſſe uidentur:qui uincula:& firmamenta membrorum νεῦρα ideſt neruos dicunt. Vnde nos quoque latine neruos appellamus:Nerio igitur Martis uis. & potentia:& maieſtas quædam eſſe Martis demouſtratur. Plautus autem in truculento:coniugem eſſe Nerienem Martis dicit. Atq; id ſub perſona militis in hoc uerſu. Mars peregre aduenies ſalutat nerienem uxorem ſuam. Super ea re audiui non incelebrem hominem dicere nimis comice Plautum imperito:& incondito militi falſam nouãq; opinionẽ tribuiſſe:ut Nerienẽ cõiugem eſſe martis putaret. Sed id perite magis:q̃ comice dictũ intelliget:qui leget. Cn. Gelii annalẽ tertium:in quo ſcriptum eſt. *Cn. Gelii ſcriptor*
Herſiliã:quũ apud. T. Tatiũ uerba faceret:pacẽq; oraret. ita p̃catã eẽ. Neria Martis te obſecro pacẽ dare:ut liceat nuptiis ꝓpriis:& ꝓſperis uti. qđ de tui cõiugis cõſilio cõtigit uti nos itidem ĩtegras raperẽt:unde liberos ſibi:& ſuis poſteris:patriæ

pararẽt. De tui ĩquit coniugis cõſilio: Martẽ ſcilicet ſignifi cãs: per qđ apparet nõ eſſe id poetice a Plauto dictum. ſed eam quoq; traditionẽ fuiſſe: ut Nerio a qbuſdã uxor eſſe Martis diceretur. Ibi autem animaduertẽdum eſt: quod Gelius neria dicit per a litteram: non nerio: neq; nerienes. præter Plautum etiam. Præterq; Gelium. Licinius imbrex uetus comœdiarum ſcriptor in fabula quæ Neæra inſcripta eſt: ita ſcripſit.

Licinius Imbrex

Nolo ego neæram te uocent. ſed nerienem.

Q uum quidem Marti es in cõnubium data. Ita autẽ ſenarii numerus huiuſce uerſus eſt: ut tertia in eo nomine ſyllaba: cõtra quam ſupra dictum eſt corripienda ſit. Cuius ſonus q̃ta apud ueteres indifferentia ſit notius eſt: q̃ ut plura in id uerba ſumenda ſint. Ennius autem in primo annali in hoc uerſu. Nerienem mauortis. Et hercle: niſi qđ minime ſolet numerũ ſeruare primam ſyllabam tetendit: tertiam corripuit. Ac ne id quidem prætermittendum puto: cuiuſmodi eſt: q; in commentario quodam Seruii Claudii ſcriptum ĩueni. Nerio dictũ quaſi nerio hoc eſt ſine ira & cum placiditate: ut eo nomine mitem tranquillumque fieri martem præcemur. Ne enim particula ut apud græcos: ita plerunque in latina quoque lingua priuatiua eſt.

Nerio

¶ M. Catõis cõſularis & cenſorii pulcherrima exprobratio cõtra philoſophãtes nomine & non re. Cap. XXII.

M. Cato conſularis & cẽſorius publicis iam priuatiſq; opulentus rebus uillas ſuas inexcultas: & rudes ne tectorio quidem prælitas fuiſſe dicit: ad annũ uſq; ætatis ſuæ ſeptuageſimũ: atq; ibi poſtea his uerbis utitur. Neq; mihi inquit ædificatio neq; uaſum: neque ueſtimẽtũ ullum eſt in manu precioſum. Neq; præcioſus ſeruus: neq; ancilla. Siquid eſt ĩquit quo utar: utor. Si non eſt: ego ſum. Cuiq; per me uti: atq; frui licet. Tum deinde addit: uitio uertũt: quia multa egeo. At ego illis, quia neque unt egere. Hæc mera ueritas Thuſculani hominis: egere ſe multis rebus: & nihil tamen cupere dicentis: plus hercle promouet ad exhortandam parſimoniam: ſuſtinendamq; inopiam quam græcæ iſtorum præſtigiæ philoſophari ſeſe dicentiũ umbraſq; uerborũ inanes fingentiũ. Q ui ſe nihil hr̃e & nihil tamẽ egere: ac nihil cupere dicũt: quũ & habendo & egẽdo & cupiẽdo ardeãt.

¶ Q uæſitum tractatumq; quid ſint manubiæ: atq; inibi dicta quædam de ratione utendi uerbis pluribus idem ſignificantibus. Cap. XXIII.

IN faſtigiis fori traiani ſimulachra ſunt ſita circum undique inaurata equorum: atq; ſignorum militarium: ſubſcriptumque eſt ex manubiis: quærebat. Phauorinus: quum in area fori ambularet: & amicum ſuum conſulem opperiretur: cauſas pro tribunali cognoſcentem: noſque tunc eum ſectaremur. quærebat inquam. Q uid nobis uideretur ſignificare proprie manubiarum illa ĩſcriptio. Tum quiſpiam qui cũ eo erat: homo in ſtudiis doctrinæ multi: atque celebrati nominis. Ex manubiis ĩquit ſignificat ex præda: manubiæ enim dicũtur præda: quæ manu capta eſt. Etiam ſi inquit Phauorinus: opera mihi princeps: & prope omnis in litteris:

Manubiæ

diſciplinisq;

diſciplinisq; græcis ſumpta eſt:nõ uſq; eo tamẽ ĩfrequẽs ſum uocum latinaꝝ: quas ſucceſſiuo:atq; tumultuario ſtudio colo.ut hãc ĩterꝑtatiõem ignorẽ uulgariã:q̃ eſſe dicant manubiæ præda. Sed quæro an.M.Tullius uerboꝝ hõ diligẽtiſſimus in orone quã dixit de lege agraria calendis ianuarii contra Rullũ: inani:& illepida geminatione iunxerit manubias:& prædam:ſi duo hæc uerba idem ſignificãt:neq; ulla re aliqua diſſident. Atq; ut erat Phauorinus egregia quadã uel diuina memoria:uerba ipſa.M.Tullii ſtatĩ dixit ea nos adſcribimus hic prædã:manubias:ſectionem:Caſtra deniq; Cn. Põpeii: ſedente ĩperatore decẽuiri uẽdent. Et infra ĩtidẽ duo hæc ſimul iunctim poſita dixit. ex præda: ex manubiis:ex auro coronario. Ac deide ad eũ cõuertit:qui manubias eẽ ꝑdã dixerat. Et uidet ne tibi ĩquit utroq; ĩ loco.M.Cicero duobus uerbis idẽ.ſicuti tu putas ſignificãtibus inepte & frigde eẽ uſus? Ac tali ioco dignus: q̃li apud Ariſtophanẽ facetiſſimũ comicoꝝ Euripides Aeſchylũ ĩſectat᷒ eſt:quum ait.

δὶς ταυτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς αἴχυλος.
ἥκω γὰρ εἰς γῆν φησὶ, καὶ κατέρχομαι.
τὸ κατέρχομαι ἥκω δὲ ταυτόν ἐστὶ
νὴ τὸν δί᾽ ὥσπερ εἴ τις εἴποι γείτονι.
χρῆσον σὺ μάκτραν. εἰ δὲ βούλει κάρδοπον: ideſt
Bis idem nobis dixit ſapiens æſchylus.
Venio enim ad terram inquit:& accedo poſtliminio.
Aſt uenio idem eſt:quod accedo poſtliminio: **Sapientia,**
Ita per iouem:atq; ſiquis uicino autumet:
Accõmoda tu mactrã:uel ſi libet arcã panariã.

Nequaq̃ uero ĩquit ille talia uident:quale eſt μάκτρα καὶ κάρδοπος: ideſt mactra & arca panaria:quæ a poetis uel oratoribus græcis:noſtriſq; celebrandæ & ornãdæ rei gratia:duobus eadẽ pluribuſue nominibus frequẽtantur. Quid igit inquit Phauorinus:ualet hæc repetitio ĩſtauratioq; eiuſdẽ rei:ſub alio nomine ĩ manubiis & in præda? Nũ ornat.ut aliquis ſolet orationẽ? Num eam modulatiorem aptioremq; reddit? Num onerãdi uel exprobrandi criminis cauſa. exaggerationem aliquam ſpecioſam facit? Sicut in libro eiuſdem.M.Tullii:qui de conſtituendo accuſatore eſt: una eademque res pluribus uerbis uehementer. atq; atrociter dicitur Sicilia tota.ſi una uoce loqueret:hoc diceret. Quod auri:quod argẽti:quod ornamẽtoꝝ in meis urbibus ſedibus:delubris fuit. Nã quũ urbes totas ſemel dixiſſet:ſedes:delubraq; addidit:quæ ſunt ipſa quoq; in urbibus. Itẽ in eodẽ libro ſimili modo. Siciliã inquit ꝓuinciã.C.Verres per triẽniũ depopulatus eſſe:ſiculoꝝ ciuitates uaſtaſſe:domos exinaniſſe:fana ſpoliaſſe dicit. Et quid uidet: quũ ſiciliã ꝓuinciã dixerit:atq; etiam inſuper ciuitates addiderit domos etiam & fana:quæ ĩfra poſuit:cõprehẽdiſſet uerba hæc itẽ multa.atq; uaria depopulatus eſſe:uaſtaſſe:exinaniſſe:ſpoliaſſe. Nõne unã & eandẽ uim in ſeſe habẽt? Sane ſed quia cũ dignitate oronis:& cum graui uerborum copia dicũtur:q̃q̃ eadẽ fere ſint:& ex una ſnia cooriãtur:plura tamen eſſe exiſtimantur: quoniã & aures & animum ſæpius feriũt: hoc ornatus genus in crimine uno uocibus

Arca panaria mactra

Tuū nefariū facinꝰ peiore facinore operire poſtulas.

Tyro

multis atq; ſæuis extruēdo: ille iam tunc. M. Cato antiquiſſimus in orationibus ſuis celebrauit. Sicuti in illa quæ inſcripta eſt de decē hoibus: cum Thermū accuſauit: q decem liberos hoies eodem tpe interfeciſſet: hiſce uerbis eandem rem oibus ſignificātibus uſus eſt. Q uæ quoniā ſunt eloquētiæ latinæ tūc primum exoriētis lumina uerba quidem ſubluſtria: libitum eſt ea mihi ἀπομνημονεύειν. i. cōmemorare. Tuum nefarium facinus peiore facinore opire poſtulas: ſuccidias humanas facis: decem funera facis: decem capita libera interficis: decem hominibus uitam eripis indicta cauſa: iniudicatis: indēnatis. Item. M. Cato in orationis principio: quā dixit in ſenatu pro rhodiēſibus: cum uellet res nimis proſperas dicere tribus uocabulis idem ſentiētibus dixit. Verba eius hæc ſunt. Scio ſolere pleriſq; hominibus in rebus ſecundis: atq; prolixis. atq; pſperis aium excellere: atq; ſupbiam: atq; ferocitatem augeſcere. Itidem Cato ex originum ſeptimo in orone quā cōtra Ser. Galbā dixit: cōpluribus uocabulis ſup eadem re uſus eſt. Multa me dehortata ſunt huc prodire / āni / ætas / uox / uires / ſenectus / uerū enim uero cum tantā rempublicā agier arbitrarer. Sed ante oīs apud Homerū eiuſdē rei atq; ſniæ luculenta exaggeratio eſt.

Suculæ

Hyades

ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὕπαγε ζεὺς. ἔκ τε κονίης,
ἔκ τ' ἀνδροκτασίης. ἔκ θ' αἵματος. ἔκ τε κυδοιμοῦ. ideſt
Hectora de iaculis de puluere Iuppiter: & de.
Cæde uirum abduxit: de ſanguine. deq; tumultu. Item alio in uerſu.
ὑσμῖναί τε. μάχαι τε. φόνοι τ' ἀνδροκτασίαι τε. ideſt
Prælia / cōflictus / cædes / hominūq; necatus. Nā cum oīa iſta utrobiq; multa: & cōtinua nomina nihil plus demōſtrent: q prælium. Huius tñ rei uaria facies delectabiliter ac decore multis: uariiſq; uerbis depicta ē. Neq; nō illa quoq; apud eundē poetam una in duobus uerbis ſnia cum egregia rōne repetita eſt. Idæus enim cum inter Aiacē & Hectorē decertantes armis intercederet: is ad eos uerbis uſus eſt. μηκέτι παῖδε φίλω πολεμίζετε μηδὲ μάχεσθον. ideſt
Neu dulces pueri pugnate: aut cernite ferro.

Depictæ

In quo uerſu nō oportet alterum uideri uerbum: idem quod ſuperius ſignificans ſupplēdi numeri cauſa: extrinſecus additū: & conſarcinatū. eſt enim hoc inane admodū & futile. Sed cū in iuuenibus gloriæ ſtudio flagrātibus puicaciā: ferociāq;: & cupidinē pugnæ leniter tñ & placidæ obiurgaret: atrocitatem rei & culpā pſeuerādi bis idem dicēdo alio atq; alio uerbo auxit: inculcauitq;. duplexq; eadem cōpellatio admonitionem facit inſtantiorem. Ne illa quidem eiuſdem ſignificationis repetitio ignaua & frigida uideri debet.

Cōſarcinare

μνηστῆρες δ' ἄρα Τηλεμάχῳ θάνατόν τε μόρον τε ἤρτυον. ideſt
Telemachoq; proci letum: fatumq; profecto
Cōdibāt: q bis idē dixerit. θάνατον καὶ μόρον. i. letū: & fatū. Indignitas enī moliēdæ tā acerbæ tāq; iniuſtæ necis: mirāda mortis iteratione defleta eſt. Cæterum quis tam obtuſo ingenio eſt: quin intelligat πολεμίζετε καὶ μάχεσθον. i. bellate & pugnate: uerba idē duo ſignificātia nō fruſtra poſita eſſe: ut illa quoq;.
βάσκ' ἴθι οὖλε ὄνειρε, καὶ βάσκ' ἴθι ἶρι ταχεῖα

Vade

Va de.I.ſomniũ agẽs:& alibi:uade & pge iri citata:neq; ἐκ παραλλήλου.i.ex ge-
min atiõe ut quidã putãt:ſed hor tamẽtum eſſe acre iuſſæ ĩperatæq; celeritatis.
Verba quoq; illa.M.Ciceróis in.L. Piſonẽ trigemia:etiã ſi duræ auris hoibus
nõ placent:non uenuſtatẽ modo nomine quæſiuere: ſed figurã ſimulationẽq;
oris plurib' ſimul uocibus uerberauerũt.uultus deniq; ĩquit totus: qui ſermo
quidam tacitus mentis eſt hic in fraudẽ homines impulit. hic eos quibus erat
ignotus decepit:fefellit:induxit.Q uid igitur ſimile eſt inquit apud eundem in
præda & manubiis? Nihil profecto iſtiuſmodi : Nam neq; ornatus fit additis
manubiis:neq; exaggeratius:modulatiuſq;.Sed aliud omnino præda eſt:ut in
libris rerum:uerborumq; ueterum ſcriptum eſt: aliud manubiæ.Nam præda
dicit' corpora ipſa rerum quæ capta ſunt. Manubiæ uero appellatæ ſunt pecu
nia a quæſtore ex uenditione prædæ redacta. utrumq; ergo dixit.M. Tullius
cumulandæ inuidiæ gratia decemuiros ablaturos :perſecuturoſque prædam:
quæ nondum eſſet uenundata:& pecuniam quæ ex uẽditione prædæ præcep-
ta eſſet. Itaq; hæc inſcriptio quam uidetis: Ex manubiis:non res corporaq; ipſa
prædæ demõſtrat.Nihil enim captum eſt horum a Traiano ex hoſtibus : ſed
facta eſſe hæc:comparataq; ex manubiis. ideſt ex pecunia prædaticia declarat
Manubiæ enim ſunt:ſicuti iam dixi:non præda : ſed pecunia per quæſtorem
populi romani ex præda uẽdita contracta. Q uod per quæſtorem autem dixi:
intelligi nunc oportet præfectum ærario ſignificari. Nã cura ærarii a quæſto-
ribus ad præfectos tranſlata eſt. Eſt tamẽ nonnuſq̃ inuenire ita ſcripſiſſe quoſ Præda &
dam non ignobiles ſcriptores:ut aut temere:aut ĩcurioſe prædam pro manu- Manubiæ
biis:& manubias pro præda poſuerint :ut tropica quadam figura mutatio- aliquãdo
nẽ uocabuli facerent.Q uod facere conceſſum eſt ſcite id: periteque facienti- cõuertũt.
bus:Sed enim : qui proprie atque ſignate locuti ſunt : ſicuti hoc in loco. M.
Tullius manubias pecuniam dixerunt.

¶ Verba.P.Nigidii quibus dicit : in nomine Valeri in caſu uocandi. primã
ſyllabam acuendam eſſe.Et item alia ex eiuſdem uerbis ad rectam ſcripturam
pertinentia. Caput. XXIIII.

P Nigidii uerba ſunt:ex cõmentarioꝝ grãmaticoꝝ uiceſimoquarto
homĩs in diſciplinis doctrinaꝝ omnium præcellentis.Deĩde inqt
uocabulatio qui poterit ſeruari:ſi non ſciemus in nominibus ut
Valeri.Vtrum interrogandi aut uocandi ſint.Nã ĩterrogandi ſe- Valeri.
cunda ſyllaba ſuperiore tono eſt q̃ prima.Deinde nouiſſima deiicitur. At in ca
ſu uocandi ſummo tono eſt prima. deinde gradatim deſcendũt. Sic qdem.P.
Nigidius dici p̃cipit.Sed ſiqs nũc Valeriũ appellãs:ĩ caſu uocãdi:ſecundũ id
præceptũ Nigidii acuerit primã:nõ aberit quin rideatur.Summũ autẽ tonum
προσῳδίαν : ideſt uoculationẽ acutam dicit.& quem accentum nos dicimus uo
culationem appellat: & caſum interrogandi:eum dicit:quem nunc nos geniti Voculatio
uum dicimus.Id quoque in eodẽ libro nigidiano animaduertimus. Si huius Caſus
inquit amici:uel huius magni ſcribas unum .i.facito extremum. Sin uero hi Interrogandi.
magnei:hi amicei caſu multitudinis recto tum:ante /i/ ſcribendum erit e.Atq;

idipſum facies in ſimilibus. Item ſi huius terrei ſcribas /i/ littera ſit extrema. Si huic terræ per e ſcribendum eſt. Item mi qui ſcribit in caſu interrogãdi: uelut quum dicimus mi ſtudioſus: per i/unum ſcribat non per e. at quum mei: tum per e/& i/ ſcribendum eſt: quia dandi caſus eſt. Hæc nos auctoritate doctiſſimi hominis adducti: propter eos qui harum quoque rerum ſcientiam quærunt: non prætermittenda exiſtimauimus.

¶ De uerſibus quos Virgili⁹ ſectat⁹ uidet̃: Homeri ac Parthenii. Ca. XXV

PArthenii poetæ uerſus eſt:

γλαυκῶ καὶ νήρει καὶ ἐναλίω μελικέρτη

Glauco: nereique: atq; maris genio melicertæ.

Eum uerſum Virgilius æmulatus eſt. Itaq; fecit duobus uocabulis uenuſte immutatis parem. glauco & panopææ: & inoo melicertæ. Sed illi Homerico nõ ſane rem parem neque ſimilem fecit. Eſſe enim uidet̃ Homeri ſimplicior: & ſincerior. Virgilii autem νεωτερικώτερος: ideſt audacior: & iuuenilior: & quodam quaſi ferumine immiſſo fucatior.

Ferumiæ

ταῦρον δ' ἀλφειῷ. ταῦρον δὲ ποσειδάωνι. ideſt

Taurum autem alpheo: neptunno tum quoq; taurum:
Taurum neptunno: taurum tibi pulcher Apollo.

¶ De ſentẽtia Panætii phi: quã ſcripſit i lib. de officiis ſecũdo qua hortat̃: ut hoĩes ad cauendas iniurias in omni loco intenti: paratiq; ſint. Cap. XXVI

LEgebatur Panætii philoſophi liber de officiis ſecundus: ex tribus illis inclytis libris quos. M. Tullius magno cum ſtudio: maximoque opere æmulatus eſt. Ibi ſcriptum eſt: cum multa alia ad bonam frugem ducentia: tum uel maxime quod eẽ hæreręq; in animo debet. Id autem eſt ad hanc ferme ſententiam. Vita inquit hominum qui ætatem in medio rerum agunt: ac ſibi ſuiſq; eſſe uſui uolunt: negocia pericula que ex improuiſo aſſidua & prope quotidiana fert. ad ea cauenda atque declinanda perinde eſſe oportet aĩo ſemper prompto: atque intento: ut ſunt athletarum: qui pancratiæ uocantur. Nam ſicuti illi ad certandum uocati: proiectis alte brachiis cõſiſtunt: caputq; & os ſuum manibus oppoſitis quaſi uallo præmuniunt: mẽbraq; eorum omnia priuſq̃ pugna mota eſt: aut ad uitãdos ictus cauta ſunt: aut ad faciendos parata: ita animus atq; mens uiri prudentis aduerſus uim & petulantias iniuriarum omni in loco: atq; in tempore proſpiciens: debet eſſe erecta: ardua: ſepta: ſolida: expedita: nunq̃ conniuens nuſq̃ aciem ſuam flectens. Conſilia cogitationeſq; contra fortunæ uerbera: contraq; inſidias iniquorum: quaſi brachia & manus prætendẽs. Nequa in re: aduerſa & repentina incurſio imparatis: improtectiſq; nobis oboriatur.

Pãcratiæ

¶ Quod Quadrigarius cum multis mortalibus dixit: an quid & quantum differret: ſi dixiſſet cum multis hoĩbus. Cap. XXVII.

VErba ſunt Claudii Quadrigarii ex annalium eius decimotertio cõcione dimiſſa. Metellus i capitolium uenit: cũ multis mortalibus. Inde quum domum proficiſceretur: tota ciuitas eum reduxit. Cũ

is liber:

his liber eaq; uerba. M. Frõtonis nobis ei: ac pleriſq; aliis aſſidẽtib9 legerent. & cuidam: haud ſane uiro indocto: uideretur multis mortalibus: pro hominibus multis inepte frigideq; in hiſtoria. nimiſq; id poetice dixiſſe. Tum Fronto illi cui hoc uidebatur. An tu inquit aliarum homo rerum iudicii elegãtiſſimi: mortalibus multis ineptum tibi uideri & frigidum dicis? Nil autem arbitrare cauſæ fuiſſe: q uir modeſtus & puri atq; prope quotidiani ſermonis mortalibus maluit: q̃ hominibus dicere? Eãdemque credit futuram fuiſſe multitudinis demonſtrationem: ſi cum multis hominibus ac non cum multis mortalibus diceret? Ego quidem inquit ſic exiſtimo: niſi me ſcriptoris iſtius omniſque ãtiquæ orationis amor atq; ueneratio cæco eſſe iudicio facit: longe lateque eſſe amplius prolixius: fuſius in ſignificanda totius prope ciuitatis multitudine mortales q̃ homines dixiſſe. Namq; multorum hominum appellatio intra modicũ quoque numerum cohiberi: atque icludi poteſt. Multi autem mortales neſcio quo pacto & quodam ſenſu inenarrabili omne fere genus: quod in ciuitate eſt: & ordinum & ætatum & ſexus comprehendunt. Quod ſcilicet Quadrigarius ita (ut erat res) ingentem atque promiſcuam multitudinem uolens oſtendere: cum multis mortalibus. Metellum in capitolium ueniſſe dixit ἐμφατικώτερον: ideſt expreſſius q̃ ſi cum multis hominibus dixiſſet. Ea nos omnia quæ Fronto dixit: cum ita ut par erat non approbantes tantum ſed admirantes quoque audiremus. Videte tamẽ inquit ne exiſtimetis ſemper atq; ĩ omni loco mortales multos: pro multis hominibus dicendũ. Ne plane fiat græcum illud de Varronis ſatyra prouerbium: τὸν ἐπὶ τῇ φακῇ μῦθον: ideſt in lente fabulam. Hoc iudicium Frontonis etiam in paruis minutiſque uocabulis: non prætermittendum putaui: ne nos forte fugeret lateretque ſubtilior: huiuſcemodi uerborum conſideratio. — Mortales

Non hactenus eſſe faciem: qua uulgo dicitur. Cap. XXVIII.

ANimaduertere eſt pleraq; uerborum latinorumq;: ex ea ſignificatione in qua nata ſunt: deceſſiſſe: uel in aliam lõge: uel in proximã. Eamq; deceſſionem factam eſſe conſuetudine: & inſitia temere dicentium: quæ cuiuſmodi ſint non didicerint. Sicuti quidam faciẽ eſſe hominis putant: os tantum & genas & oculos: quod græci πρόσωπον: ideſt perſonam dicũt. Quando facies ſit forma omnis & modus: & factura quædã corporis totius: & a faciendo dicta: ut ab aſpectu ſpecies: & a fingẽdo figura. Itaque Pacuuius in tragœdia quæ Niptra inſcribitur: faciem dixit hominis pro corporis longitudine. — Facies a faciendo ſpecies ab aſpectu Figura a fingendo

Aetate inquit integra: feroci ingenio: facie procera uirum.

Non ſolum autem in hominum corporibus: ſed etiam in rerum cuiuſque modi aliarum facies dicitur. Nam montis & cæli & maris facies ſi tempeſtiue dicatur prope dicitur. Saluſtii uerba ſunt ex hiſtoria ſecunda. Sardinia in africo mari: facie ueſtigii humani in orientem: q̃ in occidentem latior prominet. Ecce autem id quoque in mentem uenit: q etiam Plautus in penulo: faciem

pro totius corporis coloriſq; habitu dixit. Verba Plauti hæc ſunt

Sed earum nutrix:qua ſit facie mihi expedi.
Statura non magna corpore aquilo eſt.
Specie uenuſta ore atq; oculis pernigris.formam quidem
Hercle uerbis depinxit probe.

Præterea memini Quadrigarium in undeuiceſimo faciem pro ſartura:totiuſq; corporis figura dixiſſe.

❡Quid ſit in ſatyra.M.Varronis caninum prandium. Cap. XXIX.

Laudabat uẽdicabatq; ſe nuper quiſpiã in libraria ſedens:homo inepte glorioſus:tanq̃ unus eſſet ſub oĩ cælo ſatyrarũ.M. Varronis enarrator:quas partim cynicas:alii menippæas appellant.& iaciebat inde quædã nõ admodũ difficilia:atq; coniiciẽda aſpirare poſſe neminẽ dicebat. Tum forte eũ ego librum ex iiſdẽ ſatyris ferebam:qui ὑδϱοκυων.i.aqua rigens inſcriptus eſt. Propius igit̃ acceſſi.& noſti inquã magiſter uerbum illud ſcilicet uetus. Egregiã muſicã : quæ ſit abſcondita:eã eſſe nulli rei. Oro ergo te legas hos uerſus pauculos:& prouerbii iſtius:quod in his uerſibus eſt ſñiam dicas mihi. Lege inquit tu mihi potius: quæ nõ intelligis ut ea tibi ego enarrẽ. Quonã inquã pacto legere ego poſſum quæ nõ aſſequor? Indiſtincta nãq; fient:& cõfuſa quæ legero:& tuã quoq; impedient intẽtionẽ. Tunc aliis etiã qui ibi aderãt cõpluribus idem cõprobantibus:deſiderãtibuſq;:accipit a me librũ ueterem fidei ſpectatæ luculente ſcriptum. Accipit autem inconſtantiſſimo uultu & mœſtiſſimo. Sed quid deinde dicam? Non audeo hercle poſtulare ut id credatur mihi. Pueri in ludo rudes: ſi eum librum accepiſſent:non ii magis in legendo dericuli fuiſſent. Ita & ſententiam intercidebat:& uerba corrupte pronũciabat. Reddit igitur mihi librũ multis iam ridentibus. Et uides inquit oculos meos ægros : aſſiduiſq; lucubrationibus prope iam perditos? Vix ipſos litterarum apices potui comprehendere. Cum ualebo ab oculis reuiſe ad me:& librum iſtum tibi totum legam. Recte inquam ſit oculis magiſter tuis. Sed in quo illis nihil opus eſt id rogo te dicas mihi. Caninum prandium in hoc loco quem legiſti:quid ſignificat? At ille egregius nebulo:quaſi difficili quæſtione præteritus exurgit ſtatim. Et abiens nõ inquit paruam rem quæris. Talia ego gratis non doceo. Eius autem loci in quo prouerbium eſt:uerba hæc ſunt:non uides apud Mneſcheũ ſcribi:tria genera eſſe uini:nigrum/album/medium. Quod uocant κίϱϱον giluum: nouum/uetus/medium.& efficere nigrum uires:album urinam.medium πέψιν ideſt concoctionem. Nouum refrigerare: uetus calefacere : medium uero eſſe prandium caninum. Quid ſignificet prandium caninum: rem leuiculam diu & anxie quæſiuimus. Prandiũ aũt abſtemiũ:in quo nihil uini potatur caninum dicitur:quoniã canis uino caret. Cum igit̃ mediũ uinũ appellaſſet:qd̃ neq; nouũ:neq; uetus eſſet:& plerũq; hoĩes ita loquãtur/ut omne uinum:aut nouũ eſſe dicãt/aut uetus/nullã uim habere ſignificauit:neq; noui/neq; ueteris/quod mediũ eſſet. Iccirco pro uino nõ habẽdũ/quia neq; refrigeraret/neq; calefaceret. refrigerare id dicit/quod græce dicitur ἀναψύξαι.

Aqua rigens

Caninum prãdium.

Giluum

Prãdium caninum. i.abſtemium

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER QVARTVSDECIMVS

¶ Diſſertatio Phauorini philoſophi aduerſus eos qui chaldæi appellãtur: & ex cœtu motibuſq; ſiderum & ſtellarum facta ſe homiũ dicturos pollicentur. Cap. I.

ADuerſum iſtos qui ſeſe chaldæos / ſeu genethliacos appellant. ac de motu: deq; poſitu ſtellarum dicere poſſe quæ futura ſunt profitentur: audiuimus quondam Phauorinum philoſophũ Romæ græcæ diſſerentẽ egregia: atq; illuſtri oratione. exercendi ne: aut oſtendẽdi gratia ingenii: an ꝗ ita ſerio iudicatoq; exiſtimaret. nõ habeo dicere. Capita autem locoꝝ argumentorumq; quibus uſus eſt: quoad eius meminiſſe potui: egreſſus ibi ex auditione propere annotaui. Eaq; fuerunt ad hanc ferme ſententiam. Diſciplinam iſtam chaldæorum tantæ uenuſtatis non eſſe: quantæ uideri uolunt. Neq; eos principes eius: auctoreſq; eſſe: quos ipſi ferant: ſed id præſtigiarum: offuciarumq; genus cõmentos eſſe homines æruſcatores: & cibum: quæſtumq; ex mendaciis captãtes. atq; eos quoniam uiderẽt terrena quædam inter homines ſita: cæleſtium rerum ſenſu atque dictu moueri: quale eſt: ꝗ oceanus: quaſi lunæ comes cum ea ſimul ſeneſcit: adoleſcitq; hinc uidelicet ſibi argumentum ad perſuadendum parauiſſe: ut crederemus omnia rerum hũanarũ: & parua: & maxima: tanq̃ ſtellis: atque ſyderibus euincta duci: atque regi. Eſſe autem nimis q̃ ineptum: abſurdumque: ut quoniam æſtus oceani cum lunæ curriculo congruit: negocium quoque alicuius quod ei forte de aquæ ductu cum riualibus aut de communi pariete cum uicino apud iudicem eſt: ut exiſtimemus id negocium: quaſi habena quadam de cælo uinctum gubernari. Quod & ſi ui & ratione quapiam diuina fieri poteſt: nequaq̃ tamen id cenſebat in tam breui: exiguoque uitæ ſpatio: quantouis hominis ingenio comprehendi poſſe: & percipi. Sed coniectari pauca quædam ut uerbo ipſius utar: παχυμερέστερον. ideſt craſſius: & pingui minerua nullo ſcientiarum fundo concepta: ſed fuſa & uaga: & arbitraria: qualis longinqua oculoꝝ acies eſt: per ĩterualla media caligãtium. Tolli enim quod maximum inter deos atq; homines differt: ſi homines quoq; res omnis poſt futuras prænoſcerent. Ipſam deinde ſyderum: ſtellarũq; obſeruatiõe: quam eſſe originem ſcientiæ ſuæ prædicarent: haud q̃q̃ putabat liquide conſiſtere. Nam ſi principes chaldæi: qui in patentibus campis colebant ſtellarũ motus: & uias. & diſceſſiones: & cœtus intuẽtes quid ex iis efficerẽt: obſeruauerũt. procedat inquit hæc ſane diſciplĩa: ſed ſub ea modo inclinatiõe cæli ſub qua tunc chaldæi fuerũt. Non enim poteſt inquit ratio chaldæoꝝ obſeruatiõis manere: ſiquis ea uti uelit ſub diuerſis cæli regionibus. Nam quãta inquit partium: circulorũq; cæli: ex deuergẽtia: & cõuexionibus mundi uarietas ſit: quis

Eruſcatores

nõ uidet? Eædem igit̃ ſtellæ: per quas omnia diuina humanaq; fieri cõtendũt:
ſicuti ne uſquequaq; pruinas: aut calores cient: ſed mutãt & uariant: tempeſta-
teſq; eodem in tp̄e alibi placidas: alibi uiolentas mouent. cur nõ euẽta quoq; re-
rum: ac negocioꝝ: alia efficiunt in chaldæis: alia in getulis: alia apud danubiũ:
alia apud Nilum? Per aũt inquit incõſequẽs ipſum quidem corpus & habitum
tam ꝓfundi aeris ſub alio: atq; alio cæli curuamine nõ eundem manere. In ho-
minum aũt negociis ſtellas iſtas opinari idem ſemp oſtẽdere ſi eas ex quacũq;
terra cõſpexeris. Præterea mirabat̃ id cuiq; pro præcepto liquere. Stellas iſtas
quas quaſi a chaldæis & babyloniis ſiue ægyptiis obſeruatas ferũt quas multi
erraticas: Nigidius errones uocat nõ eſſe pluris q̃ uulgo dicerent̃. Poſſe enim
fieri exiſtimabat. ut & alii quidã planetæ pari poteſtate eſſent ſine quibus recta
atq; ꝑpetua obſeruatio perfici nõ quiret. neq; eos tamẽ cernere hoĩes poſſent ꝓ
pter exuperãtiam uel ſplendoris uel altitudinis. Nã & quædã inquit ſydera e
quibuſdam terris cõſpiciũtur. Earũq; terrarum hoĩbus nota ſunt. ſed eadẽ ip̄a
ex omni terra alia nõ uidẽtur & ſunt aliis oĩno ignotiſſima. Atq; ut uidemus in-
quit: & has tantũmodo ſtellas: & ex una parte terræ obſeruari debuiſſe: quæ tã-
dem finis obſeruationis iſtius fuit: & quæ tẽpora ſatis eſſe uiſa ſunt ad percipiẽ
dum: quid præmõſtraret: aut cœtus ſtellarum: aut circuitus: aut trãſitus. Nã ſi
iſto modo cœpta fieri obſeruatio eſt: ut aĩaduerteretur: quo habitu: quaq; for-
ma: quaq; poſitura ſtellaꝝ aliquis naſceret̃. tum deinceps ab ineunte uita fortu
na eius: & mores: & ingenium: & circũſtãtia rerum: negociorũq;: & ad poſtre-
mum finis etiam uitæ ſpectaret̃. Eaq; oĩa: ut uſu uenerãt literis mãdarentur.
Ac poſtea longis temporibus: quũ ipſe ille eodem in loco eodem habitu forent
eadem cæteris quoq; euentura exiſtimarent: qui eodem illo tempore nati fuiſ-
ſent. Si iſto quidem modo obſeruari cœptũ: exq; ea obſeruatiõe cõpoſita quæ
dam diſciplina eſt: nullo id pacto poteſt procedere. Dicant enim quot tandem
annis: uel potius quot ſæculis orbis hic obſeruationis perfici quiuerit. Cõſtare
quippe inter aſtrologos dicebat ſtellas iſtas quas erraticas dicerent: quæ eẽ om
nium rerum fatales dicerent̃: infinito prope & inumerabili numero annoꝝ ad
eũdem locum cum eodem habitu ſimul omnes profectæ ſunt: regredi: ut neq;
ullus obſeruationis tenor: neq; memoria ulla effigies litterarum tãto æuo potu
erint edurare. Atq; illud etiam cuiuſmodi eſſet: cõſiderandum putabat: q̄ aliud
ſtellarũ agmen foret: quo primũ tempore cõciperetur homo in utero matris:
aliud poſtea: cum in decem mẽſibus proximis in lucem ederetur. Quærebatq;
qui cõueniret diuerſam ſuper eodem fieri demõſtrationem: ſi ut ipſi putarẽt:
alius atq; alius earũdem ſtellarũ ſitus/atq; ductus: alias & alias fortunas daret?
Sed & nuptiarũ tẽpore: ex quibus liberi quærerẽtur: atq; ipſo etiã illo maris &
fœminæ coitu iam declarari oportere dicebat certo quodã & neceſſario ſtella-
rum ordine/quales/qualiq; forma homines gignerentur. ac multo etiam anteq̃
pater ipſe atq; mater naſcerentur: ex eoꝝ genitura debuiſſe iam tum proſpici:
quinam olim futuri eſſent: quos ii creaturi forent & ſupra longe / atq; longe p
infinitum/ut ſi diſciplina iſta fundamento aliquo ueritatis nixa eſt/centeſimo

uſq; ad hinc ſæculo: uel magis primo cæli: atq; mundi exordio: atq; inde iam
deinceps cõtinua ſignificatione: quotiẽs generis auctores eiuſdem homines
naſcerẽt ſtellæ iſtæ præmõſtrare debuerint: qualis: qualiq; fato futurus ſit qſ
quis hodie natus eſt. Quo autem inquit pacto credi poteſt uniuſcuiuſq; ſtel-
larum formæ & poſitiõis ſortem: atq; fortunam uni omnino homini certam:
deſtinatam eſſe? Eamq; formã poſt longiſſima ſæculoꝝ ſpatia reſtitui: ſi uitæ
fortunarũq; eiuſdem hoĩs indicia: in tam breuibus ĩteruallis per ſingulos ma
iorum eius gradus perq; infinitũ ſucceſſionũ ordinem: tam ſæpe: ac tam mul-
tipliciter: eadem ipã: nõ eadem ſtellaꝝ facie denotãtur. Quod ſi id fieri poteſt
eaq; diuerſitas: atq; uarietas admittitur: per omnis antiquitatis gradus ad ſigni
ficanda eorum hominum: quæ poſt naſcẽtur exordia: imparilitas hæc turbat
obſeruatiõem. Omniſq; ratio diſciplinæ cõfunditur. iam uero id minime ferẽ
dum cenſebat: quod nõ modo caſus & euẽta quæ euenirẽt extrinſecus: ſed cõ
ſilia quoq; hominum ipſa & arbitria: & uarias uoluntates: appetitioneſq;: &
declinatiões: & fortuitos repẽtinoſq; in leuiſſimis rebus animorum impetus:
receſſuſq; moueri: agitariq; deſuper e cælo putarent: Tanq̃ ſi forte ire in bal- Balneas
neas uolueris: ac deinde nolueris: atq; id rurſum uolueris: nõ ex aliqua diſpari
uariaq; animi agitatione: ſed neceſſaria quadam errantium ſyderum reciproca
tione contigerit: ut plane homines: non quod dicitur λογικὰ ζῶα: ideſt rationa-
lia animalia: ſed ludicra & ridenda quædam. νευρόσπαστα: ideſt neruis mouentia
eſſe uideantur: ſi nihil ſua ſponte. nihil arbitratu ſuo faciunt: ſed ducentibus
ſtellis: & aurigantibus. Ac ſi inquit potuiſſe prædici: affirmant. Pyrrhus ne
rex: an Mannius Curius prœlio uicturus eſſet. cur tandem non de alea quoq;:
ac de calculis: & alueolo audeant dicere. quiſnam ibi ludentium uincat. An ui
delicet magna ſciunt? parua neſciunt? & minora maioribus imperceptiora
ſunt? Sed ſi magnitudines rerum ſibi uẽdicant; magiſq; eſſe perſpicuas: & fa
cilius comprehendi poſſe dicunt; uolo inquit mihi reſpondeant: quid in hac
totius mundi contemplatione præſtantis naturæ operibus in tam paruis atq;
breuibus negociis fortuniſq; hominum magnum putẽt? Atq; id uelim inquit
reſpondeant: ſi tam paruum: atq; rapidum eſt momentum temporis: in quo
homo naſcens fatum accipit: ut in eodem illo puncto ſub eodem circulo cæ-
li: plures ſimul ad eandem competentiam naſci non queant. & ſi iccirco ge-
mini quoq; non eadem uitæ ſorte ſunt: quoniam eodem temporis pũcto editi
ſunt: peto inquit reſpondeant: curſum illum temporis tranſuolantis: qui uix
cogitatione animi comprehendi poteſt. quonam pacto aut conſulto aſſequi
queant: aut ipſi perſpicere: & deprehendere: quum in tam præcipiti dierum
noctiumq; uertigine: minima momenta ingentes facere dicant mutationes?
Ad poſtremũ autem: & quid eſſet quod aduerſum hoc dici poſſet requirebat:
quod hoĩes utriuſq; ſexus omnium ætatum: diuerſis ſtellaꝝ motibus in uitã
editi regionibus ſub quibus geniti ſunt lõge diſtãtibus: omnes tamen iſti aut
hiantibus terris: aut labẽtibus tectis: aut oppidoꝝ expugnationibus aut cadẽ
in naui fluctu obruti: eodẽ genere mortis: eodemq; ictu corporis interirent?

Quod ſcilicet inquit nunquã eueniret:ſi momenta naſcẽdi ſingulis attributa:
ſuas unũquo dq; leges haberẽt.q̧ ſi quædã inquit in hoĩum morte : atq; uita ẽt
diuerſis tp̃ibus editoꝝ:p ſtellaꝝ pares quoſdã poſtea cõuẽtus paria nõnulla &
cõſimilia poſſe dicunt̃ obtingere:cur nõ aliq̃n poſſint omnía quoq; paria uſu
uenire:ut exiſtant per huiuſmodi ſtellarum concurſiones & ſimilitudines.So-
crates ſimul & Antiſthenes:& Platones multi/genere/forma/ingenio/morib9:
uita omni:& morte pari.quod nequaq̃ inquit prorſus fieri poteſt. Non igitur
hac cauſa probe uti queunt aduerſus hominũ impares ortus : interitus pares.
Illud autem condonare ſe iis dicebat:quod non id quoq; req̃rerẽt:ſi uitæ mor-
tiſq; hominũ:rerũq; humanaꝝ omniũ:tẽpus & ratio.& cauſa in cælo:& apud
ſtellas foret:quid de muſcis:aut uermiculis:aut echinis:multiſq; aliis minutiſ-
ſimis:terra mariq; animantibus dicerent? An iſta quoq; iiſdem quibus homi-

No. de hiſ ſycophantis chaldeis

nes legibus naſcerent̃.iiſdemq; itidẽ extinguerent̃:ut aut ranunculis quoque
& culicibus naſcẽdi fata ſint de cæleſtiũ ſyderũ motibus attributa:aut ſi id nõ
putarent:nulla ratio uideret̃:cur ea ſyderum uis in hominibus ualeret.defice-
ret in cæteris. Hæc nos ficta & incondita:& ꝓpemodũ ieiuna oratione atti-
gimus.At Phauorinus.ut hominis ingeniũ fuit:utq; grææ facundiæ copia ſi-
mul & uenuſtas:latius ea & amœnius & ſplendidius:& profluentius exeque-
batur.Atq; idẽtidẽ cõmonebat ut caueremus:ne qua nobis iſti ſycophantæ ad
faciendã fidẽ irreperent q̧ uiderentur quædã interdũ uera effutire;aut ſparge-
re.Non.n.cõprehenſa inquit:neq; definita;neq; percepta dicunt : ſed lubrica:
atq; ambagioſa coniectatione nitentes inter falſa:atq;uera pedetẽtim quaſi per
tenebras ingrediẽtes eunt.Et aut multa tẽtando incidunt repente imprudentes
in ueritatem:aut ꝑſorum qui eos conſulunt:multa credulitate ducente:perue
niunt calide ad ea:quæ uera ſunt:& iccirco uidentur in præteritis rebus q̃ futu
ris ueritatem facilius imitari.Iſta tamen omnia:quæ aut temere:aut aſtute uera
dicunt:præ cæteris inquit quæ mentiuntur:pars ea non fit milleſima.Hæc au-
tem quæ dicentem Phauorinum audiuimus multa etiam memini poetarũ ue-

Pacuuianũ carmẽ

Accius

terum teſtimonia confirmare:quibus huiuſcemodi ambages fallacioſæ confu-
tantur.Ex quibus eſt Pacuuianum illud.Nam ſiqui quæ euentura ſunt præui-
deant æquiparent ioui.Item Accianum illud . Nihil inquit credo auguribus:

Genethliaci

qui aures uerbis diuitant alienas:ſuas ut auro locupletent domus. Item Pha-
uorinus deterrere uolens & depellere adoleſcentes a genethliacis iſtis:& qui
buſdam aliis id genus qui prodigioſis artibus futura omnia dicturos pollicen
tur nullo pacto adeundos eſſe:conſulendoſq; huiuſmodi argumentis conclu
debat.Aut aduerſa inquit.euentura dicunt:aut proſpera.Si dicũt proſpera &
fallũt miſer fies fruſtra expectando.Si aduerſa dicũt & mentiuntur:miſer fi-
es fruſtra timendo.Sin uera reſpondent:eaq; ſunt non proſpera : iam inde ex
animo miſer fies anteq̃ e fato fias:Si fœlicia promittunt:eaq; euentura ſunt:
tum plane duo erunt incommoda: & expectatio te ſpei ſuſpenſum fatigabit:
& futurum gaudii fructum ſpes tibi iam deflorauerit.Nullo igitur pacto utẽ
dum eſt iſtiuſmodi hominibus res futuras præſagientibus.

¶ Quem in modum diſſeruit Phauorinus conſultus a me ſuper officio iudicis. Cap. II.

QVo primũ tẽpore a prætoribus lectus in iudices ſum: ut iudicia: quæ appellant᷑ priuata: ſuſciperẽ: libros utriuſq; linguæ de officio iudicis ſcriptos conquiſiui: ut homo adoleſcens: a poetaꝝ fabulis & a rhetorum epilogis: ad iudicãdas lites uocatus rem iudiciariã: quoniam uocis (ut dicitur) uiuæ penuria erat: ex mutis ꝙ aiunt: magiſtris cognoſcerem. Atq; in rerum quidem definitionibus cõperendinationibuſq;: & aliis quibuſdam legitimis: rebus ex ipſa lege iulia. & ex Sabini Maſſurii: & ex quorũdam aliorum iuriſperitorum cõmentariis commoniti: & adminiculati ſumus. In his autem quæ exiſtere ſolent: negociorum ambagibus: & in ancipiti rationum diuerſaꝝ circunſtantia. nihil quicq̃ nos huiuſcemodi libri iuuerũt Nam & ſi conſilia iudicibus ex præſentium cauſarum ſtatu capienda ſunt: generalia tamen quædã præmonita & præcepta ſunt᷑ quibus ante cauſam: p̄muniri iudex: præparariq; ad incertos caſus futurarum difficultatum debeat: ſicut illa mihi tunc accidit inexplicabilis reperiẽdæ ſententiæ ambiguitas. Petebatur apud me pecunia: quæ dicebat᷑ data numerataq;: ſed qui petebat: neq; tabulis neq; teſtibus id factũ docebat: & argumẽtis admodũ exilibus nitebatur. Sed eũ cõſtabat uirũ eſſe ferme bonum: notæ & expertæ fidei: & uitæ inculpatiſſimæ. Multaque & illuſtria exempla probitatis ſinceritatiſq; eius exprome bantur. illum autem unde petebatur hominem eſſe non bonæ rei: uitaq; turpi & ſordida / conuictumq; uulgo in mendaciis: plenumq; eſſe perfidiarum & fraudum oſtendebatur. Is tamen cum ſuis multis patronis clamitabat. Probari apud me debere pecuniã datam cõſuetis modis: expẽſi latione menſæ rõnibus chirographi exhibitiõe: tabulaꝝ obſignatione: teſtiũ interceſſiõe. Ex qbus oĩbus ſi nulla re ꝓbaret᷑: dimitti iam ſane oportere & aduerſariũ de calũnia dãnari. Quod de utriuſq; aũt uita: atq; factis diceret᷑: fruſtra id fieri atq; dici. Rẽ enim de petẽda pecunia apud iudicem priuatũ agi nõ apud cẽſores de moribus. Tunc ibi amici mei quos rogauerã: in cõſilium uiri exercitati: atq; in patrociniis & in operis fori celebres: ſempq; ſe circũ undiq; diſtrahẽtibus cauſis feſtinantes: non ſedẽdum diutius: ac nihil eſſe dubium dicebãt quin abſoluendus foret quẽ accepiſſe pecuniã: nulla probatõe ſolẽni docebat᷑. Sed enim ego hominesquum cõſiderabam alteꝝ fidei. alterũ probri plenum ſpurciſſimæq; uitæ: ac defamatiſſimæ: nequaq̃ adduci potui ad abſoluẽdũ. Iuſſi igitur diem diffundi: atq; inde a ſubſelliis pergo ire ad Phauorinũ philoſophũ / quẽ meo tẽpore Romæ plurimũ ſectabar. Ac de hominibus: quæ apud me dicta fuerãt: uti res erat: narro omnia. Ac peto: ut & ipſum illud in quo hærebã: & cætera etiam quæ obſeruãda mihi forẽt in officio iudicis: faceret me ut earum rerum eſſem prudẽtior. Tum Phauorinus religione illa cõtatiõis & ſollicitudinis noſtræ cõprobata. Id quidẽ ĩquit ſuper quo nũc deliberas: uideri poteſt ſpecie tenui paruaq; eſſe. Sed ſi de oĩ quoq; officio iudicis præire tibi me uis: nequaq̃ eſt uel loci huius: uel tpis. Eſt. n. diſceptatio iſta multiiugæ & ſinuoſæ quæſtio

Res iudiciaria

Adminicula

Spurciſſime vite

deliberare

Officiũ Iudicis

nis multaq; & anxia cura: & circonſpicientia indigens. Namq; ut pauca tibi nunc quæſtionum capita attingam: Iam omnium primum hoc de iudicis officio quæritur. Si iudex forte id ſciat: ſuper qua re apud eum litigatur. Eaq; res uni ei priuſquam agi cœpta & in iudicium deducta ſit: ex alio quodam negocio caſuque aliquo cognita liquido & comperta ſit. Neq; id tamen in agenda cauſa probatur: Oporteat ne eum ſecundum ea quæ aguntur? Id etiam inquit quæri ſolet an deceat: an conueniet iudicii cauſa iam cognita ſi facultas eſſe uideatur componendi negocii: officio pauliſper iudicis dilato: communis amiciciæ & quaſi pacificatoris partes recipere. Atq; illud amplius ãbigi: ac dubitari ſcio debeat ne iudex intercognoſcendum ea quæ dicto: quæſitoque opus eſt dicere: & quærere: etiã ſi cuius ea dici. quæri intereſt neq; dicat: neq; poſtulet. <u>Patrocinari enim prorſus hoc eſſe aiunt non iudicare</u>. Præter hæc ſuper ea quoq; re diſſentit̃: An ex uſu exq; officio ſit iudicis rẽ: cauſamq; de qua cognoſcit: interlocutionibus ſuis ita exprimere: conſignareq; ut ante ſententiæ tempus ex iis: quæ apud eum in præſens confuſe: uarieq; dicuntur: perinde ut quoq; in loco ac tempore mouetur: ſigna & indicia faciat motus atq; ſenſus ſui. Nam qui iudices inquit acres: atq; celebres uidentur: non aliter exiſtimãt rem: qua de agitur indagari. cõprehendiq; poſſe: niſi is qui iudicat crebris ĩter rogationibus: neceſſariiſq; inter locutiõibus: & ſuos ſenſus aperiat: & litigantium deprehendat. Contra autem qui ſedatiores & grauiores putant̃: negant iudicem debere ante ſententiam: dum cauſa utrinq; agitatur: quotiens aliqua re propoſita motus eſt: totiens ſignificare quid ſentiat. Euẽturum enim aiunt: ut quia pro uarietate propoſitionum: argumentorumq; alius: atq; alius: motus aĩ patiendus eſt: aliter: atq; aliter eadẽ in cauſa: eodẽq; in tpe ſentire & interloq uideat̃. Sed de his inqt & cæteris huiuſcemodi iudicialis officii tractatibus: & nos poſt hac. quũ erit ociũ dicere quid ſentiamus: conabimur. & præcepta Elii Tuberonis ſuper officio iudicis quæ nuperrime legi recẽſebimus. Q uod autẽ ad pecuniã ptinet: quã apud iudicẽ peti dixiſti. ſuadeo hercle tibi utare. M. Catonis <u>prudẽtiſſimi uiri cõſilio</u>: qui in orõne quã pro. L. Turio cõtra Cn. Gelliũ dixit ita eſſe moribus maiorꝝ traditũ ait: obſeruatũq; <u>ut ſi quod inter duos actũ eſt: neque tabulis: neque teſtibus planum fieri poſſit. Tum apud iudicem qui de ea re cognoſceret: uter ex iis uir melior eſſet quæreret̃</u>. Et ſi pares eſſent: ſiue boni pariter: ſiue mali. tum illi unde petitur crederetur: ac ſecundum eum iudicaretur. In hac autem cauſa de qua tu ambigis: optimus eſt qui petit. Vnde petitur deterrimus: & res eſt inter duos acta ſine teſtibus. Eas igitur: & credas ei qui petit. Condemneſq; eum: de quo petitur: quoniam ſicuti dicis: duo pares non ſunt: & qui petit melior eſt. Hoc quidem mihi tum Phauorinus: ut uirum philoſophum decuit: ſuaſit. Sed maius ego: altiuſque id eſſe exiſtimaui: q̃ quod meæ ætati & mediocritati conueniret: ut cognouiſſe: & condemnaſſe de moribus: non de probationibus rei geſtæ uiderer. ut abſoluerem tamen inducere in animum non quiui. & propterea iuraui mihi non liquere: atq; ita iudicatu illo ſolutus ſum. Verba ex oratione. M. Catonis cuius comme minit

Phauorinus:h æc ſunt. Atque ego a maioribus memoria ſic accepi. Si quis q̄d alter ab altero peteret ſi ambo pares eſſent: ſiue boni: ſiue mali eēnt: ꝙ duo res geſſiſſent uti teſtes nõ intereſſent: illi unde petit̃ ei potius credẽdum eſſe. Nũc ſi ſponſionem feciſſet Gellius cum Turio: ni uir melior eſſet Gellius/q̃ Turius nemo opinor tam inſanus eſſet: qui iudicaret meliorẽ eſſe Gellium q̃ Turium. Si nõ melior eſt Gellius Turio: potius oportet credi unde petitur.

¶ An æmuli: infenſiq; inter ſeſe fuerint Xenophon & Plato. Cap. III

QVi de Xenophõtis Platoniſq; uita: & moribus pleraq; oīa exq̄ſitiſ ſitime ſcripſere: nõ abfuiſſe ab eis motus quoſdã tacitos & occul- os ſimultatis: & æmulationis mutuæ putauere: & eius rei argumẽ a quædam coniectatorie ex eoꝝ ſcriptis ꝓtulerũt. Ea ſunt ꝑfecto eiuſcemodi: qđ neq; a Platone in tot numero libris mentio uſq̃ facta ſit Xeno- phontis: neq; item contra ab eo Platonis in ſuis libris: quãq̃ uterq;: ac maxime Plato complurium Socratis ſectatorum in ſermonibus: quos ſcripſit: cõmemi nit. Id etiam eſſe non ſinceræ: neq; amicæ uoluntatis iudicium credidere: ꝙ Xe nophon inclyto illi operi Platonis: quod de optimo ſtatu reipublicæ ciuitatiſq; adminiſtrande ſcriptum eſt lectis ex eo duobus fere libris: qui primi in uulgus exierant: oppoſuit cõtra: cõſcripſitq; diuerſum regiæ adminiſtrationis genus: quod παιδέιας κύρου.i. inſtitutionis Cyri inſcriptũ eſt. eo facto ſcriptoq; eius: uſ que adeo permotum eſſe Platonem ferunt. ut quodam in libro mentione Cyri regis habita retractandi: leuandiq; eius operis gratia: uirum quidem Cyrũ na- uum & ſtrenuum fuiſſe dixerit παιδέιας δ᾽ οὐκ ὀρθῶς ἧφθαι τὸ παράπαν. i. inſtitutio nem autẽ minime recte attigiſſe. Hæc enim uerba ſunt de Cyro Platonis. Præ- terea putãt id quoq; ad iſta: quæ dixi: accedere ꝙ de Xenophon in libris: quos dictorum ac factorum Socratis cõmentarios compoſuit: negat Socratem de cæli atq; naturæ cauſis: rationibuſq; unq̃ diſputaſſe. Ac ne diſciplinas quidem cæteras: quæ μαθήματα. ideſt diſciplinas græci appellant: quæ ad bene: beateq; uiuendum non pertinerent. aut attigiſſe: aut cõprobaſſe. Iccircoq; turpiter eos mentiri dicit: qui diſſertationes iſtiuſmodi Socrati attribuerent. hæc autem in- quiunt Xenophon cum ſcripſit. Platonem uidelicet notat. in cuius libris Socra tes de phyſica & muſica & geometria diſſerit. Sed enĩ de uiris optimis & gra- uiſſimis: ſi credendum hoc: aut ſuſpicandum fuit: cauſam equidem eſſe arbi- tror non obtrectationis: neque inuidiæ: neque de gloria maiore parienda certa tionis. Hæc enim procul a moribus philoſophiæ obſunt: in quibus illi duo om nium iudicio excelluere. Q uæ igitur eſt iſtius opinionis ratio? Hæc profecto eſt: equiparatio ipſa plerumque & parilitas uirtutum inter ſeſe conſimilium: etiam ſi contentionis ſtudium: & uoluntas abeſt: ſpeiem tamen æmulationis creat. Nã cum ingenia quædã magna duoꝝ pluriũue in eiuſdem rei ſtudio illu ſtrium: aut pari ſunt fama: aut proxima. oritur apud diuerſos fautores eoꝝ in- duſtriæ: laudiſq; æſtimandæ cõtẽtio. Tum poſtea ex alieno certamine ad eos quoq; ipſos cõtagium certationis aſpirat. Curſuſq; eoꝝ ad eandem uirtutis cal cem pergentium: quando eſt compar: uel ambiguus in æmulandi ſuſpiciones

Platonis & Xenophontis æmulatio

Fautores.

Quod Crisippus de imagine Iustitie scripsit

nō ſuo:ſed fauẽtium ſtudio delabit̃.Proinde igit̃ & Xenophon:& Plato Socraticæ amœnitatis duo lumina:certare æmulariq; īter ſeſe exiſtimati ſunt: qa de iis apud alios uter eēt exuperātior certabat̃.Et quia duæ eminētiæ cū ſimul iunctæ in arduū nitāt ur:ſimulacrū quoddā cōtentionis æmulæ pariunt.

¶ Quod apte Chryſippus:& graphice imaginē iuſtitiæ modulis coloribuſq; uerborum depinxit. Caput IIII

Iuſtitiæ imago

COndigne me hercle & cum decore Chryſippus in libroꝝ qui inſcribunt̃ περὶ καλοῦ, καὶ ἡδονῆς.i.de honeſto:& uoluptate primo.Os & oculos iuſtitiæ:uultūq; eius ſeueris atq; uenerādis uerboꝝ coloribus depinxit.Facit quippe imaginē iuſtitiæ:fieriq; ſolitā eſſe dicit a pictoribus:rhetoribuſq; antiquioribus ad hūc ferme modum.Forma atq; filo uirginali:aſpectu uehæmēti & formidabili luminibus oculoꝝ acribus:neque humilis:neq; atrocis:ſed reuerēdæ cuiuſdā triſtitiæ dignitate.Ex imaginis iſtius ſignificatione intelligi uoluit iudicē:qui iuſtitiæ antiſtes eſt oportere eē grauem:ſanctum:ſeuerum:incorruptum:inadulabilem:cōtraq; improbos nocēteſq; īmiſericordē:atq; inexorabilē:erectūq; & arduū:& potētem:ui & maieſtate æqtatis ueritatiſq; terrificū.Verba ipa Chryſippi de iuſtitia ſcripta hæc ſunt.παρθένος δὲ εἶναι λέγεται.κατὰ σύμβολον τοῦ.ἀδιάφθορος εἶναι καὶ μηδαμῶς ἐνδιδόναι τοῖς κακούργοις.μηδὲ προσίεσθαι.μήτε τοὺς ἐπιεικεῖς λόγους μήτε παραίτησιν,καὶ δέησιν μήτε κολακείαν.μήτε ἄλλο μηδὲν τῶν τοιούτων.οἷς ἀκολούθως.καὶ σκυθρωπὴ γράφεται.καὶ συνεστηκὸς ἔχουσα τὸ πρόσωπον καὶ ἔντονον.καὶ δεδορκὸς βλέπουσα.ὥστε τοῖς μὲν ἀδίκοις φόβον ἐμποιεῖν.τοῖς δὲ δικαίοις θάρσος.τοῖς μὲν ὡς πρὸς φίλους ὄντος τοῦ τοιούτου προσώπου.τοῖς δὲ ἑτέροις,προσάντους.ideſt dicit̃ uirgo eſſe indicio eam eſſe incorruptā.improbis nunq̄ cōcedere nō ſermones blādos:nō purgationē: nō deprecationē:nō adulationē/nō deniq; quicq̄ aliud pati.Quas ob res merito triſtis etiā pingit̃:uultu graui:aſpectu cōtento & toruo,ut iniuſtis terrorē incutiat.iuſtis fiduciā præbeat quādo huiuſcemōi facies iuſtis grata.iniuſtis moleſta ſit.Hæc uerba Chryſippi:eo etiā magis ponenda exiſtimaui:ut prompta atq; expoſita ad cōſiderādum iudicādūq; ſint.Quoniā legētibus nobis ea delicatiores quidā diſciplinaꝝ philoſophi:ſeuitiæ imaginē iſtā eſſe:nō iuſtitiæ dixerūt.

παρθένος

¶ Lis atq; cōtentio grāmaticoꝝ Romæ illuſtrium enarrata ſuper caſu uocatiuo uocabuli:quod eſt egregius. Caput V

DEfeſſus ego quondā ex diutina cōmētatione laxādi: leuandiq; animi gratia in Agrippæ cāpo deambulabā.Atq; ibi duos forte grammaticos cōſpicatus:nō parui in urbe Roma nominis:certationi eorum acerrime affui:cum alter in caſu uocatiuo uir egregi dicendū contēderet.alter uir egregie.Ratio aūt eius qui egregi oportere dici cenſebat huiuſmodi fuit.Quæcūq; inquit noīa:ſeu uocabula recto caſu numero ſingulari:us ſyllaba finiunt̃:in quibus ante ultimā ſyllabā poſita eſt i littera ea nomina:caſu uocatiuo i littera terminant̃:ut celius celi:modius modi:tertius terti:accius acci:titius titi:& ſimilia oīa:ſic igit̃ egregius:quoniā us ſyllaba in caſu nominādi finit̃ eamq; ſyllabam præcidit i littera:habere debebit in caſu uo

Egregius

di /i/li tterã extremã.& icci rco egregi nõ egregie:rectius dicet̃.Nam diuus:&
riuus :& cliuus:nõ us ſyllaba terminãtur:ſed ea quæ p duo u ſcribẽda eſt. Pro
pter cuius ſyllabæ ſonũ declarãdũ:repta erat noua littera.f.quæ digãma appel
labat̃.Hoc ubi ille alter audiuit.O inqt egregie grãmatice.uel ſi id mauis egre
giſſime: dic oro te:iſcius:& ipius:& ſobrius:& ebrius:& pprius:& ppitius &
anxius : & cõtrarius:quæ us ſyllaba finiunt̃:i qbus añ ultimã ſyllabã i lr̃a eſt:
quẽ caſum uocãdi habẽt? Me omni pudor & uerecũdia tenet pronũciare ea ſe
cũdũ tuã definitionẽ.Sed quũ ille pauliſper oppoſitu hoꝝ uocabuloꝝ cõmo-
tus reticuiſſet & mox tamẽ ſe collegiſſet eãdẽq; illã:quã definierat:regulã reti-
neret:& propugnaret:diceretq;:& propriũ:& ppitiũ:& anxiũ:& cõtrariũ iti-
dẽ in caſu uocatiuo dicẽdũ:qa & aduerſarius:& extrarius ita diceret̃:inſcium
quoq;:& ipiũ:& ebrium:& ſobriũ:iſolẽtius qdem paulo: ſed rectius.per i lit-
terã nõ per e in caſu eodẽ pnunciandũ eaq; inter eos cõtentio lõgius duceret̃:
non arbitratus ego operæprecium eſſe: eadẽ hæc iſta diutius audire: clamãtes
compugnanteſque illos reliqui.

Cuiuſmodi ſint q̃ ſpeciẽ doctrĩaꝝ habeãt:ſed neq; delectẽt:neq; utilia ſint.
atq; inibi de uocabulis ſingulariũ urbiũ regionumq; imutatis. Cap. VI

HOmo nobis familiaris in litteraꝝ cultu nõ ignobilis: magnãq; æta-
tis partẽ in libris uerſatus adiutũ inqt ornatũq; uolo ire noctes tu
as:& ſimul dat mihi librũ grãdi uolumine : doctrinis oĩgenis (ut
ipe dicebat) p̃ſcatẽtẽ:quẽ elaboratũ ſibi eẽ ait ex multis:& uariis:
& remotis lectionibus:ut ex eo ſumerẽ q̃tũ liberet:reꝝ memoria dignaꝝ.Acci
pio cupidus & libens tanq̃ ſi copiæ cornu nactus eſſẽ:& recũdo me penitus:
ut ſine arbitris legã. At quæ ſcripta erãt:proh Iuppiter: mera miracula.Quo
noĩe fuerit:qui primus grãmaticus appellatus eſt.Et quot fuerĩt Pythagoræ
nobiles:quot Hippocrates.& cuiuſmodi Homerus dicat in Vlyxis domo σει
ρῆνες.i.ſirenes.Quã ob cauſam Thelemachus cubans iunctum ſibi cubãtem
Piſiſtratum:non manu attigerit : ſed pedis ictu excitarit εὐρύκλεια.i. Euryclia
Thelemachũ:quo genere clauſtri incluſerit.& quapropter idem poeta roſam
non norit:oleum ex roſa norit. Atq; illud etiam ſcriptum fuit:quæ nomina fu-
erint ſociorum Vlyxis : qui a Sylla rapti laceratiq; ſunt:utrũ ἐν τῇ ἔσω θαλάσσῃ.
ideſt interiore mari Vlyxes errauerit κατὰ ἀρίσαρχον.i. iuxta Ariſtarchum:an
ἐν τῇ ἔξω κατὰ κράτητα.ideſt in exteriore iuxta Craterem.Id etiam iſtic ſcriptũ
fuit:qui ſint apud Homerum uerſus ἰσόψηφοι.ideſt pares:& quorum ibi nomi
num reperiantur παρασιχίς.ideſt capita & primæ uerſum litteræ.Et quis adeo
uerſus ſit:qui per ſingula uocabula ſingulis ſyllabis ĩcreſcat.Ac deinde qua ra-
tione dicit ſingulas pecudes:in ſingulos ãnos terna parere.Et ex qnq; operimẽ
tis quibus Achyllis clipeus munitus eſt: quod factum ex auro eſt : ſummum
ſit an medium? Et præterea quibus urbibus : regionibuſq; uocabula iam mu- Aonia
tata ſint? Quod boetia ante appellata fuerit aonia. Qđ ægyptus aeria dicta Aeria
eſt.Quod creta eodẽ quoq; noĩe aeria dicta eſt.Quod attica ἀκτή.i.ora & acta Acta
apđ poetã. Quod corithus:ephyre.Quod macedonis ora ἠμαθία.i.emathia. Ephyre Emathia

Aemonia
Sarra
Sython
Neptúniũ

Q uod theſſalia αἱμονία.i.æmonia.Q uod tyrus:ſarra.Q đ thracia ante ſython dicta ſit.Q uod ſeſtũ ποσειδώνειον.i.Neptũnium & locus Neptũni.Hæc atque item alia multa iſtiuſmodi ſcripta in eo libro fuerãt.Q uem cum ſtatim ꝓperans redderẽ:ὄναιο σοῦ.i.ꝑficiat tibi inq̃ doctiſſime uiroꝝ ταύτης τῆς πολυμαθίας.i.huius multiuagæ diſciplinæ gr̃a:& librũ hunc opulentiſſimũ recipe:nil prorſus ad noſtras pauptinas lr̃as cõgruentẽ.Nã meæ noctes:quas inſtructum:ornatũq; iſti:de uno maxime illo uerſu Homeri quærũt:quem Socrates præ oĩbus ſemper rebus ſibi eẽ cordi dicebat.ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν ἀγαθόν τε τέτυκται.idest ædibus in noſtris:quæ recta aut prona geruntur.

Pauptinas lr̃as

Q uod.M.Varro.Cn.Pompeio cõſuli primũ deſignato cõmẽtariũ dedit:quẽ appellauit ipſe iſagogicum de officio ſenatus habẽdi. Cap. VII

εἰσαγωγικόν
Introductoriũ,

CN.Põpeio cõſulatus primus cum.M.Craſſo deſignatus eſt.e um magiſtratũ Põpeius cũ initurus foret:quoniã ꝑ militiæ tp̃a:ſenatus hñdi cõſulẽdiq; reꝝ expers humanaꝝ fuit.M.Varronẽ familiarẽ ſuũ rogauit:uti cõmẽtariũ facere εἰσαγωγικόν.i.ĩtroductoriũ Sic.n.Varro ipſe appellat:ex quo diſceret:qd facere:diceretq; deberet:cum ſenatũ cõſuleret.Eũ librũ cõmẽtariũ:quẽ ſup ea re Põpeio fecerat:periſſe Varro ait in litteris:quas ad Oppianũ dedit:quæ ſunt in libro epiſtolicarũ quæſtionum.iiii.In quibus litteris:qm̃ quæ ante ſcripſerat:nõ cõparebant docet rurſum multa ad eã rem ducẽtia.Primũ ibi ponit:qui fuerint:ꝑ quos more maiorum ſenatus haberi ſoleret.eoſq; noĩat.dictatorẽ:cõſules:p̃tores:tri.ple.interregem.p̃fectũ urbi:neq; alii p̃ter hos ius fuiſſe dixit facere ſenatuſcõſultum. Q uotiẽſq; uſu ueniſſet:ut oẽs iſti magiſtratus eodẽ tp̃e Romæ eſſent tũ quo ſupra ordine ſcripti eſſent:q eoꝝ prior aliis eſſet:ei potiſſimũ ſenatus cõſulẽdi ius fuiſſe.Addit deinde extraordinario iure tribunos quoq; militares:qui ꝓ cõſulibus fuiſſent.Itẽ decẽuiros:quibus imperiũ conſulare tũ eſſet.Itẽ triũuiros reipu.cõſtituẽdæ cã creatos:ius cõſulẽdi ſenatũ habuiſſe.Poſtea ſcripſit de interceſſionibus.dixitq; intercedẽdi:ne ſenatuſcõſultũ fieret:ius fuiſſe iis ſolis:qui eadẽ poteſtate/qua ii/qui ſenatuſcõſultũ facere uellent:maioreſue eſſent. Tũ aſcripſit de locis in quibus ſenatuſcõſultũ fieri iure poſſet:docuitq;:cõfirmauitq; niſi in loco ꝑ augures cõſtituto:qđ tẽplũ appellaret̃ ſenatuſcõſultum factũ eſſet:iuſtũ id nõ fuiſſe.ꝓpterea & in curia hoſtilia:& in Põpeia:& poſt in iulia:cũ ꝓfana ea loca fuiſſent tẽpla eẽ ꝑ augures cõſtituta:ut in iis ſenatuſcõſulta:more maioꝝ iuſta fieri poſſent.Inter quæ id quoq; ſcriptũ reliq̃t:non oĩs ædes ſacras tẽpla eẽ.Ac ne æde quidẽ Veſtæ tẽplũ eẽ.Poſt hæc deiceps dicit:ſenatuſcõſultũ ante exortũ:aut poſt occaſum ſolẽ factũ ratum non fuiſſe:Opus ẽt cẽſoriũ feciſſe exiſtimatos:ꝑ quos eo tp̃e ſenatuſcõſultũ factũ eſſet. Docet deĩde inibi multa:quibus diebus hẽri ſenatũ ius nõ ſit/imolareq;hoſtiã prius.auſpicariq; debere:qui ſenatũ habiturus eẽt.De rebus quoq; diuis priuſq̃ humanis ad ſenatũ referẽdũ eſt.Tũ porro referri oportere/aut infinite de repu.aut de ſingulis rebus finite.Senatus quoq; cõſultũ fieri duobus modis. Aut ꝑ diſceſſionẽ/ſi cõſentiret̃.Aut ſi res dubia eẽt:ꝑ ſinguloꝝ ſn̄ias exq̃ſitas.

ſingulos aũt debere cõſuli gradatim.Incipiq; a conſulari gradu:ex quo gradu ſemp quidẽ antea primũ rogari ſolitũ:qui princeps in ſenatũ lectus eẽt.Tum aũt:cũ hæc ſcriberet:nouũ morem inſtitutũ refert:p ambitionẽ gratiãq;:ut is primũ rogaret᷑:quẽ rogare uellet:qui hẽret ſenatũ:dũ is tñ ex gradu conſulari eẽt.Præter hæc de pignore quoq; capiẽdo diſſerit.deq; mulcta dicẽda ſenatori qui cũ in ſenatũ uenire deberet:nõ adeſſet.Hæc & alia quædã id genus i libro quo ſupra dixi.M.Varro epiſtola ad Oppianũ ſcripta executus.Sed qđ ait ſenatuſcõſultũ duobus modis fieri ſolere:aut cõquiſitis ſentẽtiis:aut p diſceſſionẽ:parũ cõuenire uidet᷑ cũ eo:qđ Atteius Capito in cõiectaneis ſcriptũ reliqt. Nam in libro.cclix.Tuberonem dicere ait:nullum ſenatuſcõſultũ fieri poſſe: nõ diſceſſione facta.Quia in oĩbus ſenatuſconſultis etiam in iis:quæ per relationẽ fierent:diſceſſio eſſet neceſſaria.Idq; ipſe Capito uerũ eſſe affirmat.ſed de hac omni re alio in loco plenius accuratiuſq; nos memini ſcribere.

¶Quæſitum eſſe diſſenſumq; an præfectus:latinarum cauſa creatus ius ſenatus cõuocandi:conſulendiq; habeat. Cap. VIII

PRæfectum urbi:latinarũ cauſa relictũ:ſenatũ hẽre poſſe Mutius negat:qm̃ ne ſenator quidẽ ſit:neq; ius hẽat ſñiæ dicẽdæ: cum ex ea ætate præfectus fiat:quæ nõ ſit ſenatoria.M.autẽ Varro in.iiii. epiſtolicarũ quæſtionũ:& Atteius Capito in coniectaneorũ.cclix. ius eſſe præfecto ſenatus habẽdi dicunt.Deq; ea re aſſenſum eſſe Capitonem Tuberoni contra ſñiam Mutii refert.Nãq; & tribunis inqt plebis ſenatus habendi ius erat:q̃q̃ ſenatores non eſſent:ante atinium plebiſcitum.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER QVINTVSDECIMVS

¶Quod in Quinti Claudii Annalibus ſcriptũ eſt lignũ alumine illitum non ardere. Cap. I

DEclamauerat Antonius Iulianus rhetor præterq̃ ſemper alias:tum uero nimium q̃ delectabiliter & feliciter.Sunt enim ferme ſcholaſticæ iſtæ declamatiões: eiuſdem hominis:eiuſdẽq; facundiæ: non eiuſdẽ tñ quotidie felicitatis.Nos ergo familiares eius circũfuſi undiq; eum ꝓſequebamur domum: cum deinde ſubeuntes montem caſpium: conſpicimus inſulam quandã occupatã igni:multis arduiſq; tabulatis editam:& propinqua iam omnia flagrare uaſto incendio.Tum quiſpiam ibi ex comitibus Iuliani.Magni inquit redditus urbanorũ prædiorũ:ſed pericula ſunt longe maxima.Si quid aũt poſſet remedii fore: ut ne tam aſſidue domus romæ arderent:uenum hercle dediſſem res ruſticas:& urbicas emiſſem.atq; illi Iulianus læta:ut mos eius fuit:inter fabulãdum uenuſtate.Si annalem inquit undeuiceſimum.Q.Claudii legiſſes:optimi & ſince

Ciſpius mons

riſſimi ſcriptoris: docuiſſet te profecto Archelaus Regis Mithridatis præfectus: q̄ medela: q̄q; ſolertia ignem defenderes: ut ne ulla tua ædificatio e ligno correpta: atq; inſinuata flammis arderet. Percontatus ego ſum: quid eſſet illud mirum. Q uadrigarii repetit. In eo igitur libro ſcriptum inueni: quum oppugnaret. L. Sylla in terra attica: Pireum: & contra Archelaus regis Mithridatis præfectus ex eo oppido propugnaret: turrim ligneam defendendi gratia ſtructam: quum ex omni latere circumplexa igni foret: ardere non quieſſe: quod Archelao a lumine oblita fuiſſet. uerba Q uadrigarii ex eo libro hæc ſunt: Tū Sylla conatus eſt: & tempore magno eduxit copias ut Archelai turrim unam: quam ille interpoſuit: ligneam icenderet uenit. acceſſit: ligna ſubdidit: ſummouit græcos: ignem admouit: ſatis ſunt diu conati: nunq̄ quiuerunt incendere. Ita Archelaus omnem materiam obliuerat a lumine. Q uod Sylla atq; milites mirabantur. & poſtq̄ non ſuccendit: reduxit copias.

¶ Q uod Plato in libris: quos de legibus cōpoſuit: largiores lætioreſq; in cōuiuiis inuitatiunculas uini non inutiles eſſe exiſtimauerit. Cap. II.

EX inſula cræta quiſpiam ætatem athenis agens. Platonicum eſſe ſe philoſophum dicebat: & uiderier geſtiebat. Erat autem nihili homo & nugator: atq; in græca facūdiæ gloria iactabundus. Præterea uini libidine aduſque ludibria ebrioſus. Is in conuiuiis iuuenum quæ agitare athenis hebdomadibus lunæ ſolenne nobis fuit ſimul atque modus epulis factus: & utiles delectabileſque ſermones cœperant: tum ſilentio ad audiendum petito: loqui cœptabat. Atque id genus: uili & incondita uerborum caterua. hortabatur omnes ad bibendum. Idque ſe facere ex decreto Platonico prædicabat: tanq̄ Plato in libris: quos de legibus compoſuit: laudes ebrietatis copioſiſſime ſcripſiſſet: utilemque eam eſſe bonis & fortibus uiris cenſuiſſet. Ac ſimul inter eiuſmodi orationem crebris: & ingentibus poculis omne ingenium ingurgitabat. Fomitem eſſe quendam dicens & incitabulum ingenii: uirtutiſque: ſi mens & corpus hominis uino flagraret. Sed enim Plato in primo: & in ſecundo de legibus: non ut ille nebulo opinabatur: ebrietatem iſtam turpiſſimam: quæ labefacere: & minuere hominum mentes ſolet: laudauit. Sed hanc largiorem paulo iucundioremque uini inuitationem: quæ fieret ſub quibuſdam quaſi arbitris: & magiſtris conuiuiorum ſobriis non improbauit. Nam & modicis modeſtiſque interbibendum remiſſionibus refici: integrarique animos: ad inſtauranda ſobrietatis officia exiſtimauit. reddique eos ſenſim lætiores: atq; ad intentiones rurſum capiendas fieri habiliores. Et ſimul ſiqui penitus in iis affectionum cupiditatumque errores ineſſent: quos aliquis pudor reuerens concelaret: ea omnia ſine graui periculo libertate per uinum data detegi: & ad corrigendum: medendumque fieri opportuniora. atque etiam hoc Plato ibidem dicit: non defugiendas eſſe: neque reſpuendas huiuſcemodi exercitationes: aduerſum propulſandam uini uiolentiam. Neque ullum unq̄ cōtinentem prorſus ac temperantem ſatis fideliter uiſum eſſe: cuius uita uictuſque: non inter ipſa errorum pericula: & in mediis uoluptatum illecebris

expl orata ſit. Nam cui libentiæ gratiæq; omnes conuiuioꝝ̃ incognitæ ſint: qui
q; ill arum oīno expers ſit. Si eum forte ad participādas eiuſmodi uoluptates:
aut u olũtas tulerit: aut caſus iduxerit: aut neceſſitas compulerit: deliniri plerũ
q; & capi. Neq; mētē aīumq; eius conſiſtere: ſed ui q̃dam noua ictũ labaſcere
Cōgrediendum igitur cēſuit: & tanq̃ in acie quadā cum uoluptariis rebus: cũ
q; iſta uini licētia cōminus decernendum ut aduerſum eas: non fuga ſimus tuti
nec abſtinētia: ſed uigore animi: & cōſtanti præſentia: moderatoq; uſu: tempe
rantiam: continentiamq; tueamur: & calefacto ſimul: refotoq; animo: ſiquid in
eo: uel frigidæ triſtitiæ: uel torpentis uerecundiæ fuerit diluamus.

¶ Quid. M. Cice. de particula iſta ſenſerit: ſcripſeritque quæ præpoſita eſt
uerbis aufugio & aufero. Et an in uerbo autumo: eadem iſta hæc præpoſitio eſ
ſe uideri debeat. Cap. III.

LEgimus librum Cicerōis: qui iſcriptus eſt orator. In eo libro Cice-
ro quum dixiſſet uerba hæc: aufugio: & aufero: cōpoſita qdem eſ
ſe ex ꝑpoſitione ab: & ex uerbis fugio: & fero: ſed eam præpoſiti- Aufugio Aufero
onem: quo fieret uox ꝓnunciatu: audituq; lenior: uerſam mutatā-
q; eſſe in au ſyllabā: cœptũq; eſſe dici aufugio: & aufero pro abfugio: & abfe
ro. Cũ hoc inq̃ ita dixiſſet: tum poſtea ibidē ſuper eadem particula ita ſcripſit.
Hæc īquit præpoſitio: præter hæc duo uerba: nullo alio in uerbo reperiet᷑. In-
uenimus autē in cōmētario nigidiano. uerbũ autumo cōpoſitũ ex ab præpoſiti
one: & uerbo æſtimo: dictũq; itercise: autumo: quaſi ab æſtimo: quod ſignifi- Autumo ex ab: & æſtimo
caret totũ æſtimo: tanq̃ abnumero. Sed qđ ſit cũ honore multo dictũ. P. Nigi
dii hoīs eruditiſſimi audacius hoc argutiuſq; eſſe uidetur: q̃ uerius. Autumo
enim non id ſolum ſignificat ſed & dico & opinor & cenſeo: cũ quibus uerbis
præpoſitio iſta: neq; cohærentia uocis: neq; ſignificatiōe ſentētiæ cōuenit. Præ
terea uir acerrimæ in ſtudio litteraꝝ licētiæ. M. Tullius. nō ſola eſſe hæc duo
uerba dixiſſet: ſi reperiri poſſet ullũ tertium. Sed illud magis quæri iſpiciq; di
gnum eſt: uerſa ne ſit & mutata ab præpoſitio in au ſyllabam propter lenitatē
uocis: an potius au particula ſua ſit propria origine: & perīde ut pleræq; aliæ An: particula
ꝑpoſitiōes a græcis: ita hæc quoq; īde accepta ſit: ſicuti eſt ī illo uerſu homeri.
ἀνέρυσαν μὲν πρῶτα. καὶ ἔσφαξαν, καὶ ἔδειραν. καὶ ἄβρομοι ἀνίαχοι.
Prima ſupinarunt: necuere: exuta dedere:
Pellibus. abſq; ſono. & uocum turba.

¶ Hiſtoria de Ventidio Baſſo ignobili homine: quem primũ de parthis triũ-
phaſſe memoriæ traditum eſt. Cap. IIII.

IN ſermōibus nup fuit ſenioꝝ hoīum: & eruditoꝝ multos in uete-
re memoria altiſſimũ dignitatis gradũ aſcendiſſe ignobiliſſimos
prius homines: & deſpicatiſſimos. Nihil adeo tamē de quoq̃ tan-
tæ admirationi fuit: quātæ fuerũt quæ de Ventidio Baſſo ſcripta Ventidi⁹ Baſſus.
ſunt. Eum picentem fuiſſe genere: & loco humili: & matrem eius a Pompeio
Strabone Pōpeii magni patre bello ſociali: quo aſculanos ſubegit. captā cũ ip-
ſo eſſe. Mox triũphante Pōpeio Strabone: eũ quoq; puerum iter cæteros ante

currum impatoris ſinu matris uectum eſſe. Poſt cum adoleuiſſet: uictum ſibi
ægre quæſiſſe: eūq; ſordide inueniſſe: cōparādis mulis: & uehiculis magiſtra
tibus: qui ſortiti prouincias forent: præbēda publice cōduxiſſe. In iſto quæſtu
notum eſſe cœpiſſe. C. Cæſari: & cum eo ꝓfectum eſſe in gallias. Tum quia i
ea prouincia ſatis nauiter uerſatus eſſet: & deinceps ciuili bello mādata ſibi ple
raq; impigre & ſtrenue feciſſet: nō modo in amiciciā Cæſaris; ſed ex ea in am
pliſſimum quoq; ordinem perueniſſe. Mox tribunum quoq; plebis: ac deinde
prætorem creatum. Atq; in eo tēpore iudicatum eſſe a ſenatu hoſtem cum. M.
Antonio. Poſt uero coniunctis partibus: non priſtinam tantum dignitatem re
cuperaſſe: ſed pontificatum: ac deinde conſulatum quoq; adeptum eſſe. Eamq;
rem tam intoleranter tuliſſe populū Romanū qui Ventidium baſſum memine
rat curādis mulis uictitaſſe: ut uulgo per uias urbis uerſiculi præſcriberent.

Concurrite omnes augures: aruſpices.
Portentum inuſitatum conflatum eſt recens.
Nam mulos qui fricabat: conſul factus eſt.

Eundē Baſſum Suetonius Tranqllus ꝓpoſitū eē a. M. Antonio ꝓuīciis orietali
bus parthoſq; in ſyriā itrorūpētis: tribus ab eo pliis fuſos ſcribit. Eūq; primū
omniū de parthis triūphaſſe: & morte obita publico funere ſepultū eē.

¶ Verbum profligo a pleriſq; dici improprie: inſciteq;. Cap. V

Sicut alia uerba pleraq; ignoratione & inſcitia improbe dicentium
quæ nō intelligant: deflexa: & deprauata ſunt a rōne recta: & con
ſuetudine: ita huius quoq; uerbi: quod eſt ꝓfligo: ſignificatio uer — Profligo qd pprie.
ſa & corrupta eſt. Nam cum ab affligendo: & ad perniciem interi
tumq; deducēdo inclinatum id: tractumq; ſit: ſempq; eo uerbo: qui diligēter lo
cuti ſunt: ita uſi ſint: ut profligare dicerent: prodigere: & deperdere: profliga
taſq; res: quaſi proflictas & perditas appellarint. nūc audio ædificia & templa:
& alia fere multa: quæ prope abſoluta: effectaq; ſunt: in profligato eſſe dici: ip
ſaq; eſſe iam profligata. Quapropter urbaniſſime reſpondiſſe prætorem non
indoctum uirum Barbaſculo cuidam: ex aduocatoꝝ turba Sulpitius Apollina
ris in quadam epiſtola ſcriptum reliquit. Nam cum ille inquit rabula audacu
lus ita poſtulaſſet: uerbaq; ita feciſſet: omnia uir clariſſime negocia de quibus
te cogniturū eſſe hodie dixiſti: diligētia: & uelocitate tua profligata ſunt. unū
id ſolū relictū eſt. de quo rogo audias. Tum ꝑtor ſatis ridicule: an illa negocia
de quibus iā cognouiſſe me dicis: ꝓfligata ſint equidē neſcio. hoc aūt negociū
quod in te incidit/proculdubio: ſiue audiā: ſiue nō audiā profligatū eſt. Qđ ſi
Affecti — gnificare aūt uolunt: qui profligatum dicunt: ii qui latine locuti ſunt: non pro
fligatum: ſed affectum dixerunt: ſicut. M. Cicero in oratione quā habuit de ꝓ
uinciis conſularibus. eius uerba hæc ſunt. Bellum effectum uidemus: & uere
ut dicam pene confectum. Item infra. Nam ipſe Cæſar quid eſt q; in mea pro
uincia commorari uelit: niſi ut ea quæ per eum effecta ſunt: perfecta reipubli.
tradat? Idem Cicero in œconomico. Quum uero effecta iam prope æſtate:
uuas a ſole miteſcere tempus eſt.

¶ In libro

¶ In libro.M.Ciceronis de gloria ſecundo: manifeſte eſt erratum in ea parte in qua ſcri ptum eſt ſuper Hectore & Aiace. Cap. VI.

IN libro.M.Tullii:q eſt ſecũdus de gloria:manifeſtus error eſt nõ magnæ rei.Q uẽ errorem eſſe poſſit agnoſcere non aliquis eruditorũ ſed qui tantum legerit ὁμήρου τὸ.η.ideſt Homeri.η.litteram.i.librum octauũ.Q uãobrem nõ tã id mirabamur erraſſe ĩ cã rẽ.M. Tullium q̃ nõ eſſe animaduerſum hoc poſtea:correctũq; uel ab ipſo uel a Tyrone liberto eius diligẽtiſſimo homĩe.& librorum patroni ſui ſtudioſſimo. Ita enĩ ſcriptũ in eodem libro eſt. Aiax cum Hectore congrediens de pugnandi cauſa agit:ut ſepeliatᷣ:ſi ſit forte uictus. Declaratq; ſe uelle ut ſuum tumulũ: multis etiam poſt ſæculis prætereuntes ſic loquantur. Ciceronis error

Hic ſitus eſt:uitæ iampridem lumina linquens:
Q ui quondam hectoreo perculſus concidit enſe.
Fabitur hoc aliquis.mea ſemper gloria uiuet.

Huius autem ſententiæ uerſus: quos Cicero ĩ linguam latinã uertit:non Aiax apud Homerum dicit:neq; Aiax ait:ut ſepeliatᷣ. ſed Hector dicit:& Hector de ſepultura agit:priuſq̃ ſciat.an ſecum depugnandi cauſa cõgreſſus ſit Aiax.

ἀνδρὸς μὲν τόδε σῆμα πάλαι κατατεθνειῶτος,
ὅν ποτ᾽ ἀριστεύοντα κατέκτανε φαίδιμος Ἕκτωρ.
ὥς ποτέ τις ἐρέει. τὸ δ᾽ ἐμὸν κλέος οὔποτ᾽ ὀλεῖται.

Ecce uiri tumulum.qui pridem a lumine ceſſit.
Abſtulit hunc:factis præclarum ſplendidus hector.
Q uondam ita quis dicet:mea nunq̃ gloria olebit.

¶ Obſeruatũ eẽ in ſenibus:q̄ ãnũ fere ætatis tertiũ ſexageſimũ agãt:aut laboribus aut iteritu: aut clade aliqua inſignitũ. Atq; inibi ſup eadẽ obſeruatiõe exemplũ appoſitũ epiſtolæ diui Auguſti ad Caiũ filiũ. Cap. VII.

OBſeruatum in multa hominum memoria:expertumq; eſt ſenioribus pleriſq; omnibus ſexageſimũ tertium uitæ annum cũ periculo & clade aliqua uenire:aut corporis morbiq; grauioris:aut uitæ interitus:aut animi ægritudinis. Propterea qui rerum:uerborumq; iſtiuſmodi ſtudio tenentur eum ætatis annum appellant κλιμακτηρικόν.ideſt ſcalarium.Nocte quoque iſta proxima ſuperiore quum librum epiſtolarum diui Auguſti:quas ad Caium nepotem ſuum ſcripſit: legeremus: duceremurque elegantia orationis: neque moroſa: neque anxia:ſed facili hercle & ſimplici: idipſum in quadam epiſtola ſuper eodem anno ſcriptum offendimus.Eiuſque epiſtolæ exemplum hoc eſt.ix.calẽ.octobris.Aue mi Cai:meus Aſellius iocũdiſſimus:quem ſemper mediuſfidius deſidero:quũ a me abes.Sed præcipue diebus talibus qualis eſt hodidernus.oculi mei requirere meum Caium:quem ubicũque hoc die fuiſti:ſpero lætum & beneualentem celebraſſe.quartum & ſexageſimum natalem meum:nam ut uides κλιμακτῆρα.ideſt ſcalarium communem ſeniorum omnium tertium & ſexageſimum euaſimus annum. Deus autem oro: ut mihi quantũcũq; ſupereſt temporis:id ſaluis uobis traducere

Annus ſexageſimus tertiꝰ Climatericus.i.ſcalarius

Ex epiſtola auguſti

liceat:in ſtatu reipu.fœliciſſimo ἀνδραγαθούντων ὑμῶν, καὶ διαδεχομένων.i.fortiter ac uiriliter agẽtibus uobis:atq; ſuccedẽtibus ſuſcipiẽtibuſq; ſtationẽ meã.

¶ Locus ex orõne Phauorini ueteris oratoris de cœnarꝝ:atq; luxuriæ exprobratiõe:qua uſus eſt:cũ legẽ liciniã de ſũptu minuẽdo ſuaſit. Cap. VIII.

CVm legeremus orõnem ueterẽ Phauorini:nõ indiſerti uiri:quam orationẽ totã:ut meminiſſe poſſemus:odio hercle iſtiuſmodi ſũptus:atq; uictus ꝑdidicimus. Verba quæ appoſuimus Phauorini hæc ſunt. Præfecti popinæ atq; luxuriæ negãt cœnã lautã eẽ: niſi cũ libẽtiſſime edis:tũ auferat̃:& alia eſca melior:atq; amplior ſuccenturiet̃. Is nũc flos cœnæ haberet̃ inter iſtos:qbus ſumptus & faſtidiũ pro facetiis ꝓcedit. Qui negãt ullã auẽ:præter ficedulã:totã comeſſe oportere. Cæterarꝝ auiũ:atq; altiliũ:niſi tantũ apponat̃:ut a cluniculis:iferiore ꝑte ſaturi fiãt:cõuiuium putant inopia ſordere. Suꝑiorẽ partẽ auiũ:atq; altiliũ:qui edũt:eos palatũ non habere. Si ꝓportione creſcit luxuria:& debere epulas creſcere. Videte qd reliquit̃:niſi ut delibari ſibi cœnas iubeãt ne edẽdo defatigent̃:quãdo ſtratus auro/argẽto/purpura/amplior aliquot hoĩbus:q̃ diis ĩmortalibus adornant̃.

Decœnis

¶ Quod Cæcilius poeta frontem genere uirili:non poetice: ſed cum probatione.& cum analogia appellauit. Cap. IX

VEre ac diſerte Cæcilius hoc in ſubditicio ſcripſit.

Nam ii ſunt inimici peſſimi fronte hilaro:

Corde triſti:quos neq; ut apprehendas:neq; ut mittas:ſcias.

Hos ego uerſus cum de quodã iſtiuſmodi hoĩe ſermones eſſent in circulo forte iuuenum eruditorꝝ dixit. Tum de grãmaticorꝝ uulgo quiſpiam nobiſcum ibi aſſiſtens non ſane ignobilis. Quanta inquit licentia: audaciaque Cæcilius hic fuit:cum fronte hilaro:non fronte hilara dixit.& tam immanẽ ſolœciſmum nihil ueritus eſt. Immo inq̃ potius nos:& q̃ audaces:& q̃ licẽtes ſumus:qui frontem improbe:indocteq; non uirili genere dicimus: cum & ratio ꝓportionis:quæ analogia appellat̃:& ueterum auctoritas:nõ hanc: ſed hunc frontem debere dici ſuadeant. Quippe.M.Cato in quinta originũ ita ſcripſit. Poſtridie ſignis collatis/æquo fronte/peditatu/equitibus/atq; aliis cũ hoſtium legionibus pugnauit. Recto quoq; fronte idem Cato:eodem in libro dicit. At ille ſemidoctus grãmaticus. Miſſas inquit auctoritates facias:quas quidem ut habeas poſſe fieri puto. Sed rõnem dic:quã nõ habes. Atq; ego iis eius uerbis: ut tum ferebat ætas irritatior:audi inquã mi magiſter rõnem:falſam quidem: ſed quã redarguere falſam eſſe tu nõ queas. Oĩa inq̃ uocabula tribus litteris finita quibus frons finit̃:generis maſculini ſunt:ſi in genitiuo quoq; caſu eadẽ ſyllaba finiant̃:ut mons:pons:frons. At ille cõtra renitẽs. Audi inquit diſcipule plura alia cõſimilia:quæ non ſunt generis maſculini. Petebant ibi oẽs:ut uel unum ſtatim diceret. Sed cum homo uultũ intorqueret:& non hiſceret:coloreſq; mutaret. Tum ego interceſſi.& uade inq̃ nunc:& habeto ad requirendũ xxx.dies. Poſtq̃ inueneris:repetes nos. Atq; ita hoĩem nulli rei:ad indagãdum uocabulum quo reſcinderet finitionem fictam dimiſimus.

Fronte hilaro.

Frõsfrondis

¶ De uo.

Phi et Rethores quo tpe Rome eiecti ſc.

¶ De uoluntario & admirando interitu uirginum mileſiarum. Cap. X.

PLutarchus in librorum quos περὶ ψυχῆς. ideſt de anima inſcripſit primo quum de moribus diſſereret in animos hominum inciden‑tibus uirgines dixit, mileſii nominis: ferme quot tum in ea ciuitate erant: repente ſine ulla euidenti cauſa: uoluntatem cœpiſſe obeundæ mortis. Ac deinde plurimas uitam ſuſpendio amſiſſe, id quum accidiſſet in dies crebrius: neque anīs eaꝝ: mori pſeuerātiū medicina adhiberi qret: decreuiſſe mileſios: ut uirgines: quæ corporibus ſuſpēſis demortuæ forēt: ut eæ oēs nudæ cū eodē laqueo, qui eſſēt præuincte efferentur. Poſt id decretū uirgines: uoluntariā mortē non petiſſe: pudore ſolo deterritas tam inhoneſti funeris. Mileſiæ uirgines

¶ Verba ſenatuſconſulti de exigendis urbe Roma philoſophis. Item uerba edicti cenſorum: quo improbati & coerciti ſunt, qui diſciplinam rhetoricam inſtituere & exercere Romæ cœperant. Cap. XI.

C. Fannio Strabone. M. Valerio Meſſalla conſulibus: ſenatuſconſultum de philoſophis & rhetoribus latinis factum eſt. M. Pomponius prætor ſenatum cōſuluit: quod uerba facta ſunt de philoſophis & rhetoribus: de ea re ita cenſuerūt: ut. M. Pomponius prætor animaduerteret. curaretq; uti ei e repu. fideq; ſua uideretur: uti romæ ne eſſent. Aliquot deinde annis poſt id ſenatuſconſultum Cn. Domitius ænobarbus. & L. Licinius Craſſus cenſores: de coercendis rhetoribus latinis: ita edixerunt. Rhetores & philoſophi reiecti Renunciatum eſt nobis eſſe homines qui nouum genus diſciplinæ inſtituerūt Ad quos iuuentus in ludum conueniat: eos ſibi nomen impoſuiſſe latinos rhetores. Ibi homines adoleſcentulos dies totos deſidere. Maiores noſtri quæ liberos ſuos diſcere: & quos in ludos itare uellent inſtituerunt. Hæc noua quæ præter conſuetudinem: ac morem maiorum fiunt: neque placent: neque recta uidentur. Quapropter & iis qui eos ludos habent: & iis qui eo uenire conſueuerunt: uiſum eſt faciendum: ut oſtenderemus noſtram ſententiam. nobis nō placere. Neque illis ſolum temporibus nimis rudibus: necdum græca doctrina expolitis philoſophi ex urbe roma pulſi ſunt: uerum etiam Domitiano imperante: ſenatuſconſulto eiecti: atque urbe & italia interdicti ſunt. Qua tempeſtate Epictetus quoq; phūs: ꝑpter id ſenatuſcō. nicopoli roma deceſſit. Epictetus phūs roma expulſus: q̄ rhetor doceret

¶ Locus ex oratione Gracchi de parſimonia ac de pudicitia ſua memoratiſſimus. Cap. XII.

C Gracchus quū ex Sardinia rediit: orōnē ad populū in cōcione habuit: uerba ſunt hæc. Verſatus ſum inquit in ꝓuincia: quomodo ex uſu ueſtro exiſtimabā eſſe: nō quomō ambitiōi meæ cōducere arbitrabar: nulla apud me fuit popina: neq; pueri eximia facie ſtabant: ſed in cōuiuio liberi ueſtri modeſtius erant q̄ apud principē. Poſt deinde hæc dicit. Ita uerſatus ſum in prouīcia: ut nemo poſſet uere dicere aſſem: aut eo plus in mūeribus me accepiſſe: aut mea opa quēpiā ſumptum feciſſe. Biēnium fuit in prouincia ſi nulla meretrix domū meā introiuit: aut cuiuſq̄ ſeruulus ꝓp me ſolicitatus eſt oīum nationū poſtremiſſimū nequiſſimūq; æſtimatote. Gracchi pſimonia Poſtremiſſim

Quum a ſeruis eorum tam caſte habuerim: inde poteritis conſiderare. Quo modo me putetis cum liberis ueſtris uixiſſe atq; ibi ex interuallo. Itaq; inquit quirites: quum Romā profectus ſum. zonas quas plenas argenti extuli: eas ex prouincia inanes rettuli. Alii uini amphoras: quas plenas tulerunt: eas argento plenas domum reportauerunt.

Agnoſce gracchi modeſtiā & ītegritatem

¶ De uerbis inopinatis quæ utroq; uerſum dicuntur: & a grammaticis communia uocantur. Cap. XIII.

Verba coīa

Coīa uerba, multa.

VTor & uereor & hortor: & conſolor cōmunia uerba ſunt: ac dici utroq; uerſu poſſunt: uereor te: & uereor abs te. i. tu me uereris: utor te & utor abs te. i. tu me uteris. hortor te & hortor abs te. i. tu me hortaris. conſolor te & cōſolor abs te. i. tu me cōſolaris. teſtor quoq; & interpretor ſignificatione reciproca dicunt̃. Sūt autē uerba hæc oīa ex altera parte inuſitata. Et an dicta ſint in eā quoq; partē quæri ſolet. Afranius in cōſobrinis. Hem iſte parētū eſt uitabilis liberis: ubi malūt metui q̄ uereri ſe ſuis. Hic uereri ex ea parte dictū eſt: qua eſt nō uſitatior. Nouius in ligararta: uerbū quod eſt utit̃: ex contraria parte dicit. Quia ſupellex multa: quæ non utit̃: emitur tamen: ideſt quæ uſui non eſt. M. Cato in quinta origine: exercitum inquit ſuum prāſum paratum cohortatus eduxit foras: atq; īſtruxit. cōſolor quoq; in partē alteram: præterq̄ dici ſolitū eſt in epiſtola. Q. Metelli: quā quum in exilio eſſet ad Cn. & ad. L. Domitios dedit: Ac quum animū inquit ueſtꝶ erga me uideo uehemēter conſolor. & fides uirtuſq; ueſtra mihi ante oculos uerſat̃. Teſtata itidē & interpretata eadē ratiōe dixit. M. Tullius in primo libro de diuinatiōe. ut teſtor interpretorq; uerba cōmunia uideri debeant. Saluſtius quoq; eodē modo dilargitus proſcriptoꝝ bonis dicit: tanq̄ uerbum largior ſit ex uerbis cōmunibus. Veritū autē ſicut puditū & pigitum: nō pſonaliter per infinitū modū dictum eſſe: non a uetuſtioribus tantū uidemus ſed a. M. quoq; Tullio in ſecundo de finibus. Primū inquit Ariſtippi cirenaicorūq; omniū: quos nō eſt ueritū in ea uoluptate: quæ maxīa dulcedine ſenſum moueret ſummū bonū ponere. Dignor quoq; & ueneror. & cōfiteor & teſtor: habita ſunt in uerbis cōībus ſicuti in Virgilio illa dicta ſunt: Cōiugio anchiſa ueneris dignate ſupbo. & Curſuſq; dabit uenerata ſacerdos. Cōfeſſio aūt æris de quo facta confeſſio eſt: in. xii. tabulis ſcriptū eſt his uerbis. Aeris cōfeſſi: rebuſq; iudicatis. xxx. dies iuſti ſunt. Itē ex iiſdē tabulis id quoq; eſt. Quæ ſi erit teſtatior: libripenſue fuerit in teſtimoniū feriat̃ improbus inteſtabiliſq; eſto.

Veritum. Puditum. Pigitum.

¶ Quod Metellus Numidicus figurā orationis nouā: ex orationibus græcis mutuatus eſt. Cap. XIIII.

APud. Q. Metellū Numidicum in libro accuſationis in Valerium Meſſalā tertio noue dictum eſſe annotauimus. Verba ex oratiōe eius hæc ſunt. Quū ſeſe ſciret in tātum crimē ueniſſe: atq; ſocios ad ſenatū quæſtū flentes ueniſſe: ſeſe maximas pecunias exactos eē. pecunias ſe maxīas exactos id nobis uidebat̃ græca figura dictū. Græci enī dicunt εἰσεπράξατο μὲ ἀργύριον: ideſt exigit a me argentum. Id ſignificat exegit

me pecuniā

me pecuniã.ꝙ ſi id dici poteſt:etiã exactus eſſe aliquis pecuniam dici poteſt Cæcilius quoq; eadem figura in hypobolimæo æſchino uſus uidet̃.Ego illud minus nihilo exigor portoriũ:ideſt;nihilominus exigit̃ de me portorium.

¶ Paſſis uelis:& paſſis manibus dixiſſe ueteres:non a uerbo ſuo quod eſt patior.ſed ab alieno:quod eſt pando. Cap. XV.

Paſſum a pando

AB eo quod eſt pando paſſum ueteres dixerunt: nõ panſum : & cũ præpoſitione expaſſum:non expanſum. Cæcilius in ſynariſtoſis. Heri uero ꝓſpexiſſe cũ ex ſe tegulis. Hæc nũciaſſe & flãmeum expaſſum domi capillo quoq; eſſe mulier paſſo dicit̃.quaſi ꝑ porrecto & expanſo & paſſis manibus. & uelis paſſis dicimus.quod ſignificat diductis:atq; diſtẽtis:Itaq; Plautus in milite glorioſo a littera in e mutata:per compoſiti uocabuli morem diſpeſſis dicit:pro eo quod eſt diſpaſſis.

Expaſſũ

Diſpeſſis

Credo ego iſtoc exemplo tibi eſſe eundum extra
Portam diſpeſſis manibus patibulum quum habebis.

¶ De nouo genere interitus crotonienſis Milonis. Cap. XVI.

MIlo crotonienſis athleta illuſtris: quem in chronicis ſcriptum eſt olympiade prima coronatũ eẽ:exitũ habuit uitæ miſerãdũ & mirandum.Quum iam natu grandis artem athleticam deſiſſet:iterque faceret forte ſolus in locis italiæ ſilueſtribus:quercum uidit proxime uiam patulis in parte media ramis hiantem.Tunc experiri credo etiam tunc uolens an ullæ ſibi reliquæ uires adeſſent:imiſſis in cauernas arboris digitis diducere & reſcindere quercũ conatus eſt. Ac mediã quidẽ partem diſcidit:diuellitq;. Quercus autẽ in duas diducta partes:quũ ille quaſi ꝑfecto:quod erat cõnixus:manus laxaſſet:ceſſante ui:redit in naturã:manibuſq; eius retentis incluſiſq; ſtricta denuo:& cohæſa dilacerandũ hominẽ feris præbuit.

Milonis interitus

¶ Quam ob cauſam nobiles pueri athenienſiũ tibiis canere deſierint:quũ patrium iſtum morem canendi haberent. Cap. XVII.

ALcibiades athenienſis:quum apud auunculum Periclem puer artibus ac diſciplinis liberalibus erudiret̃:& arceſſi Pericles Antigenidam tibicinem iuſſiſſet ut eum canere tibiis quod honeſtiſſimum tum uidebat̃ doceret: traditas ſibi tibias quum ad os adhibuiſſet. inflaſſetq;:pudefactus oris deformidate:abiecit:ifregitq;.Ea res quum percrebuiſſet: omnium tum athenienſium conſenſu diſciplina tibiis canendi deſita eſt.ſcriptum hoc in cõmentario Pamphilæ nono & uiceſimo.

Alcibiades

Pãphila

¶ Q d' pugna belli ciuilis uictoriaq;.C.Cæſaris:quã uicit in pharſaliis cãpis:nunciata prædicta quæ eſt per cuiuſdã Cornelii ſacerdotis uaticiniũ:eodẽ ipſo die in italia Patauii. Cap. XVIII.

QVo.C.Cæſar.& Cn.Pompeius die ciuile bellum ſignis collatis in theſſalia conflixerunt:res accidit Patauii in tranſpadana italiã memoria digna.Cornelius quidã ſacerdos & loco nobilis & ſacerdotii religiõib⁹ uenerãdus:& caſtitate uitæ ſãctus repẽte mota mẽte cõſpicere ſe ꝓcul dixit pugnã acerrimã pugnari.Ac deĩde alios cedere:alios ur

Corneli⁹ ſacerdos Patauiũ ĩ tranſpadana italia

De Anaxagorae pulchra

gere:cædē:fugā:tela uolātia:inſtauratione pugnæ:ĭpreſſionē gemitus : uulnera:peride ut ſi ipſe in p̄lio uerſaret̃:corā uidere ſeſe uociferatus eſt. Ac poſtea ſubito exclamauit cæſarē uiciſſe. At Cornelii ſacerdotis ariolatio leuis tū qdem uiſa eſt: & uecors. Magnæ mox admirationi fuit:ꝙ non modo pugnæ quæ in theſſalia pugnata eſt:neq; prælii exitus:qui erat prædictus:idem fuit : ſed omnes quoq; pugnandi reciprocæ uices: & ipſa exercitum duorum conflictatio uaticinantis motu:atque uerbis repræſentata eſt.

Ariolatio

¶ Verba.M.Varronis memoria digna ex ſatyra:quæ inſcribitur περὶ ἐδεσμάτων.ideſt de eduliis. Caput XIX.

NOn pauciſſimi ſunt:in quos pōt cōuenire id qd'.M.Varro dicit in ſatyra:quæ iſcribit̃ περὶ ἐδεσμάτων.i.de eduliis.uerba hæc ſunt Si q̄tū opæ ſūpſiſti:ut tuus piſtor bonū faceret panē:eius duodecimā philoſophiæ dediſſes:ipſe bonus iāpridē eſſes factus . Nūc illū q norūt:uolūt emer̃ milibus cētū. Te q nouit nemo cētuſſis.

¶ Notata q̄dā de Euripidis poetæ gn̄e:uita:morib⁹.de q; eiuſdē fine uitæ. XX

Euripides

EVripidi poetæ matrē Theopōpus agreſtia olera uēdentē uictum q̄ſiſſe dicit. Patri aūt eius nato illo:rn̄ſum eſt a chaldæis eū puerū cū adoleuiſſet:uictorē in certamibus fore. Id ei puero fatū eē pater ĭterp̄tatus:athletā debere eē.roborato exercitatoq; filii ſui corpore olympiā certaturꝝ eū ĭter athletas pueros deduxit. Ac primo qdē in certamine p ambiguā ætatē receptus nō eſt. Poſt eleuſino & Thiſeio certamine pugnauit.&coron at⁹eſt. Mox a corpis cura ad excolēdi aī ſtudiū trāſgreſſus auditor fuit phyſici anaxagoræ: & rhetoris Prodici. In morali autē phia / Socratis. Tragœdiā ſcribere natus ānos duodeuigīti adortus eſt. Philochorus refert in īſula ſalamīe ſpeluncā eē tetrā:& horridā:quā nos uidimus:in qua Euripides tragœdias ſcriptitauit. Mulieres fere oīs in maiorē modū exoſus fuiſſe dr̃ : ſiue ꝙ natura abhorruit a mulieꝝ cœtu:ſiue ꝙ ſimul duas uxores habuerat:cū id decreto ab atheniēſib⁹facto ius eēt:quaꝝ mr̃imonii ptedebat. Eius odii ī mulieres Ariſtophanes quoq; meminit:ἐν ταῖς προτέραις θεσμοφοριαζούσαις.i.i priorib⁹theſmophoriis cū mulieres ad ſacra cōueniūt eleuſina.theſmophoria.n.feſta ſunt (Cæreris in his uerſibus.

Prodicus rhetor

Theſmophoria feſta cereris

νῦν οὖν ἁπάσαισι παραινῶ, καὶ λέγω.
τοῦτον κολάσαι τὸν ἄνδρα πολλῶν οὕνεκα.
ἄγρια γὰρ τινὰ ὦ γυναῖκες δρᾷ ἅτε ἐν ἀγρίοις.
τοῖς λαχάνοις αὐτὸς τραφείς. ideſt

Omnis igit̃ nunc admoneo.& dico Virū huncine ulciſci:uultis de cauſis.
Agreſtia eteni q̄dā matronæ agit:utq̄ In agreſtibus enutritus oleribus ſit.

Alexander autem Aetolus hos de Euripide uerſus compoſuit.

Alexāder aetolus

ὁ δὲ ἀναξαγόρου τρόφιμος ἀρχαίου.
στριφνὸς μὲν ἔμοιγε ἔοικε προσειπεῖν
καὶ μισογέλως καὶ τωθάζειν. οὐδὲ παρ' οἶνον
μεμαθηκώς, ἀλλ' ὅτι γράψαι τοῦτ' ἂν.
μέλιτος καὶ σειρήνων ἐτετεύχει. Ideſt

At anaxagoræ

At anaxagoræ alumnus ueteris ille
Durus quidem ad ſalutandum uidetur.
Et ridendi exoſſus: & iocari ne ad uinum quidem
Conſuetus. uerum quicquid ſcripſerit. id
A melle: ac ſyrenibus ꝓfluit. Is quum in macedonia apud Archelaum Regem eſſet: utereturq; eo rex familiariter rediens nocte ab eius cœna: canibus a quodam æmulo imiſſis dilaceratus eſt. & ex iis uulneribus mors ſecuta eſt. Sepulchrum autem eius: & memoriam macedōes eo dignati ſunt honore: ut in gloriæ quoq; loco prædicarēt. ὀυ ποτε σὸν μνῆμα ἐυριπίδης ὄλετο πού .i. nulla ætate tua Euripides monumenta peribunt. Quod egregius poeta morte obita ſepultus in eorum terra foret. Quamobrem quum legati ad eos ab atheniēſibus miſſi. petiſſent ut oſſa in terram illius patriam permitterent tranſferri: maximo conſenſu macedones in ea re deneganda perſtiterunt.

¶ Quod a poetis Iouis filii prudentiſſimi: humaniſſimiq; Neptūni autē inhumaniſſimi: & ferociſſimi tradūtur. Cap. XXI.

PRæſtātiſſimos uirtute: prudētia: uiribus iouis filios poetæ appellauerunt: ut Aeacum: Minoa: & ſarpedona: ferociſſimos & immanes: & alienos ab omni humanitate tanq̄ e mari genitos Neptūni filios dixerunt: Cyclopa: & Cercyona & Leſtrygonas. Filii iouis Filii neptūni

¶ Hiſtoria de Sertorio duce: deq; aſtu eius: cōmēticiiſq; ſimulamētis: q̄bus ad barbaros milites cōtinendos: cōciliandoſq; ſibi utebatur. Cap. XXII

SErtorius uir acer: egregiuſq; dux: & utēdi regēdiq; exercitus peritus fuit. Is in tꝑibus difficillimis mentiebat᷑ ad milites ſi mēdaciū ꝓdeſſet & lr̄as cōpoſitas ꝓ ueris legebat: & ſomniū ſimulabat: & falſas religiōes cōferebat ſiq̄d iſtæ res eū apud militū aīos adiutabāt. Illud adeo Sertorii nobile eſt: Cerua alba eximiæ pulchritudis: & uiuaciſſimæ celeritatis a luſitano ei quodā dono data eſt. hanc ſibi oblatā diuinitus: & inſtinctā. Dianæ numine: colloqui ſecū: monereq; & docere: quæ utilia factu eēnt: pſuadere oībus inſtituit. Ac ſi quid durius uidebat᷑ quod imperandū militibus foret: a cerua ſeſe monitū prædicabat. Id quum dixerat uniuerſi tanq̄ ſi deo: libēter parebāt. Ea cerua quodā die quum incurſio eſſet hoſtiū nunciata: feſtinatione: ac tumultu cōſternata in fugā ſe ꝓripit: atq; in palude ꝓxima delituit. & poſtea req̄ſita periſſe credita eſt. Neq; multis diebus poſt inuentā eſſe ceruā Sertorio nūciat᷑. Tū qui nūciauerat iuſſit tacere. Ac ne cui palā diceret interminatus eſt. Præcepitq; ut eā poſtero die repēte in eū locū: in quo ipſe cū amicis eſſet: imitteret. Admiſſis deinde amicis poſtridie: uiſum ſibi eſſe ait in quietē: ceruā quæ perierat ad ſe reuerti. Et ut prius cōſueuerat: qđ opus eſſet facto ꝑdicare. Tū Sertorio qđ iperauerat ſignificāte cerua emiſſa in cubiculū Sertorii itrorupit. Clamor factus & orta admiratio eſt. Eaq; hoīum barbaroꝝ credulitas Sertorio in magnis rebus magno uſui fuit. Memoriæ ꝓditū eſt ex iis nationibus: quæ cū Sertorio faciebāt quū multis prælis ſuperatus eſſet: neminē nunq̄ ab eo deſciuiſſe: q̄q̄ id genus hominū eſſet mobiliſſimum. Sertorii aſtutia.

Quo tempore hellanicus floruit

¶ De ætatib⁹ hiſtoricoꝝ nobiliũ Hellãici: Herodoti: & Thucydidis. CXXIII

Hellanic⁹ Herodot⁹ Thucydides

HEllanicus: Herodotus: Thucydides hiſtoriæ ſcriptores in iiſdẽ tẽporibus: fere laude ingẽti floruerũt. Et non nimis longe diſtãtibus fuerunt ætatibus. Nam Hellanicus initio belli pelepõneſiaci fuiſſe: quinq; & ſexaginta annos natus uidet᷑: Herodotus tres & quinquaginta. Thucydides quadraginta. Scriptum hoc in libro. xi. Pamphilæ.

¶ Quid Vulcatius Sedigitus in libro quem de poetis ſcriptis de comicis latinis iudicarit. Cap. XXIIII.

SEdigitus in libro quem ſcripſit de poetis: quid de iis ſentiat/qui comœdias fecerunt: & quem præſtare ex oĩbus cæteris putet: ac deinceps quo queq; ĩ loco & honore ponat: his uerſib⁹ ſuis demõſtrat.

Comici

De principe Comicorum poetarum

Multos incerto certare hanc rem uidimus.
Palmam poetæ comico cui deferant.
Cum me iudice errorem diſſoluam tibi.
Contra ut ſiquis ſentiat: nihil ſentiat.
Cæcilio palmam ſtatua de comico.
Plautus ſecundus facile exuperat cæteros.
Dein Nęuius qui ſeruet: precio in tertio eſt
Siquid quarto detur: dabitur Licinio.
Poſt inſequi Licinium facio Attilium
In ſexto conſequitur hos Terentius.
Turpilius ſeptimum: Trabea octauum obtinet
Nono loco eſſe facile facio Luſcium.
Decimum addo antiquitatis cauſa Enninm.

¶ De uerbis qbuſdã nouis: q̃ ĩ Cn. Matii Mimiãbis offẽderamus. Ca. XXV

Recẽtat᷑ .i. denuo naſcitur

CN. Matius uir eruditiſſimus in Mimiãbis ſuis non abſurde neq; abſone finxit recentat᷑: pro eo quod græci dicunt ἀνανεοῦται: ideſt. denuo naſcitur: atq; iterum fit recens. Verſus in quibus hoc uerbum eſt: hi ſunt.

Iamiam albicaſſit phœbus: & recentatur.
Commune lumen hominibus & uoluptas.

Idẽ Matius ĩ iiſdẽ mimi iãbis: edulcare dicit: qd᷑ ẽ dulcius reddere ĩ his uerſib⁹.

Edulcare .i. dulcius reddere

Quapropter edulcare conuenit uitam.
Curaſq; acerbas ſenſibus gubernare.

¶ Quibus uerbis Ariſtoteles philoſophus definierit ſyllogiſmũ: eiuſq; definitionis interpretamẽtum uerbis latinis factum. Cap. XXVI.

Syllogiſm⁹ qd ſit

ARiſtoteles qd ſyllogiſmus eſſet: his uerbis definiuit: λόγος ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν. ἕτερόν τι τῶν κειμένων. ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει διὰ τῶν κειμένων. i. oro: in qua poſitis qbuſdã: aliud qd a poſitis: neceſſario cõſequit᷑ ꝑ ea q̃ poſita ſunt: Eius definitiõis nõ uidebat᷑ hr̃e incõmode iterꝑtatio facta hoc modo. Syllogiſmus eſt oratio in qua cõſenſis qbuſdã & cõceſſis: aliud quicq̃ quæ cõceſſa ſunt: per ea quæ cõceſſa ſunt: neceſſario cõficit᷑.

¶ Quid

¶ Q uid ſint comitia calata: quid curiata: quid cēturiata: qd tributa: quid conſilium. Atq; inibi quædam eiuſmodi. Cap. XXVII.

Comitia calata
Comitia cēturiata
Teſtamētorum tria genera

IN libro Lælii felicis ad. Q. Mutiū primo ſcriptū eſt: Labeonem ſcribere calata comitia eſſe: quæ ꝓ collegio pōtificū habētur: aut regis ſacrorū: aut flaminū: in augurandoꝝ cauſa. Eorū autē alia eſſe curiata: alia centuriata. Curiata per lictorē curiatū calari: ideſt cōuocari: centuriata per cornicinē. Iiſdem comitiis. quæ calata appellari diximus: & ſacrorū deteſtatio: & teſtamēta fieri ſolebāt. Tria enī genera teſtamētoꝝ fuiſſe accepimus. Vnū quod calatis comitiis in cōcione populi fieret: alteꝝ i ꝓcīctu quū uiri ad prælıū faciēdū in aciē uocabant̄. Tertiū ꝑ familiæ emācipationē: cui æs & libra adhiberet̄. In eodē Lælii fœlicis libro hæc ſcripta ſunt. Is qui nō uniuerſum populū: ſed partē aliquā adeſſe iubet: nō comitia ſed cōſiliū edicere debet. Tribuni autē neq; aduocant patritios: neq; ad eos referre de re ulla poſſunt. Ita ne leges quidē ꝓprie: ſed plebiſcita appellant̄: quæ tribunis plebis ferentibus accepta ſunt. Q uibus rogatiōibus ante patricii non tenebātur: donec. Q. Hortēſius dictator eam legē tulit: ut eo iure quod plebes ſtatuiſſet. omnes quirites tenerent̄. Itē in eodē libro hoc ſcriptū eſt. Q uū ex generibus omnium ſuffragiū ferat̄: curiata comitia eſſe. Q uū ex cēſu & ætate cēturiata. Q uū ex regiōibus & locis tributa: Cēturiata aūt comitia ītra pomeriū fieri nefas eſſe: quia exercitū extra urbē īperari oporteat: ītra urbē īperari ius non ſit. Propterea cēturiata in cāpo martio haberi: exercitūq; imperari præſidii cauſa ſolitum: quoniam populus eſſet in ſuffragiis ferendis occupatus.

Plebiſcita

Cēturiata

¶ Q uod errauit Cor. Nepos quū ſcripſit Ciceronē tres & uiginti annos natū cauſam pro Sex. Roſcio dixiſſe. Cap. XXVIII.

Cor. nepotis error

COr. Nepos & rerū memoriæ nō īdiligens: &. M. Ciceronis: ut qui maxime amicus familiariſq; fuit. Atq; is tamē in prīo libroꝝ quos de uita illius cōpoſuit. erraſſe uidet̄ quū eū ſcripſit tris & uigīti annos natū: primā cauſā iudicii publici egiſſe. Sex. q; Roſciū parricidii reū defendiſſe. Dinumeratis quippe annis a. Q. Cepiōe: & a. Q. Serrano: qbus cōſulibus: ante diē. iii. nonas ianuarii. M. Cicero natus eſt: ad. M. Tulliū: & Cn. Dolobellā qbus cōſulibus cauſam priuatā ꝓ Q uintio: apud aqliū Gallū iudicē dixit ſex & uigīti anni reperiūtur. Neq; dubiū eſt: quī poſt annū: q̃ ꝓ Q uītio dixerat: Sex. Roſciū reū parricidii defenderit: annos iā ſeptē & uigiti natus. L. Sylla Felice: &. Q. Metello Pio cōſulibus. In qua re etiā Feneſtellā erraſſe Pedianus Aſconiꝰ aīaduertit: ꝙ eū ſcripſerit: ſexto & uiceſimo ætatis āno ꝓ Sexto Roſcio dixiſſe. Lōgior autē nepotis: q̃ Feneſtellæ error ē: niſi qs uult in aīum īducere: ſtudio amoris: & amicitiæ adductū: āplificādæ admirationis gratia. q̃drīēniū Nepotē ſuppreſſiſſe: ut. M. Cicero orationē florētē dixiſſe ꝓ Roſcio admodū adoleſcēs uideret̄. Illud adeo ab utriuſq; oratoris ſtudioſis aīaduerſum: & ſcriptū ē: ꝙ Demoſthenes & Cicero pari ætate illuſtriſſimas orationes in cauſis dixerint. Alter: κατὰ ἀνδροτίωνος. καὶ κατὰ τιμοκράτους: ideſt in Androtionē & i Thimocratē: ſeptē & uiginti ānos natus. alter āno minor pro

Feneſtella

P.Q uintio. ſeptimo & uiceſimo pro Sex. Roſcio. Vixerũt quoq; nõ nimis numerum annoꝝ diuerſum. Alter tris & ſexaginta annos. Demoſthenes. lx.

¶ Q uali figura orõnis & q̃ noua. L. Piſo ãnaliũ ſcriptor uſus ſit. Ca. XXIX.

QVæ iſtæ in loquendo figuræ notæ: ſatis uſitatæ ſunt. Mihi nomen eſt Iulius: & mihi nomen eſt Iulii. Tertiã figuram nouam herclæ repperi apud Piſonem in ſecundo annalium. Verba Piſonis hæc ſunt. L. Tarquinium collegam ſuum: quia Tarqnio nomen eſſet metuere. Eumq; orat: uti ſua uolũtate Roma cõcedat: Q uia Tarquinio inquit nomen eſſet. Hoc perinde eſt: tanq̃ ſi ego dicam: mihi nomen eſt Iulium.

Mihi nomẽ Iuliũ

¶ Vehiculum quod petorritum appellatur cuiatis linguæ uocabulum ſit græcæ an galllicæ Cap. XXX.

QVi ab alio genere uitæ detriti iã: & retoridi ad litteraꝝ diſciplinas ſerius adeũt: ſi forte idem garruli natura: & ſubargutuli ſunt: q̃ oppido fiũt in litteraꝝ oſtẽtatione inepti: & friuoli. Q uod genus profecto ille homo eſt: qui de petorritis nuper argutiſſimas nugas dixit. Nam quum quæreret petorritum quali forma uehiculum: cuiatiſq; liguæ uocabulum eſſet: & faciem uehiculi ementitus eſt longe alienam: falſamq;: & uocabulũ græcũ eſſe dixit. Atq; id ſignificare uolucres rotas interpretatus eſt. Commutataq; una littera petorritum eſſe dictum uolebat, quaſi petorotũ. Scriptum etiam hoc eſſe a Valerio contendit probo. Ego quum probi multos admodum cõmentarioꝝ libros acquiſierim: neq; ſcriptum in his inueni: nec uſq̃ alioquin Probũ ſcripſiſſe credo. Petorritũ enim eſt nõ ex græca dimidiatũ ſed totũ tranſalpibus factum. nam eſt uox gallica. Id ſcriptum eſt in libro. M. Varronis quartodecimo reꝝ diuinaꝝ. Q uo in loco Varro quũ de petorrito dixiſſet: eſſe id uerbũ gallicũ: lãceã quoq; dixit nõ latinũ ſed hiſpanicũ uerbũ eſſe.

Petorritũ

Petorritũ

Lancea

¶ Q uæ uerba legauerint rhodii ad hoſtium ducẽ Demetriũ: quum ab eo obſiderentur ſuper illa inclyta Hyaliſi imagine. Cap. XXXI.

RHodum inſula celebritatis antiquiſſimæ oppidũq; in ea pulcherrimum: ornatiſſimũq; obſidebat oppugnabatq; Demetrius dux ætatis ſuæ inclytus. Cui a peritia diſciplinaq; faciendi obſidii: machinarumq; ſolertia: ad capiẽda oppida repertaꝝ cognomentum πολιορκητὴς: ideſt urbiũ expugnator fuit. Tum ibi in obſidione illa ædes quaſdam publice factas: quæ extra muros urbis cum paruo præſidio erat aggredi atq; uaſtare: & abſumere igni parabat. In iis ædibus erat memoratiſſima illa imago Hyaliſi protogenis manu facta illuſtris pictoris. Cuius operis pulchritudinem præſtãtiamq; ira percitus rhodiis inuidebat. Mittunt rhodii legatos ad Demetrium cum his uerbis. Q uæ malum inquiunt ratio eſt: ut tu imaginẽ iſtam uelis incẽdio ædiũ facto: diſperdere. Nam ſi nos oĩs ſuperaueris: ac oppidũ hoc totũ cœperis: imagine quoq; illa ĩtegra: & incolumi per uictoriã potieris. Sin uero nos uĩcere obſidẽdo nequeris: petimus cõſideres ne turpe tibi ſit: qa nõ potueris bello rhodios uĩcere: bellũ cum Protogene mortuo geſſiſſe. Hoc ubi ex legatis audiuit: oppugnatione deſita: & imagini: & ciuitati pepcit.

Hyaliſus pictor

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER SEXTVSDECIMVS.

¶ Verba Muſonii græca digna atq; utilia audiri obſeruariq;. Eiuſdem utilitatis ſentẽtia a. M. Catone multis ante annis Numãtiæ ad equites dicta.

Cap. I.

ADoleſcentuli cum etiam tum in ſcholis eſſemus: ἐνθυμημάτιον. i. cõmẽtatiunculã: hoc græcum: quod appoſui: dictum eſſe a Muſonio philoſopho audiebamus & quoniã uere atq; luculente dictũ: uerbiſq; eſt breuibus: & rotũdis uinctum ꝑ q̄libẽter memineramus. ἄντι πράξης καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει ἄντι ποιήσης αἰχρὸν μετὰ ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰχρὸν μένει. i. ſi per laborem honeſti quippiã egeris: labor abit: honeſtũ manet. Si per uoluptatẽ turpe feceris quippiã: quod ſuaue eſt abit: quod turpe eſt manet. Poſtea iſtam ip̃am ſñiam in Catonis oratione: quã dixit numantiæ apud equites poſitã legimus. Q uæ & ſi laxioribus paulo: longioribuſq; uerbis cõprehenſa eſt: præq̄ illud græcum quod diximus: quoniã tamẽ prior tẽpore: antiquiorq; eſt: uenerabilior uideri debet. V erba ex oratione hæc ſunt. Cogitate cum animis ueſtris: ſi quid uos per laborem recte feceritis: labor ille a uobis cito recedet: benefactũ a uobis: dum uiuetis: non abſcedet. Sed ſi qua per uoluptatẽ nequiter feceritis: uoluptas cito abibit: nequiter factum illud apud uos ſemper manebit.

¶ Cuiuſmodi ſit lex apud dialecticos percontandi: diſſerendiq;. & quæ ſit eius legis reprehenſio.

Caput II

LEgem eſſe aiunt diſciplinæ dialecticæ: ſi de quapiã re quæratᷣ: diſputeturq;: atq; ibi quod rogere: ut reſpõdeas; tum ne amplius q̄d dicas: q̄ id ſolum quod es rogatus: aut aias: aut neges. Eãq; legem qui nõ ſeruant: & aut plus: aut aliter q̄ ſunt rogati reſpondeãt exiſtimantᷣ rudes/indoctiq; eſſe: diſputandiq; morem atq; rõnem nõ tenere. hoc quidẽ quod dicũt in pleriſq; diſputationibus ꝓculdubio fieri oportet. Indefinitus nãq;/inexplicabiliſq; ſermo fiet: niſi ĩterrogationibus: reſpõſionibuſq; ſimplicibus fuerit determinatus. Sed enim eſſe quædã uidentᷣ: in quibus ſi breuiter/& ad id quod rogatus fueris reſpõdeas/capiare. Nã ſiqs his uerbis interroget: poſtulo ut reſpõdeas. Deſieris ne facere adulteriũ an nõ? ut cũq; dialectica lege reſpõderis: ſiue aias: ſeu neges: hærebis in captione: tam ſi te dicas adulterum/q̄ ſi neges. Sed quod minus eſt in interrogatione. ideſt addẽdũ. Nã qui facere aliq̄d nõ deſinit: nõ id neceſſario etiã fecit. Falſa igitᷣ eſt ſpecies iſtius captionis/& nequaq̄ ꝓcedere ad id põt. ut colligi/cõcludiq; poſſit/eum facere adulterium/qui ſe negauerit facere deſiſſe. Q uid aũt legis iſtius ꝓpugnatores in illa captiuncula facient: in qua hærere eos neceſſum eſt? ſi nihil aliud q̄ quod interrogati erunt reſponderint. Nam ſi ita ego iſtoꝝ aliquem rogem. Q uicquid

dialecticæ captiones

nõ ꝑdidiſti:habeas ne an nõ habeas?poſtulo aut aias:aut neges ut cũq; breuiter reſpõderit:capietur.Nã ſi nõ habere ſe negauerit: quod nõ ꝑdidit:colliget oculos eũ nõ habere:quos nõ ꝑdidit.Sin uero habere ſe dixerit: colliget eum habere cornua:quæ nõ ꝑdidit Rectius igit̃:cautiuſq; ita reſpondebit:qcquid habui:id habeo ſi id nõ ꝑdidi. Sed huiuſcemodi reſpõſio nõ fit ex lege quã diximus.Plus eni q̃ quod rogatus eſt reſpõdet.Et ꝓpterea id quoq; ad eam legẽ addi ſolet:nõ eſſe captioſis interrogationibus reſpondendum.

¶ Quanam ratione effici dixerit Eraſiſtratus medicus:ſi cibus forte deerit:ut tolerari aliq̃ diſper inedia poſſit:& tolerari fames. uerbaque ipſa Eraſiſtrati ſup ea re ſcripta. Cap. III.

CVm Phauorino romæ dies plerũq; totos eramus. Tenebatq; aíos noſtros homo ille fandi dulciſſim⁹. Atq; eũ quoquo iret:quaſi ex lígua ꝓrſum eius capti proſequebamur.Ita ſermonibus uſq;quaq; amœniſſimis demulcebat.tũ ad quẽdã ægrũ quũ iſſet uiſere:noſq; cũ eo una itroiſſemus:multaq; ad medicos:q tum forte iſtic erant: ualitudinis eius gratia oratione græca dixiſſet.Ac ne hoc quidẽ inqt mirũ uideri debet:ꝙ cũ ante hac ſemꝑ edundi fuerit appetẽs: nunc poſt imperatã inediã tridui:oís eius appetitio priſtina elãguerit.Nã quod Eraſiſtratus ſcriptũ reliqt inqt ꝓpe modũ ueꝝ eſt:Eſuritionẽ faciũt inanes:patẽteſq; inteſtinoꝝ fibræ & caua itus uẽtris.& ſtomachi uacua hiãtia.quæ ibi aut cibo cõplẽtur aut inanitate diutina cõtrahunt̃:& cõniuẽt:tũc loco in quẽ cibus capit̃ uel ſtipato: uel adducto: uolũtas capiẽdi ei⁹:deſiderãdiq; reſtiguit̃.Scythas quoq; ait eũdẽ Eraſiſtratũ dicere:quũ ſit uſus ut famẽ lõgius tolerẽt:faſciis uẽtrẽ ſtrictiſſime circũligare Ea uẽtris cõpreſſione eſuritionẽ poſſe depelli creditũ eſt.Hæc tũ Phauorinus multaq; huiuſmodi alia affabiliſſime dicebat. Nos autẽ poſtea quũ libꝝ forte Eraſiſtrati legeremus διαιρέσεων.i.diuiſionũ primũ:idipſum in eo libro:qd' Phauorinũ audiebamus dicere:ſcriptũ offẽdimus. Verba Eraſiſtrati ad eã rẽ ꝑtinẽtia:hæc ſunt.ἐλογιζόμεθα οὖν παρὰ τὴν ἰσχυρὰν σύμπτωσιν τῆς κοιλίας. εἶναι τὴν σφόδρα ἀσιτίαν. καὶ γὰρ τοῖς ἐπιπλέον ἀσιτοῦσι κατὰ προαίρεσιν ἐν τοῖς πρώτοις χρόνοις ἡ πεῖνα παρακολουθεῖ. ὕστερον δὲ οὐκέτι.idest.Cogitabamus itaq; propter nimiam uẽtris cõpreſſionem ſummã eſſe inediam.Nã & ii qui ſponte abſtinent cibo primis tẽporibus fame afficiunt̃:poſt aũt minus.Deidc paulum infra.εἰθισμένοι δὲ εἰσὶ καὶ οἱ σκῦθαι. ὅταν διά τινα καιρὸν ἀναγκάζονται ἀσιτεῖν, ζώναις πλατείαις τὴν κοιλίαν διασφίγγειν ὡς τῆς πείνης αὐτοὺς ἧττον ἐνοχλούσης. χεδὸν δὲ καὶ ὅταν πλήρης ἡ κοιλία ἦ. διὰ τὸ κένωμα ἐν αὐτῇ μηδὲν εἶναι. διὰ τοῦτο οὐ πεινῶσιν ὅταν δὲ σφόδρα συμπεπτωκυῖα ἦ. κένωμα οὐκ ἔχει.idest. Scythæ etiam conſueuerunt:ſiquando cuiuſpiam rei cauſa inediã ferre coguntur:latioribus faſciis uentrem cohibere quaſi ita fames minus eos infeſtet. Ventre etiam fere pleno:quia nulla in eo ſit inanitas:fit ne eſuriãt. Cũ autem uenter compreſſus admodum eſt:caret inanitate.In eodem libro Eraſiſtratus uim quãdam famis non tolerabilem:quam græci βούλιμον καὶ βούπειναν. ideſt eſuritionem & anxiam edendi ſitim appellãt:in diebus frigidiſſimis multo facilius accidere ait:q̃ cum ſerenum atq; placidum eſt.Atq; eius rei cauſas:

Eſuritio

Scitharũ Mos.

cur is morbus in eo plerũq; tempore oriatur nõdum ſibi eſſe compertas dicit. Verba quibus id dicit: hæc ſunt ἄπορον δὲ καὶ δεόμενον ἐπισκέψεως, καὶ ἐπὶ τούτου. καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν βουλιμιώντων διατὶ ἐν τοῖς ψύχεσι μᾶλλον τὸ σύμπτωμα τοῦτο γίνεται ἢ ἐν ταῖς εὐδίαις. ideſt Dubium eſt: indigenſq; conſiderationis: tum in hoc: tum in cæteris famelicis: quare in frigoribus magis huiuſcemodi caſus accidat: q̃ ſerenis temporibus.

¶ Quo ritu: quibuſq; uerbis fecialis populi Romani bellum indicere ſolitus ſit iis: quibus populus Romanus bellum fieri iuſſerat. Et item in quæ uerba cõceptum fuerit iuſiurandum de furtis militaribus ſanciendis. & uti milites ſcripti intra prædictum diem: in loco certo frequentarent: cauſis quibuſdam exceptis: propter quas iuſiurandum remitti æquum eſſet. Cap. IIII

Cintius in libro tertio de re militari fecialem populi Romani bellũ indicentem hoſtibus: telumq; in agrum eoꝝ iacientem hiſce uerbis uti ſcripſit. Quod populus hermundulus: homineſq; populi hermũduli aduerſus populũ Romanũ bellum fecere: deliquere: quodq; populus Romanus cum populo hermũdulo: hominibuſq; hermũdulis bellum iuſſit. Ob eam rem ego populuſq; Romanus populo hermundulo hoĩbuſq; hermũdulis bellum indico: facioq;. Item in libro eiuſdem Cintii de re militari quinto ita ſcriptum eſt. Quũ delectus antiquitus fieret: & milites ſcriberentur: in iuſiurandum eos tribunus militaris adigebat in uerba hæc. In magiſtratu. C. Lælii. C. filii conſulis. L. Cornelii. P. filii conſulis in exercitu decẽq; milia paſſuum prope furtum non facies: dolo malo: ſolus: neq; cum pluribus: pluris nũmi argentei. in dies ſingulos. Extraq; haſtam: haſtile: ligna: pabulum: utrem: follem: faculam: ſiquid ubi inueneris: ſuſtuleriſue: quod tuum nõ erit: quod pluris nũmi argentei erit: uti tu ad. C. Lælium. C. filium conſulem. L. ue Cornelium. P. filium cõſulem: ſiue ad quem uter eoꝝ iuſſerit: proferas: aut ꝓfitebere in triduo ꝓximo/quicquid inueneris/ſuſtuleriſue in dolo malo. Aut domino ſuo/cuium id cẽſebit eſſe: reddes. uti quod recte factum eſſe uoles. Militibus aũt ſcriptis dies præfiniebat᷑: quo die adeſſent: & ut citati conſuli reſponderent. Deinde ita concipiebat᷑ iuſiurandum: ut adeſſent: his additis exceptionibus: niſi harũce aliqua cauſa erit: funus familiare: feriæ uindemiales. Kalendæq; quæ non eius rei cauſa in eum diem collatæ ſint/quo is eo die minus ibi eſſet. Morbus ſonticus auſpiciumue: quod ſine piaculo præterire non liceat. Sacrificiumue anniuerſarium quod recte fieri non poſſet: niſi ipſus eo die ibi ſit: ius hoſtiſue: ſtatus condictuſue dies cũ hoſte. ſi cui eoꝝ harunce: quæ cauſa erit: eum ſe poſtridie q̃ per eas cauſas licebit: eo die uenturum: aditurumque eum: qui eum pagum: uicum: oppidumue delegerit. Item in eodem libro uerba hæc ſunt. Miles cum die: qui prædictus eſt aberat: neque excuſatus erat infrequens dabatur. Item in libro ſexto hoc ſcriptum eſt. Alæ dictæ exercitus: equium ordines: q; circum legiones dextra: ſiniſtraque tanquam alæ in auium corporibus locabantur. In legione ſunt centuriæ. lx. manipuli triginta: cohortes decem.

Hermũdulus

Morbꝰ ſõticus

¶ Veſtibulũ quid ſignificet.deq; eius uocabuli rationibus. ¶ Cap. V.

PLeraq; uocabula:q̃bus uulgo utimur: neq; tamẽ liquido ſcimus quid ea ꝓprie atq; uere ſignificẽt:ſed incõpertam:& uulgariã traditionẽ rei nõ explorate ſecuti:uidemur magis dicere quod uolumus q̃ dicimus.Sicuti eſt ueſtibulũ uerbũ ĩ ſermonibus celebre: atq; obuiũ:nõ oĩbus tamẽ qui illo facile utũtur ſatis perſpectũ.Aĩaduerti enim quoſdã:haud quaq̃ idoctos uiros opinari ueſtibulũ eſſe partem domus primorẽ: quã uulgus atriũ uocat.Cæcilius Gallus in libro de ſignificatiõe uerboꝝ: quæ ad ius ciuile ꝑtinẽt:ſecũdo ueſtibulũ eſſe dicit nõ ĩ ipſis ædibus:neq; partẽ ædiũ:ſed locũ ante ianuã dom⁹ uacuũ:ꝑ quẽ a uia aditus: acceſſuſq; ad ædis eſt:cũ dextra ſiniſtraq; inter ianuã tectaq; quæ ſunt uitæ iuncta:ſpatiũ relinq̃tur.Atq; ipſa ianua ꝓcul a uia eſt area uacanti interſita. quæ porro huic uocabulo ratio ſit quæri multũ ſolet.Sed quæ ſcripta legi:ea ferme omnia incõcinna atq; abſurda uiſa ſunt.Quod Sulpitium autem Apollinarem memini dicere uirum elegãti ſciẽtia ornatũ huiuſcemodi eſt. Ve pticula ſicuti quædã alia tũ itẽſiõnẽ ſignificat tũ minutionẽ.Ni uet⁹ & uehemẽs alterũ ab ætatis magnitudine cõpoſitũ.eliſumq; eſt:Alterũ amentis ui:atq; ĩpetu dicitur.Veſcũ autẽ quod ex ue particula: & eſca copulatum eſt: utriuſq; diuerſæ ſignificationis ui capit.Aliter enim Lucretius ueſcũ ſalem dicit ex edendi intentione. Aliter Lucilius ueſcum appellat cum edendi faſtidio.Qui domos igitur amplas antiq̃tus faciebant.locum ante ianuam relinquebant:qui inter fores domus & uiam medius eſſet.In eo loco qui dominum eius domus ſalutatum uenerãt: priuſq̃ admitterentur conſiſtebant.& neq; in uia ſtabant neq; intra ædes erant.Ab illa ergo grandi loci conſtitutione:& quaſi quadam ſtabulatione ueſtibula appellata ſunt ſpatia(ſicut diximus)grandia ante fores ædium relicta:in quibus ſtarent qui ueniſſent:priuſq̃ intromitterentur. Meminiſſe autem debebimus id uocabulum non ſemper a ueteribus proprie:ſed per quaſdam tranſlationes eſſe dictum. Quæ tamẽ ita ſunt factæ: ut ab iſta de qua diximus proprietate non longe deſciuerint.Sicut illud in.vi.Virgilii.

Veſtibula ante ipſum:primiſq; in faucibus orci
Luctus:& ultrices poſuere cubilia curæ.

Nõ enĩ ueſtibulũ priorẽ partẽ domus infernæ eſſe dicit.Quod obrepere põt: tanq̃ ſi ita dicat̃.Sed loca duo demonſtrat extra orci fores ueſtibulũ & fauces. Ex quibus & ueſtibulum appellat ante ipſam domum & ante ipſa orci penetralia. Fauces autem uocat iter anguſtum per quod ad ueſtibulum adiretur.

¶ Veſtibulũ atrium

¶ Ve.

¶ Veſcum

¶ Hoſtiæ quæ dicuntur bidentes quid ſint:& quam ob cauſam ita appellatæ ſunt.ſuperq; ea re.P.Nigidii:& Iulii Higini ſententiæ. ¶ Cap. VI

REdeuntes græcia Brunduſium nauem aduertimus.Ibi quiſpiam liguæ latinæ litterator Roma a Brunduſinis acceſſitus experiundũ ſeſe uulgo dabat. Imus ad eum nos quoq; oblectamẽti gratia.Erat enim feſſus & languens animus de æſtu maris.legebat barbare:inſciteq; Virgilii ſeptimum:in quo libro hic uerſus eſt.

Centum

¶Centum lanigeras mactabat rite bidentes.
Et iubebat rogare ſe ſiqs quid omniū rerū uellet dicere. Tū ego indocti hoīs
cōfidentiā demiratus:doces ne inq̄ nos magiſter:cur bidentes dicant̄:Bidētes
īqt oues appellatæ:iccircoq; lanigeras dixit:ut oues planius demōſtraret. Poſt
hac inq̄ uidebimus:an oues ſolæ(ut tu ais)bidentes dicant̄.Et an Pomponius — Pōponi⁹
attellanaꝝ poeta: in gallis:tranſalpinis errauerit:quum hoc ſcripſit. Mars tibi
uoueo factuꝝ: ſi unq̄ redierit. bidēti uerre. Sed nūc ego a te rogaui ecq̄ ſcias
eſſe huiuſcemodi uocabuli rationē.Atq; ille nihil cōtatus:ſed nimiū quātū au-
dacter.Oues inqt bidētes dictæ:ꝙ duos tātū dētes habeāt. Vbi terraꝝ quæſo
te inq̄ duos ſolos p naturā dētes habere ouē uidiſti? Oſtētū enī eſt:& piaculis
factis ꝓcurandū. Tū ille ꝑmotus mihi & irritatus. Quære inqt ea potius quæ
a grāmatico quærēda ſunt. Nā de ouiū dētibus opiliones ꝑcōtant̄. Facetias ne
bulonis hoīs riſi & reliq. P.autē Nigidius in libro quē de extis cōpoſuit:biden — Bidentes
tes appellari ait:nō oues ſolas: ſed oīs bimas hoſtias.neq; tamē dixit aptius cur — quaſi bien
bidētes. Sed quod ultro exiſtimabamus id ſcriptū inuenimus in cōmentariis — nes
qbuſdā ad ius pōtificū ꝑtinētibus:Bidennes primo dictas littera īmiſſa:q̄ſi biē
nes. Tū lōgo uſu loquēdi corruptā eſſe uocē: & ex bidennibus bidē es factū:
quoniā id uidebatur eſſe dictu facilius. Higinus tamē Iulius q ius pōtificū nō — Higinus
uidet̄ ignoraſſe in quarto libroꝝ:quos de Virgilio fecit:bidētes appellari ſcri — qd de bi-
pſit hoſtias:quæ p ætatē duos dētes altiores haberēt. Verba illius ipſa poſui. — dentibus.
Quæ bidēs eſt inquit hoſtia:oportet habeat dentes octo:ſed ex iis duos cæte-
ris altiores per quos appareat ex minore ætate:in maiorem trāſcendiſſe. Hæc
Higini opinio:an uera ſit:non argumentis:ſed oculis iudicari poteſt.

¶Quod laberius uerba pleraq; licentius:petulantiuſq; finxit.& ꝙ multis itē
uerbis utitur:de quibus an ſint latina.quæri ſolet. ¶Cap. VII.

LAberius in mimis quos ſcriptitauit oppido q̄ uerba finxit prælicē
ter. Nā & Mendicimoniū dicit: & mœchimoniū:& adulteriorē: — Verba
adulteritatēq;pro adulterio:& depudicauit pro ſtuprauit:& ablu — no. ficta a
uium pro diluuio.& quod in mimo ponit: quē Theophinum in- — laberio
ſcripſit:manuatus eſt pro furatus. Et item in fullone furem manuarium appel — Depudi-
lat. Manuari inquit pudorem ꝑdidiſti. Multaq; alia huiuſmodi nouat.neq; non — co abluui
abſoleta quoq; & maculantia ex ſordidiore uulgi uſu ponit:quale eſt in ſtami — um
nariis. Tollet bona fide uos orcus nudas in Catonium & elutriare lintea:& la — Vocabula
bandria dicit:quæ ad lauandum ſint data.& coltior īquit in fullonicam ecquid — multa no
properas:ecquid præcurris caldonia? Item in reſtione:calabirriunculos dicit: — ua
quos uulgus calaburriones. Item in compitalibus malas malaxaui. Item in ca- — Inſtamia-
comēnone. Hic eſt inquit ille gurdus: quem ego me abhinc duos menſes ex — rii
africa uenientem excepiſſe tibi narraui. Item in mimo:qui īſcribitur:nacca.L. — Labādria
Cippum dicit:& obbam:& camelliam:& pictatium & capitium:induis īquit — Caldonia
capitium tunicæ pictatium. Præterea manua pro annua:gubernium pro gu- — Callabirri
bernatore:& planum pro ſycophanta:& nanum pro pumilione dicit.q̄q̄ pla- — unculus
num pro ſycophanta, M.quoq; Cicero in oratione ſcriptum reliquit: quam ꝑ

Gurdus
Camellia
Gobnius
Planus
Nanum

Leucuna
Cotio

cluẽtio dixit. Atq; item in mimo: qui ſaturnalia inſcriptus eſt: borulum pro far-cimine appellat. & hoiem leucunam pro leui. Item in necromantia cotionem ꝓ uulgare dicit: quem ueteres arulatorẽ dixerũt. Verba Laberii hæc ſunt. Duas uxores: hoc hercle plus negocii eſt inquit cotio ſex ædiles uiderat. Sed enim in mimo: quem ſcripſit Alexandream: eodem quidem modo: quo uulgus: ſed ꝑ-be: latineq; uſus eſt græco uocabulo. Emplaſtrum enim dixit. οὐδετέρως neutro ſcilicet non genere fœminino: ut iſti nouitii ſemidocti: uerba ex eo mimo ap-poſui. Q uid eſt iuſiurandum? Emplaſtrum æris alieni.

Empla-ſtrũ neu. genere

De dyalectica
Nota pulchra

Q uid ſignificet: & qd a noſtris appellatũ ſit αξιωμα: qđ dialectici dicunt. & quædã alia: quæ prima in diſciplina dialectica tradunť. Cap. VIII.

Profata

Lælius

CVm in diſciplinas dialecticas induci: atq; imbui uellemus: neceſſũ fuit adire: atq; cognoſcere quas uocant dialectici εἰσαγωγάς. i. intro ductiones: tanq̃ in primo περὶ ἀξιωμάτων. i. ꝓnũciatoꝝ quæ. M. Varro alias profata: alias proloquia appellat. Cõmẽtarium de ꝓloquiis Lælii docti hois: qui magiſter Varronis fuit: ſtudioſe quæſiuimus. Eũq; in pacis bibliotheca repertũ legimus. Sed in eo nihil edocẽter: neq; ad inſtituẽdũ ex planate ſcriptũ eſt. Feciſſeq; uideť eum librũ Lælius ſiue magis admonendi. q̃ alioꝝ docẽdi gratia. Rediuimus igiť neceſſario ad libros græcos: ex quibus ac-cepimus ἀξίωμα. i. pronũciatũ / definitũ eſſe his uerbis λεκτὸν αὐτοτελὲς ἀπόφαντον ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτῷ. i. diſcibile per ſe ꝑfectum enũciabile quãtum ex ſemetipſo. Hoc ego ſupſedi uertere: quia nouis & incõditis uocibus utẽdũ ſit: quas pati aures ꝑ inſolentiam uix poſſent. Sed. M. Varro in libro de lingua latina ad Ciceronem quarto & uiceſimo expeditiſſime ita finit. Proloquiũ eſt ſnĩa in qua nihil deſide rať. Erit aũt planius: quid iſtud ſit ſi exẽplum eius dixerimus. ἀξίωμα igitur: ſiue id ꝓloquium dicere placet huiuſmodi eſt. Annibal pœnus fuit. Scipio numan-tiam deleuit. Milo cædis dãnatus eſt. Neq; bonum eſt uoluptas: neq; malum. Et oĩno quicquid ita diciť: plena & ꝑfecta uerboꝝ ſnĩa: ut id neceſſe ſit: aut ue-rum: aut falſum eſſe: id a dialecticis. ἀξίωμα: id ꝓpoſitio: ideſt oratio uerum: aut falſum plene ſignificans appellatum eſt a. M. Varrone ſicuti dixi proloquium. A Marco autem Cicerone pronunciatum. Q uo ille tamen uocabulo tantiſper uti ſe atteſtatus eſt: quoad melius inquit inuenero. Sed quod Græci συνημμένον ἀξίωμα. ideſt connexum pronunciatum dicunt: id alii noſtrorum adiun-ctum: alii cõnexum dixere. Id cõnexum tale eſt. ſi Plato ambulat: Plato moueť Si dies eſt: ſol ſup terrã eſt. Item quod illi συμπεπλεγμένον. i. copulatum: nos uel cõiunctum: uel copulatum dicimus: quod eſt eiuſdẽ modi. P. Scipio Pauli fili-us: & bis cõſul fuit: & triũphauit: & cẽſura functus eſt: & collega in cẽſura. L. Mumii fuit. In omni aũt cõiuncto: ſi unum eſt mẽdacium: etiam ſi cætera uera ſunt: totum eẽ mẽdacium diciť. Nã ſi ad ea oĩa: quæ de Scipione illo uera dixi addidero. Et Annibalem in Africa ſupauit: quod eſt falſum: uniuerſa quoq; illa quæ cõiuncte dicta ſunt: ꝓpter hoc unum. quod falſum acceſſerit: quia ſimul dicenť: uera nõ erunt. Eſt item aliud: quod græci διεζευγμένον ἀξίωμα. i. nos diſiun-ctum proloquium dicimus. Id huiuſcemodi eſt. Aut malum eſt uoluptas: aut bonum.

Idem ste
ꝓpoſitio.
ꝓloquiũ
ꝓnũciatũ

bonũ. Aut neq; bonũ:neq; malũ eſt. Oĩa autẽ quæ diſiũgunt᷑:pugnãtia eſſe inter ſeſe oportet. Eorũq; oppoſita ἀντικείμενον græci dicũt. Ea quoq; ipſa iter ſeſe aduerſa eẽ. Ex oĩbꝰ quæ diſiũgunt᷑:unũ eẽ ueꝝ debet:cætera falſa. Q d̓ ſi aut nihil oĩum ueꝝ aut oĩa:pluraue:q̃ unũ uera erũt. Aut quæ diſiũcta ſunt: non pugnabũt:aut quæ oppoſita eoꝝ ſunt:cõtraria:ĩter ſe nõ erũt. Tunc id diſiunctũ mẽdaciũ eſt. & appellat᷑ παραδιεζευγμένον.i. uitioſe diſiunctũ. ſicuti hoc eſt ĩ quo quæ oppoſita nõ ſunt cõtraria. Aut curris aut ambulas aut ſtas. Nã ipſa quidẽ inter ſe aduerſa ſunt. Sed oppoſita eoꝝ nõ repugnãt. Nõ ambulare enĩ & non ſtare/& nõ currere cõtraria iter ſeſe nõ ſunt. qm̃ cõtraria ea dicunt᷑:quæ ſimul uera eẽ nõ queunt. Poſſis.n. ſimul eodẽq; tp̄e:neq; ambulare:neq; ſtare: neque currere. Sed hoc iã breue:ex dialectica libamẽtũ dediſſe nũc ſatis erit. Atq; id ſolũ addẽdum:admonẽdũq; eſt ꝙ huius diſciplinæ ſtudiũ:atq; cognitio in pricipiis q̄dẽ tetra & aſp̄nabilis:inſuauiſq; eſſe & inciuilis uideri ſolet. Sed ubi aliquãtum ꝓceſſeris tum deniq; & emolumẽtũ eius in aĩo tuo dilucebit:& ſequetur quædã diſcẽdi uoluptas inſatiabilis. Cui ſane ſi modũ nõ feceris: periculũ nõ mediocre erit:ne ut pleriq; alii:tu quoq; in illis dialecticæ gyris atq; mæandris:tanq̃ apud ſirenios ſcopulos cõſeneſcas.

Laus dialecticæ Nõ parua

❡ Quid ſignificet uerbũ in libris ueterũ creberrĩe poſitũ ſuſq; deq;. Ca. IX

SVſq; deq; fero:aut uſq; deq; habeo (his.n. oĩbus modis dr̃) uerbũ eſt ex hoĩum doctorũ ſermonibus:in poematis quoq; & in epiſtolis ueterũ ſcriptũ plurifariã. Sed facilius repies. qui id uerbũ oſtentent:q̃ qui ĩtelligãt. Itaq; pleriq; noſtrũ quæ remotiora uerba inuenimus:dicere ea ꝓperamus non diſcere. Significat aũt ſuſq; deq; ferre: æquo aĩo eẽ:& qd̓ accidit. nõ magnipẽdere. Atq; interdũ negligere & cõtẽnere:& ꝓpemodũ id ualet qd̓ dr̃. ἀδιαφορεῖν.i. indifferẽs eẽ. Laberius in cõpitalibus. Nũc tu lentus es:nunc tu ſuſq; deq; fers. Materfamilias tua in lecto aduerſo: ſedet ſeruos ſextãtis uerbis nefariis utit᷑. M. Varro in ſiſenna:uel de hiſtoria. Quod ſi non horum omniũ ſimilia eſſent principia:ſuſq; deq; eſſet.

Lucilius in tertio. Verum hic ludus ibi ſuſq; oĩa:deq; fuere.
Suſq; & deq; fuere inquam omnia ludus:iocuſq;.
Illud opus durum:ut ſetinum acceſſimus finem.
ἐπὶ τὸ λοιπόν. ideſt in reliquo.
Vt aiunt:montes ætnæ omnes aſpri athones.

❡ Quid ſint proletarii:quid capitecenſi:quid item ſit in. xii. tabulis aſſiduus. & quæ eius uocabuli ratio ſit. Cap. X

OCium erat quodam die romæ in foro a negociis:& læta quædã celebritas feriarũ. legebaturq; in cõſeſſu forte cõplurium Ennii liber ex annalibus. iii. In eodem libro uerſus hi fuere.

Proletarius publicitus excubiis:ferr oq;
Ornatur. ferro muros:urbemq;:forumq;
Excubiis curãt: Tũ ibi quæri cæptũ eſt quid eſſet ꝓletarius. Atq; ego aſpiciẽs quẽpiã in eo circulo ius ciuile callentẽ familiarẽ meum rogabã; ut id uerbum

enarraret.& quum ille ſe iuris:nõ rei grammaticæ peritum eſſe reſpõdiſſet:eo
maxime inquam te dicere hoc oportet : quãdo ut prædicas iuriſperitus es. Nã
q; Ennius uerbum hoc ex duodecim tabulis ueſtris accepit: in quibus ſi recte
Ex.xii.tab Annalem — cõmemini:ita ſcriptum eſt. Aſſiduo uindex aſſiduus eſto. Proletario ciui qui-
uis uolet uindex eſto. Petimus igitur ne annalem hunc. Q .Ennii:ſed duode-
cim tabulas legi arbitrere. Et qd ſit in ea lege ꝓletarius ciuis iterpretere. Ego ue
ro inqt dicere atq; iterpretari hoc deberẽ:ſi ius faunoꝝ & aboriginum didiciſ-
ſem. Sed eni quum ꝓletarii & aſſidui: & ſanates & uades & ſubuades & uigi-
tiquinq; aſſes: & taliones:furtorumq; quæſtiones cum lance: & litio euanue-
rint:omniſq; illa duodecim tabularũ antiquitas:niſi in legis actionibus centũ
uiralium cauſarum lege Ebutia lata conſopita ſit : ſtudium ſcientiamq; ego
Lex ebutia — præſtare debeo iuris: & legum:uocumq; earũ quibus utimur. Tum forte qua
dam Iulium Paulum poetã memoriæ noſtræ doctiſſimũ prætereuntẽ conſpe-
ximus. Is a nobis ſalutatus:rogatuſq;:uti de ſnĩa deq; rõne iſtius uocabuli nos
Proletarij Capitecensi — doceret. Q ui i plæbe inqt romana tẽuiſſimi:pauprimiq; erãt:neq; ãplius quã
mille qngẽtũ æris incẽſum deferebãt: ꝓletarii appellati ſunt. Q ui uero nullo
proletarius Capitecẽſus — aut ꝑquã paruo ære cẽſebant capitecẽſi uocabãtur. Extremus aũt cẽſus capite
cẽſoꝝ æris fuit.ccclxxv. Sed qm̃ res pecuniãq; familiaris obſidis uice:pignoriſ
q; eẽ apud rempublicam uidebat:amoriſq; in patriam fides quædam in ea: fir
mamẽtũq; erat:neq; ꝓletarii:neq; capitecẽſi milites : niſi in tumultu maximo
ſcribebant:quia familia quæuis aut tenuis:aut nulla iis erat. Proletariorum tñ
ordo honeſtior aliquanto & re & nomine:quam capitecenſorum fuit. Nam &
aſperis reip.temporibus:quum iuuentutis inopia eſſet in militiã tumultuariã
legebant. Armaq; iis ſumptu publico præbebãtur. Et non capitis cẽſione:ſed
proſperiore uocabulo:a munere: officioq; prolis edendæ appellati ſunt:ꝙ cũ
re familiari parua minus poſſent rẽp.iuuare:ſobolis tñ gignendæ copia ciuita
tem frequentarent.capitecenſos autem primus.C.Marius:ut quidam ferunt:
bello cimbrico difficillimis reipu.temporibus uel potius:ut Saluſtius ait:bel-
lo iugurthino:milites ſcripſiſſe traditur:quum id factum ante:in nulla memo
ria extaret. Aſſiduus in duodecim tabulis: & pro locuplete: & facile munus fa-
Aſſiduus ab aſſibus — ciente : dictus ab aſſibus.i. ære dando : quum id tempora reipu. poſtularent.
Aut a muneris pro familiari copia faciendi aſſiduitate. Verba autem Saluſtii
in hiſtoria iugurthina de.C.Mario cõſule: & de capitecenſis hæc ſunt. Ipſe in-
terea milites ſcribere:nõ more maiorum: nec ex claſſibus:ſed ut libido cuiuſq;
erat capitecenſos pleroſque. Id factum alii inopia bonorum alii ꝑ ambitionẽ
conſulis memorabant.ꝙ ab eo genere celebratus:auctuſque erat : & homini
potentiam quærenti: egentiſſimus quiſque oportuniſſimus.

De psyllorum interitu — ¶ Hiſtoria ex Herodoti libris ſumpta de pſyllorum interitu:qui in ſyrtibus
africanis colebant. ¶ Caput. XI.

GEns in Italia marſorum orta fertur eſſe a circes filio Marſo. Pro-
pterea Marſis hominib':quorũ dũtaxat familiæ cũ externis cogna-
tiõibus nõdũ etiã ꝑmixtæ corrupteq; ſunt ui quadã genitali datũ:

ut ſerpentiũ

ut ſerpentiū uirulentoꝝ domitores ſint & incantationibus herbarūq; ſuccis faciant medelarum miracula. Hæc eadem ui præditos eſſe quoſdam uidemus qui pſylli uocantur. Super nomine quorum & genere: quum in ueteribus litteris quæſiſſem in quarto deniq; Herodoti libro: fabulam hanc de pſyllis inuenimus. Pſyllos quondam fuiſſe in terra africa: conterminos naſamonibus. Auſtrumq; in finibus eorum quodam in tempore per quā ualidum: ac diutinum flauiſſe. Eo flatu aquam omnem in locis in quibus colebant exaruiſſe. Pſyllos re aquaria defectos eam iniuriam grauiter auſtro ſuccenſuiſſe. Decretumq; feciſſe uti armis ſumptis ad auſtrum: perinde quaſi ad hoſtem iure belli res repetitum proficiſcerentur. Atq; ita profectis uentum auſtrum magno ſpiritus agmie ueniſſe obuiam. Eoq; uniuerſos cum omnibus copiis: armiſq; cumulis montibuſq; arenaꝝ ſuperiectis opperuiſſe. Eo facto pſyllos ad unū omnis interiſſe. Itaq; eorum fines a naſamonibus occupatos.

Marſi

Pſylli

¶ De iis uocabulis, quæ Cloatius Verus aut ſatis commode: aut nimis abſurde: & illepide: ad origines linguæ græcæ redegit. ¶ Cap. XII

CLoatius Verus in libris: quos inſcripſit uerboꝝ a græcis tractoꝝ: non pauca hercle dicit curioſe: & ſagaciter conquiſita: neq; non tamen quædā futilia & friuola. Errare īquit dictum eſt ἀπὸ τοῦ ἔρρειν. idest a pereundo. Verſumq; infert Homeri: in quo id uerbum eſt ἔρρε κακὴ γλήνη: Ideſt pereas mala pupilla oculi & illud. Errare

ἔρρε ἐκ νήσου θᾶσσον ἐλέγχιστε ζωόντων. ideſt

Ocius o pereas uiuorum ex inſula abuſus.

Item alucinari factū ſcripſit ex eo quod dicitur græce ἀλύειν. i. languere: unde locū quoq; eſſe dictū putat g littera in c cōuerſa tarditatē quandā animi & ſtuporē: qui allucinātibus plerūq; uſu uenit: Item faſcinum appellat quaſi βάσκανον. ideſt inuidū: & faſcinare eē quaſi βασκαίνειν. ideſt inuidere. Cōmode hæc ſane omnia: & cōducēter. Sed ī libro quarto ¶ Fœnerator inquit appellatus eſt quaſi φαινεράτωρ ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἐπὶ τὸ χρηστότερον. ideſt facile apparens ab apparēdo: ad id quod melius ac benignius eſt: quoniam id genus hominum ſpeciem oſtēdent humanitatis: & cōmodi eſſe uideant̄ inopipus nūmos deſiderātibus Idq; dixiſſe ait Hypſicratē quempiam grāmaticū: cuius libri ſane nobiles ſunt ſuper iis quæ a græcis accepta ſūt: ſiue hoc aūt ipſe Cloatius: ſiue neſcio qui alius nebulo effutiuit: nihil poteſt dici inſulſius. Fœnerator. n. ſicut. M. Varro in libro tertio de ſermōe latino ſcripſit a fœnore eſt nominatus. ¶ Fœnus autem dictum a fœtu: & quaſi a fœtura quadā pecuniæ pariētis atq; increſcētis: & iccirco: &. M. Catonem: & cæteros ætatis eius fœneratorem ſine a littera pronūciaſſe tradit: ſicuti fœtus ipſe: & fœcunditas appellata.

Hallucinari
Lucus faſcinare
Fenerator
Fœnus

¶ Quid ſit municipiū: & qd a colonia differat: & qd ſint municipes: quæq; ſit eius uocabuli ratio: ac proprietas atq; inibi ꝙ diuus Hadrianus in ſenatu de iure atq; uocabulo municipū uerba fecit. ¶ Ca. XIII

MVnicipes & mūicipia uerba ſunt dictu facilia & uſu obuia. & neutiq̄ repias qui hæc dicat: qn ſcire ſe plane putet q̄d dicat. Sed pſe-

ctoaliud eſt:aliud dicitur. Quotus enim fere noſtrum eſt qui quum ex co-
lonia populi Roma. ſit: non & ſe municipem eſſe: & populares ſuos munici-
pes eſſe dicat: quod eſt a ratione: & a ueritate longe auerſum. Sic adeo & mu-
nicipia quid: & quo iure ſint: q̄tumq; a colonia differant ignoramus. Exiſtima-
muſq; meliore conditione eſſe colonias: q̄ municipia de cuius opinionis tam
promixtæ erroribus diuus Hadrianus in oratione quam de italicenſibus: un-
de ipſe ortus fuit in ſenatu habuit peritiſſimi diſſeruit: mirariq; ſe oſtendit q̄
& ipſi italicenſes & quædam item alia municipia antiqua in quibus uticenſes
nominat: cum ſuis moribus legibuſq; uti poſſent in ius coloniarum mutari ge
ſtiuerint. p̄neſtinos autem refert maximo opere a Tiberio imperatore petiſſe:
oraſſeq; uti ex colonia in municipii ſtatum redigerentur. Idq; illis Tiberium
Mūicipes pro referenda gratia tribuiſſe: q̄ in eorum finibus ſub ipſo oppido. ex capitali
morbo reualuiſſet. Municipes ergo ſunt ciues Romani ex municipiis ſuo iure
& legibus ſuis utentes muneris tantum cum populo Roma. honorarii parti-
cipes: a quo munere capeſſendo appellati uidentur: nullis aliis neceſſitatibus:
neq; ulla popu. Roma. lege aſtricti: nunq̄ populus eorum fundus factus eſſet:
Primos autem municipes ſine ſuffragii iure: cerites eſſe factos accepimus. Cō
ceſſumq; illis: ut ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent. Sed negociis
tamen atq; oneribus uacarent: pro ſacris bello gallico receptis: cuſtoditiſq;.
Colonia Hinc tabulæ cerites appellatæ uerſa uice: in quas cenſores referri iubebant
quos notæ cauſa ſuffragiis priuabant. Sed coloniarum alia neceſſitudo eſt.
Non enim ueniunt extrinſecus in ciuitatem. Nec ſuis radicibus nituntur: ſed
ex ciuitatę quaſi propagatæ ſunt. Et iura inſtitutaq; omnia populi Roma. non
ſui arbitri habent. Quæ tamen conditio: quum ſit magis obnoxia & minus li
bera: potior tamen & præſtabilior exiſtimatur propter amplitudinem maieſta
temque popu. Rom. cuius iſtæ coloniæ: quaſi effigies parua ſimulacraq; eſſe
quædam uidentur & ſimul quia obſcura oblitterataq; ſunt: municipiorum iu-
ra quibus uti iam per in noticiam non queunt.

¶ Quod. M. Cato differre dixit properare: & feſtiare. Et q̄ cōmode Verrius
Flaccus uerbū: qd' eſt feſtinat interp̄tatus ſit. Cap. XIIII.

Eſtinare & properare idem ſignificare: atq; in eādem rem dici ui-
dentur. Sed. M. Cato id differre exiſtimat: Eaque hoc modo diui-
ſa uerba ſunt ipſius ex oratione: quam de ſuis uirtutibus habuit:
aliud eſt properare: aliud feſtinare. Qui unum quid mature tran-
Propero feſtino ſigit: is properat: qui multa ſimul incipit neque perficit: is feſtina. Verrius
Flaccus rationem uolens dicere differentiæ huius faſtinat inquit a fando dici-
tur. quoniā iſti ignauiores: qui nihil perficere poſſunt plus uerborum q̄ ope-
ris habēt. Sed id nimis coactum atq; abſurdum uidetur. Neque tanti momen
ti eſſe poteſt prima in utroq; uerbo littera: ut propter eam unam tam diuerſa
uerba feſtinare & fari: eadem uideri debeant. Commodius autem propiuſq;
uiſum eſt feſtinare: quaſi feſſum eſſe. Nam qui multis ſimul rebus properan
dis defeſſus eſt: is iam non properat: ſed feſtinat.

¶ Quid

¶ Quid Theophraſtus mirũ de perdicibus ſcriptũ reliquerit: & quid Theopompus de leporibus. ¶ Cap. XV.

THeophraſtus philoſophoꝝ pitiſſimus oẽs in paphlagonia pdices bina corda haber̃ dicit. Theopõpus ĩ biſalcia lepores bina iecora. *perdices lepores*

¶ Agrippas a partus ægri & ĩproſperi uitio appellatos. Deq; is. d eabus: quæ uocantur Proſa: & poſtuerta. ¶ Cap. XVI.

QVorũ in naſcẽdo nõ caput: ſed pedes primi extiterãt q partus diſficillimus ægerrimuſq; habetur: agrippæ appellati uocabulo ab ægritudine & pedibus. Cõfixos eſſe aũt pueros in utero Varro dicit a capite ĩſimo nixos ſurſum pedibus elatis non ut hois natura eſt: ſed ut arboris. Nã pedes cruraq; arboris appellat ramos. Caput ſtirpẽ atq; caudicem. Quando igitur inquit cõtra naturam forte conuerſi in pedes: bracchiis plerũq; diductus retineri ſolẽt: ægriuſq; tũc mulieres enitũt. Huius pi culi deprecãdi gratia aræ ſtatutæ ſunt romæ duabus carmẽtibus: quaꝝ altera. Poſtuerta nominata eſt. Proſa altera: a recti puerſiq; partus: & poteſtate & noĩe. *Agrippæ* *Caudes Cap. ar. bor. Poſtuerta Proſa Deæ*

¶ Quæ ratio uocabuli ſit agri uaticani. ¶ Cap. XVII.

ET agrum uaticanum: & eiuſdem agri deum præſidem appellatũ acceperamus: a uaticiniis: quæ ui atq; inſtinctu eius dei in eo agro fieri ſolita eſſent. Sed præter hanc cauſam. M. Varro in libris diuinarum: aliam eſſe tradit iſtius nominis rationem. nam ſicut Aius inquit deus appellatus: araq; ei ſtatuta eſt: quæ eſt ĩſima noua uia ꝙ eo in loco diuinitus uox edita erat: ita uaticanus deus nominatus penes quem eſſent uocis humanæ initia: quoniam pueri ſimulatque parti ſunt eam primam uocem edunt: quæ prima in uaticano ſyllaba eſt. Iccircoq; uagire dicit̃: exprimente uerbo ſonum uocis recentis. *uaticanus ager* *uagit*

¶ Lepida quædã memoratu: & cognitu de parte geometriæ: quæ ὀπτικὴ. ideſt perſpectiua appellatur. Et item alia quæ μετρικὴ. ideſt dimenſiua. Et tertia itidẽ quæ dicitur κανονικὴ ideſt regularis. ¶ Cap. XVIII.

PArs quædã geometriæ ὀπτικὴ. i. perſpectiua appellat̃: quæ ad oculos pertinet. Pars altera quæ ad auris κανονικὴ. ideſt regularis uocat̃: q̃ muſici ut fundamento artis ſuæ utuntur. Vtraq; harum ſpatiis & interuallis linearum: & ratione numerorum conſtat ὀπτικὴ. ideſt perſpectiua facit multa demiranda: id genus: ut in ſpeculo uno imagines unius rei plures appareant. Item ut ſpeculũ in loco certo poſitũ: nihili imaginet: aliorſũ tranſlatũ faciat imagines. Itẽ ſi rectius ſpeculũ ſpectes: imago fiat tua eiuſmodi: ut caput deorſum uideatur. pedes ſurſum. Reddit etiã cauſas ea diſciplina: cur iſtæ quoq; uiſiones fallãt: ut q̃ in aqua cõſpiciũtur: maiora ad oculos fiãt. Quæ procul ab oculis ſunt minora. κανονικῆς. ideſt regularis aũt longitudines: & altitudnes uocis emetitur. Longior mẽſura uocis ῥυθμὸς. ideſt modulus numerus ordo pedum dicit̃. altior μέλος. ideſt modulatio cantus. Eſt & alia ſpecies κανονικῆς. ideſt regularis: quæ appellatur μετρικὴ. ideſt mẽſuraria per quã ſyllabaꝝ lõgarũ: & breuiũ: & mediocrium iũctura & modus cõgrues cũ

principiis geometriæ aurium mẽſura examinatur. Sed hæc inquit. M. Varro: aut omnino nõ diſcimus: aut prius deſiſtemus q̃ intelligamus cur diſcẽda ſint. Voluptas autẽ inquit: uel utilitas taliũ diſciplinarum in poſt principiis exiſtit: quũ pfectæ abſolutæq; ſunt. in principiis uero ipſis ineptæ & inſuaues uidẽt.

¶ Sumpta ex hiſtoria Herodoti libro prio ſuper fidicine arione. Cap. XIX.

Arionis hiſtoria

CEleri admodum: & cohibili oratione: uocũq; filo tereti: & candido fabulam ſcripſit Herodotus ſuper fidicine illo Arione. Vetus inquit & nobilis Ario cantator fidibus fuit. Is loco: & oppido methymnæus terra atq; inſula omni leſbius fuit: Eum Ariõem rex corinthi periander amicum amatumq; habuit artis gratia. Is inde a rege proficiſcitur terras inclytas Siciliam: atque Italiam uiſere. Vbi eo uenit: aures oĩum mẽteſq; in utriuſque terræ urbibus demulſit. In quæſtibus iſtic: & uoluptatibus amoribus hominum fuit. Is tum poſtea grandi pecunia & re bona multa copioſus corinhtum inſtituit redire. Nauem igitur & nautas ut natiores amitioreſque ſibi corinthios delegit. Sed eo corinthios homine accepto nauique in altum prouecta: prædæ pecuniæq; cupidos cœpiſſe conſilium de necando Arione. Tum illum ibi pernicie intellecta: pecuniam cæteraq; ſua ut haberent: dediſſe uitam modo ſibi ut parcerent: orauiſſe. Nautas precum eius harum commiſeritum eſſe illatenus: ut ei necem afferre per uim ſuis manibus temperarent. Sed imperauiſſe: ut iam ſtatim coram deſiliret præceps in mare. Homo inquit ibi territus ſpe omni uitæ perdita: id unum poſtea orauit ut priuſquam mortem oppeteret induere permitterent ſua ſibi indumenta; Et fides capere: & canere carmen caſus illius ſibi conſolabile. Feros & immanes nauitas prolubium tum audiendi ſubit. Quod orauerat impetrat. Atq; ibi mox de more cinctus: amictus ornatus ſtanſq; in ſumme puppis foro carmen: quod orthrium dicitur: uoce ſublatiſſima cantauit. Ad poſtrema cantus cum fidibus ornatuq; omni ſicut ſtabat canebatq; eiecit ſeſe procul in profundum. Nautæ haud quaq̃ dubitantes quin periſſet: curſum quem facere cœperant: tenuerunt. Sed nouum & mirum & pium facinus contigit: Delphinum repente inter undas adnauiſſe: & dorſo ſuper fluctus edito uectauiſſe. Incolumique eum corpore. & ornatu: tænarum in terram laconicam deuexiſſe. Tum Arionem prorſus ex eo loco corinthum petiuiſſe. Talemq; Periandro regi: qualis delphino uectus fuerat: ſeſe obtuliſſe. Eique rem ſicuti acciderat: narrauiſſe. Regem iſtæc parum credidiſſe arionem quaſi falleret cuſtodiri iuſſiſſe. Nautas requiſitos: ablegato arione: diſſimulanter interrogaſſe; ecquid audiſſent in iis locis: unde ueniſſent ſuper arionem? Eos dixiſſe: hominem quum inde irent in terra Italia fuiſſe: cumque illic bene agitare: & ſtudiis delectationibuſq; urbium florere: atq; in gratia pecuniaq; magna fortunatum eſſe. Tum inter hæc eorum uerba arionem cum fidibus & indumẽtis: cum quibus ſe in ſalum eiaculauerat extitiſſe. Nautas ſtupefactos: cõuictoſq; ire inficias non quiſſe. Eam fabulam dicere leſbios & corinthios atq; eſſe fabulæ argumentum: ꝙ ſimulacra duo ænea ad tænarum uiſerent. Delphinus uehens: & homo inſidens.

Orthriũ carmen

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER SEPTIMVSDECIMVS.

¶ Quod gallus Aſinius: & Lartius Licinius ſentēnam. M. Ciceronis reprehē derunt ex oratione quam dixit pro. M. Cælio: & quid aduerſus homines ſtolidiſſimos pro eadem ſentētia uere dign eq; dici poſſit. Cap. I.

VT quidā fuerunt: mōſtra hoīum: qui de diis īmortalibus impias: falſaſq; opiniones prodiderunt: ita nonnulli tam prodigioſi: tamq; uecordes extiterūt (in quibus ſunt Gallus Aſinius: & Lartius Licinius: cuius liber etiam fertur infando titulo Ciceromaſtix) ut ſcribere auſi ſint. M. Ciceronem parum integre: atq; improprie: atq; incōſiderate locutum. Atq; alia quidem quæ reprehenderunt: neq; dictu: neq; auditu: digna ſunt. Sed etenim in hoc/quo ſibimetipſis præter cætera: eſſe uiſi ſunt uerbo℞ penſitatores ſubtiliſſimi cedo: quale id ſit: conſideremus. M. Cicero pro. M. Cælio ita ſcripſit. Nā quod obiectum eſt de pudicicia: quodq; oīum accuſato℞: non criminibus: ſed uocibus: maledictiſq; celebratū eſt: id nunq̄ tam acerbe feret. M. Cælius: ut eum pœniteat nō deformē eſſe natum. Non exiſtimant uerbo proprio eſſe uſum: quod ait pœniteat. Atq; id prope ineptum etiam eſſe dicunt. Nam pœnitere inquiunt tum dicere ſolemus: cum quæ ipſi fecimus: aut quæ: de noſtra uoluptate: noſtroque conſilio facta ſunt: ea nobis poſt incipiunt diſplicere. Sententiamque in iis noſtram demutamus. Neminem autem recte ita loqui pœnitere ſeſe: q̃ natus ſit: aut pœnitere: q̃ mortalis ſit aut q̃ ex offenſo: uulneratoq; corpore dolorem ſentiat. quando iſtiuſmodi rerum: nec conſilium ſit noſtrum: nec arbitrium. Sed ea ingratis in corporibus noſtris ui: ac neceſſitate naturæ nobis accidant. Sicut hercle inquiunt: non uoluntarium fuit. M. Cællio quali forma naſceretur. Cuius enim dixit nō pœniteṝ: tanq̄ in ea cā res eſſet ut rationē capet pœnitēdi. Eſt hæc qdē: q̃ dicūt uerbi huiuſce ſentētia: & pœnitet niſi ī uolūtariis rebus nō probe dī. Tametſi antiqores uerbo ipō: alio quoq; modo uſitati ſunt. Et pœnitet ab eo: qđ eſt pene: & a penuria dixerūt. Sed id alioſū pœnitet: atq; alio in loco dicet. Nūc āt ſub hac eadē ſignificatiōe: q̃ uulgo nota eſt: nō modo ineptū hoc non eſt: qđ. M. Cicero dixit: ſed feſtiuiſſimū adeo & facetiſſimū eſt. Nā quū aduerſarii & obtrectatores. M. Cælii q̄m erat pulchro corpore: formam eius & faciē in ſuſpitiones impudiciciæ accerſerent illudens Cicero tā obſurdam criminationem: q̃ formam quam natura fecerat: uitio darent: eodē ipſo errore: quē illudebat. ſciens uſus eſt: & non pœnitet inquit. M. Cælium non deformem eſſe natum. Vt uel hac ipſa re: quod ita dicebat. obprobraret aduerſariis ac per facetias oſtentaret: facere eos deridiculum. q̃ perinde Cælio formam crimini darent quaſi arbitrium eius fuiſſet: quali forma naſceretur.

Ciceromaſtix

Pœniteat

¶ Verba quædã ex .Q .Claudii ãnaliũ prio: curſim in legẽdo notata. Cap. II.

QVum librum ueteris ſcriptoris legebamus: cõabamur poſtea me
moriæ uegetandæ gratia indipiſci animo: ac recenſere: quæ in eo li
bro ſcripta eſſent: in utraſq; æſtimationes laudis aut culpæ annota
mentis digna. Eratq; hoc ſane q̃ utile exercitũ ad cõciliandas nobis
ubi ueniſſet uſus: uerbo℞ ſententiarũ q; elegantium recordatione. Velut hæc
uerba ex. Q .Claudii primo annali: quæ meminiſſe potui notaui: quem librum
Illatebrãt — legimus biduo proximo ſuperiore. Arma inquit pleriq; abiiciunt. atq; inermi il
latebrant ſeſe. Ibi illatebrant uerbum poeticũ uiſum eſt. ſed non abſurdũ neq;
aſperum. Ea inquit dum fiũt latini ſubnixo animo: quaſi ſublimi: & ſupra nixo
uerbũ pene ſignificãs & nõ fortuitũ: demõſtratq; animi fortitudinem: fiduciã
q; qm̃ quibus initimur iis: quaſi erigimur attollimurq;. Domus iquit ſuas quẽ
Fatiſcor a fateor Fruiſci a fruor — q; ire iubet: & ſua oĩa fruiſci. Rarius quidẽ in ætate. M. Tullii: ac deiceps infra
rariſſimũ. Dubitatũq; eſt ab imperitis antiquitatis an latinum foret. Nõ modo
aũt latinũ: ſed iocũdius amœniuſq; etiã uerbũ fruiſcor factũ eſt: quã fruor: &
ut fatiſcor a fateor ita fruiſcor factũ eſt a fruor. Q .Metellus Numidicus: qui
Dignor Pabulor Aquor Sole occaſo — caſte pureq; lingua uſus latina uidet̃: in epiſtola quã exul ad domitios miſit ita
ſcripſit. Illi uero oĩ iure atq; honeſtate interdicti. Ego neq; aqua neq; igni careo
& ſumma gloria fruiſcor. Neuius in attelana. quæ partus inſcripta eſt. hoc uer
bo ita utitur. Quod magnope queſiuerũt id fruiſci nõ queũt: qui nõ pſit. apud
ſe fruitus eſt. Et Romani inquit multis armis & magno cõmeatu: p̃daq; ingẽti
capiant̃. Verbũ caſtrẽſe eſt: nec facile id repias apud ciuiliũ cauſa℞ oratores:
exq; eadẽ figura eſt: qua lignant̃ & pabulant̃ & aquant̃. Sole inqt occaſo: ſole
occaſo: nõ iſuaui uenuſtate eſt: ſiquis aurẽ habeat nõ ſordidã: nec pculcatã. In
duodecim autem tabulis uerbũ: hoc ita ſcriptũ eſt. Ante meridiẽ cauſam conii
cito: quũ perorãt ambo p̃ſentes. Poſt meridiẽ præſenti litẽ addicito. Si ambo
præſentes: ſol occaſus ſuprema tẽpeſtas eſto. Nos inquit in mediũ relinque
mus. Vulgus in medio dicit: nam uitiũ iſtuc putãt. & ſi dicas in mediũ pone
re: id quoq; eſſe σόλοικον. i. ſolœciſmi uitium putant. Et tamen probabilius ſigni
ficãtiuſq; ſic dici uidebit̃: ſiquis ea uerba non incurioſe itroſpiciat. Græce quo
Pugnatũ in gallos Magnum uiaticum — q; θεῖναι εἰ σμέσον. i. ponere in mediũ uitiũ id non eſt. Poſtq̃ nunciatũ eſt inquit
ut pugnatũ eſſet in gallos. id ciuitas grauiter tulit. In gallos mũdius ſubtiliuſ
q; eſt: q̃ cum gallis aut contra gallos. Nam pinguiora hæc obſoletioraq; ſunt.
ſimul inquit forma: factis eloquentia: dignitate: acrimonia: confidentia pari
ter præcellebat: ut facile intelligeret̃ magnũ uiaticũ. Magnũ uiaticum pro ma
gna facultate: & paratu magno noue poſitum eſt. Videturq; græcos ſecutus:
qui ἐφόδιον: ideſt uiaticũ ſumptũ uiæ ad aliarum quoq; rerum apparatus tra
ducũt. Ac ſæpe ἐφόδιον. pro eo dicunt. quod eſt inſtitue & inſtrue. Nam. M. in
Cũprime — quit Manlius: quẽ capitoliũ ſeruaſſe a gallis ſupra oſtendi: cuiuſq; operã cũ
M. Furio dictatore apud gallos cũprime fortẽ atq; exuperabilẽ reſpublica ſen
ſit: is & genere & uirtute bellica nemini cõcedebat. Adprime crebrius eſt: Cũ
prie rarius traductũq; ex eo eſt: qd' cũ primis dicebãt: pro quo eſt i primis. Ni

hil ſibi

Sacre Verba quid,

hil ſibi inquit diuitias opus eſſe. Nos diuitiis dicimus: & uitiū hoc orõnis nul
lū eſt. Ac ne id quidē eſt: qđ figura dici ſolet. Recta.n.iſtæc orõ eſt. Et ueteres
cõpluſculi ita dixere. Nec rõ dici põt: cur rectius ſit diuitiis opus eē: q̄ diuitias
niſi q grāmaticoꝝ noua iſtituta ut τεμένων ἱερά.i.ad tēploꝝ ſacra obſeruāt. Nā
hæc inquit maxīe uerſat' deoꝝ iniquitas: q deteriores ſunt icolumiores. Neq;
optimū quempiā inter nos ſinunt diurnare. Inuſitate dixit diurnare pro diu ui
uere. Sed ex ea figura eſt: qua dicimus perēnare. Cum iis inquit cõſermonaba
tur: ſermonari ruſticius uidet': ſed rectius: ſermocinari crebrius eſt: ſed corru
ptius. Seſe inquit: ne id quoq;: quod tum ſuaderet: facturū eſſe. Ne id quoq;
dixit: pro ne id quidē. Infrequens nūc in loquēdo: ſed in libris ueterū creberri
mum. Tanta inquit ſanctitudo fani eſt ut nūquā quiſquā uiolare ſit auſus. Sā
ctitas quoq; & ſanctimonia non minus latine dicunt'. Sed neſcio quid maioris
dignitatis eſt uerbum ſanctitudo. Sicuti. M. Cato in. L. Veturiū: duritudinē:
quam duriciē dicere grauius putauit. Qui illius inquit impudētiā norat & du
ritudinē. Quum tantus inquit arrabo penes ſamnites po. Roma. eēt. Arrabo
nem dixit. dc. obſides: & id maluit quā pignus dicere: quoniā uis huius uoca
buli in ea ſnīa grauior acriorq; eſt. Sed nunc arrabo in ſordidis uerbis haberi
cœptus. Ac multo rectius uidet' arra. Quāquā arrā quoq; ueteres ſæpe dixe
rint. Et cõpleries iquit in laboribus miſerrimas uitas exegerūt. Et hic motus in
ociis iquit cõſumptus. Elegātia utrobiq; ex multitudinis numero quæſita eſt.
Cominius inquit qua aſcēderat: deſcēdit: atq; uerba gallis dedit. Verba Comi
nium dediſſe gallis dicit: qui nihil quicquā: cuiquā dixerat. Neq;.n.eū galli: q
capitoliū obſidebāt aſcēdentē aut deſcēdentē uiderāt. Sed uerba dedit: haud
ſecus poſuit: quā ſi tu dicas latuit. atq; obrepſit. Cōualles iquit & arboreta ma
gna erant. Arboreta ignobilius uerbum eſt: arbuſta celebratius. Putabant in
quit eos qui foris atq; qui in arce erant: inter ſe cōmutationes & cõſilia facere.
Cōmutationes.i.collationes: cōmunicatiōeſq; inuſitate dixit. Sed non hercle
inſcite: nec inelegāter. Hæc ego pauca interim ſuper eo libro quoꝝ memoria
poſt lectionē ſuppetierat mihi notaui in ſermonibus forte: quos de tēporibus
rerum ad uſus hominum repertarum agitabamus.

Diurnare — Sermõari — Ne id quoq; — Duritudo — Arrabo — Sactitudo — Sactimonia — Arra — Verba dedit — Comini9 — Arboretum — Arbuſtū — Melius — Commutationes

¶ Verba. M. Varronis ex libro quinto & uiceſimo humanaꝝ: quibus cõtra
opinionē uulgariā interpretatus eſt Homeri uerſum. Cap. III.

ADoleſcēs quiſpiā idoctus: ſparti quoq; uſum in terra græcia diu
icognitū fuiſſe dixit: multiſq; poſt iliū captū tēpeſtatibus ex terra
hiſpāia aduectū: riſerūt hoc ad illudēdū: ex is q ibi aderāt unus:
atq; alter male hoies litterati: qđ genus græci ἀγοραίους.i.uulgares
& uiles appellāt. Atq; eū: qui id dixerat libꝝ legiſſe Homeri aiebāt: cui uerſus
hic forte deeſſet. καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν, καὶ σπάρτα λέλυνται.i. En ligna eputrēt
ratium & ſparta incariē ſunt. Tum ille prorſum irritatus nõ inquit in eo libro
uerſus: ſed uobis plane magr̄ defuit: ſi creditis in eo uerſu ſparta id ſignificare
qđ nos ſpartū dicimus. Maiorē eniuero illi riſum ſubiiciūt neq; id deſtiterūt.
niſi liber ab eo prolatus eēt. M. Varrõis. xxv. humanaꝝ in quo de iſto Home

ri uerſu a Varrone ita ſcriptũ eſt. Ego ſparta apud Homeꝝ non plus ſpartum ſignificare puto: q̃ σπάρτους: ideſt ſpartos qui dicuntur in agro thebano nati. In græcia ſparti copia modo cœpit eſſe ex hiſpãia. Neq; ea ipſa facultate uſi liburni. Sed ii pleraſq; naues loris ſuebant. Græci magis canabo & ſtuppa cæteriſq; ſatiuis rebus: a quibus σπάρτα appellabãt. Quod quum ita Varro dicat: dubito hercle: an poſterior ſyllaba in eo uerbo quod apud Homerum eſt: acuẽda ſit: niſi quia uoces huiuſcemodi: quum ex cõmuni ſignificatione in rei certe ꝓprietatem concedunt diuerſitate accentuum ſeperantur.

¶ Quid menãder poeta Philemoni poetæ dixerit: a quo ſæpe indignæ in certaminibus comœdiaꝝ ſuperatus eſt: Et ꝙ ſæpiſſime Euripides in tragœdia ab ignobilibus poetis uictus eſt. ¶ Cap. IIII.

De Philemone

Bona venia
Philemõ.
Euripides

MEnander a Philemone nequaq̃ pari ſcriptore in certaminibus comœdiaꝝ ambitu: grãq; & factiõibus ſæpenumero uĩcebat: eum quũ forte habuiſſet obuiã. Quæſo inquit Philemon: bona uenia dic mihi. quũ me uincis nõ erubeſcis? Euripidẽ quoq; M. Varro ait: quũ quinq; & ſeptuaginta tragœdias ſcripſerit: in qnq; ſolis uiciſſe. Quũ eum uincerẽt aliquot poetæ ignauiſſimi. Menãdrũ aũt alii centũ & octo ꝑtim cẽtũ & nouẽ comœdias reliqſſe ferũt. Sed Apollodori ſcriptoris celebratiſſimi hos de menãdro uerſus legimus in libro: qui chronica inſcriptus eſt.

κηφισιεὺς ὢν, ἐκ διοπείθου πατρὸς,
πρὸς τοῖς ἑκατὸν πέντε γράψας δράματ' ἐξ-
έλιπε, πεντήκοντα καὶ δυοῖν ἐτῶν. ideſt.

Cephiſieus gñe: ex diopethe patre. Quĩq; & centũ: quũ ſcripſiſſet fabulas. Fato eſt defunctus: annos duos natus: & qnquagitã. Ex iſtis tñ centũ & qnq; oĩbus ſolis eum octo uiciſſe. Idẽ Apollodorus eodẽ in libro ſcripſit.

¶ Neq̃q̃ eẽ ueꝝ qd̃ mĩutis qbuſdã rhetoricæ artificib⁹ uideat. M. Ci. i li. quẽ de amicicia ſcripſit uicioſo argumẽto uſũ ἀμφισβητουμένον, ἀντὶ ὁμολογουμένου. i. dubiũ ꝓ cõfeſſo poſuiſſe. Totũq; id cõſideratius tractatũ exploratũq;. ¶ Ca. V

CIcero ĩ dialogo: cui titulus eſt Lælius: uel de amicicia: docer̃ uolẽs amicitiã nõ ſpe expectatiõeq; utilitatis: neq; p̃cii mercediſq; cã colẽdã: ſed quo ipſa p ſeſe plena uirtutis honeſtatiſq; ſit: expetẽdã: diligẽdãq; eſſe: etiã ſi nihil opis: nihilq; emolumẽti: ex ea participari queat: hac ſnĩa atq; his uerbis uſus eſt: eaq; dicere facit. C. Læliũ ſapiẽtẽ uiꝝ: qui. P. Africãi fuerat amiciſſimus. Quid. n. Africanus ĩdigẽs mei? Ne ego qdẽ illius. Sed ego admiratiõe quadã uirtutis eius: ille uiciſſim opiniõe fortaſſe nõ nulla: q̃ de meis moribus habebat: me dilexit: auxit beniuolẽtiã cõſuetudo. Sed quanquã utilitates multæ & magnæ cõſecutæ ſunt: nõ ſũt tñ ab eaꝝ ſpe cãæ diligẽdi ꝑfectæ. Vt. n. benefici liberaleſq; ſumus nõ ut exigamus gratiã: neq;. n. beneficiũ fœneramur: ſed natura ꝓpẽſi ad liberalitatẽ ſumus ſic amicitiã nõ ſpe mercedis adducti: ſed ꝙ oĩs fructus in ipſo amore ineſt expetẽdam putamus. Hoc quũ legeret in cœtu forte hoĩum doctoꝝ: rethoricus qdã ſophiſta utriuſq; linguæ callẽs haud ſane ignobilis: ex iſtis argutulis: & minutis doctoribus: qui

Argutul

ribus:qui τεχνικοὶ.i.artificiales appellantur:atq; in diſſerendo tamen non impiger:uſum eſſe exiſtimabat argumento.M.Tullium nõ probo neq; ἀποδεικτικῶ idest demonſtratiuo:ſed eiuſdẽ quæſtionis:cuius eſſet ea ipſa res:de qua quæreretur.Verbiſq; id uitium Græcis appellabat:ꝙ accepiſſet:ἀμφισβητούμενον.ἀντὶ ὁμολογουμένου.i.dubium pro cõfeſſo & certo.Nam beneficos inquit & liberales ſumpſit ad cõfirmãdum id quod de amicicia dicebat:cum ipm illud:& ſoleat quæri:& debeat quiſquis liberaliter & benigne facit:qua mente:quoue cõſilio:benignus liberaliſque ſit.Vtrum quia mutuam gratiam ſperet:& eum in quem benignus ſit:ad parem curam ſui prouocet:quod facere pleriq; omnes uidentur.An quia a natura ſit beniuolus:benignitaſq; eum per ſeſe ipſa:& liberalitas delectet:ſine ulla recipiendæ gratiæ procuratione:quod eſt oĩum ferme rariſſimum.Argumẽta aũt cenſebat aut probabilia eſſe debere:aut perſpicua:& minime cõtrouerſa.Idq; ἀπόδειξιν.i.expreſſionẽ & demonſtrationẽ uocati dicebat:quum ea quæ dubia:aut obſcura ſunt:per ea/quæ ambigua non ſunt:illuſtrant.Atq; ut oſtenderet beneficos:liberaleſq; ad id quod de amicicia quæreret:quaſi argumẽtum:exemplũue:ſumi non oportere.Eodem inquit ſimulacro & eadem rõnis imagine:amicicia inuicem pro argumẽto ſumi põt.ſiquis affirmat hoĩes beneficos:liberaleſq; eſſe debere:nõ ſpe aliqua compendii:ſed amore & ſtudio honeſtatis.Poterit enim cõſimiliter dicere ita.Namq; ut amiciciã non ſpe utilitatis amplectimur:ſic benefici liberaleſq;:non gratiæ recuperãdæ ſtudio eſſe debemus.Poterit ſane inquit ita dicere.Sed neq; amicicia liberalitati:neq; liberalitas amiciciæ præbere argumẽtum põt.cum de utroq; pariter quærat.Hæc ille rhetoricus artifex dicere quibuſdã uidebat perite & ſciẽter.Sed uidelicet eum uocabula rerum uera ignorauiſſe.Nam beneficum & liberalem Cicero appellat:ita ut philoſophi appellãdum eſſe cẽſent:non eum qui ut ipe ait:beneficia fœneratur:ſed qui benigne facit:nulla tacita rõne ad utilitates ſuas redũdante.Non ergo obſcuro neq; ambiguo argumẽto uſus eſt:ſed certo atq; perſpicuo.Siquidem qui uere beneficus:liberaliſq; eſt qua mente bene aut liberaliter faciat non quærit.Aliis enim longe noĩbus appellandus eſt:ſi cũ & talia facit:ſui potius ꝙ̃ alterius iuuandi cauſa facit.Proceſſiſſet aũt argutatori iſti fortaſſe an reprehẽſio:ſi Cicero ita dixiſſet.Etenim benefice liberaliterq; facimus:non ut exigamus gratiã.uideret enim benefice facere:etiam in nõ beneficum cadere poſſe:ſi id per aliquã circũſtantiã fieret:non per ipſam perpetuæ benignitatis conſtantiã.Sed cum beneficos liberaleſq; dixerit:neq; aliuſmodi iſti ſunt/ꝙ̃ cuius eſſe eos ſupra diximus:illotis:quod aiunt/pedibus/& uerbis reprehendit doctiſſimi hominis orationem.

¶ Falſum eſſe quod Verrius Flaccus in librorum ſecũdo:quos de obſcuris.M.Catonis cõpoſuit:de ſeruo receptitio ſcriptũ reliqt. Cap. VI

M Cato uoconiam legem ſuadens uerbis hiſce uſus eſt.Principio nobis mulier magnã dotẽ attulit.Tum magnã pecuniã recipit:quã in uiri poteſtate nõ cõmittit.eã pecuniã mutuam dat uiro.Poſtea ubi irata facta eſt;ſeruum receptitium ſectari:atque flagitare uirũ

Seruus receptitius.

iubet. Q uærebat̃ ſeruus receptitius quid eſſet. Libri ſtatim quæſiti allatiq; ſũt
Verrii Flacci de obſcuris Catonis. In libro ſecũdo ſcriptũ inuentũ eſt: recepti-
tium ſeruũ dici nequã: & nulli precii. qui cum uenũ eẽt datus redibitus ob ali-
quod uitiũ: receptuſq; ſit. Propterea inqt ſeruus huiuſmodi ſectari maritũ: &
flagitare pecuniã iubebat̃: ut eoipſo dolor maior: & cõtumelia grauior uiro fie
ret: q̃ cum ſeruus nihil petẽdæ pecuniæ cauſa cõpellaret. Cũ pace aũt: cũq; ue
nia iſtoꝝ: ſiqui ſunt: qui Verrii Flacci auctoritate capiunt̃: dictũ hoc ſit. Rece-
ptitius. n. ſeruus in ea re/quã dicit Cato: aliud oĩno eſt: q̃ Verrius ſcripſit. Atq;
id cuiuis facile intellectu eſt. Res. n. ꝓculdubio eſt. Q uãdo mulier dotẽ mari-
to dabat: tũ quæ ex ſuis bonis retinebat neq; ad uirũ tramittebat: ea recipe dice
bat̃. Sicuti nunc quoq; in uẽditionibus: quæ excipiunt̃ neq; ueneũt. Q uo uer
bo Plautus quoq; in trinũmo uſus eſt in hoc uerſu.

Poſticulum hoc recepit: cum ædis uendidit.

Particulã quandã: quæ poſt eas ædis erat: nõ uẽdidit: ſed retinuit. Ipſe etiã Ca-
to mulierẽ demõſtrare locupletẽ uolẽs. Mulier inqt & magnã dotẽ dat: & ma-
gnã pecuniã recipit. Hoc eſt & magnã dotẽ dat: & magnã pecuniã retinet. Ex
ea igit̃ re familiari: quã ſibi dote data retinuit: pecuniã uiro mutuã dat. Eam pe
cuniã cum uiro forte irata repetere inſtituit: apponit flagitatorẽ ſeruũ recepti-
tium: hoc eſt ꝓpriũ ſeruũ ſuũ: quẽ cum pecunia reliqua receperat: neq; dede-
rat doti: ſed retinuerat. Nõ enim ſeruo mariti ĩperare hoc mulierẽ fas erat: ſed
ꝓprio ſuo. Plura dicere: q̃bus hoc noſtrũ tuear: ſupſedeo. Ipſa eni ſunt p̱ ſeſe
euidẽtia: & qđ a Verio dr̃: & qđ a nobis. Vtrũ ergo uidebit̃ cuiq; ueri⁹: eo utat̃.

Verba hæc ex atinia lege. qđ ſubreptũ erit: ei⁹ rei æterna auctoritas eſto. P.
Nigidio. &. Q. Sce. uiſa eẽ nõ min⁹ de p̄terito furto q̃ de futuro cauiſſe. C. VII

LEgis ueteris atiniæ uerba ſunt. Q uod ſubreptũ erit: eius rei æter-
na auctoritas eſto. Q uis aliud putet in hiſce uerbis: q̃ de tp̃e tantũ
futuro legẽ loqui? Sed. Q. Sceuola patrẽ ſuũ: & Brutũ & Manili-
um uiros apprime doctos quæſiſſe ait: dubitaſſeq; utrũ ne in poſt
facta modo furta lex ualeret: an etiã in antefacta? quoniã quod ſubreptũ erit:
utrũq; tẽpus uideret̃ oſtẽdere: tam præteritũ q̃ futurũ. Itaq;. P. Nigidius ciui-
tatis Romanæ doctiſſimus ſuper dubitatione hac eoꝝ ſcripſit in quartouigeſi
mo cõmẽtarioꝝ cõmaticoꝝ. Atq; ipſe quoq; idem putat incertã eſſe tp̃is demõ
ſtrationẽ. Sed anguſte ꝑquã & obſcure differit/ut ſigna rerum ponere uideas:
ad ſubſidiũ magis memoriæ ſuæ q̃ ad legentiũ diſciplinã. Videbat̃ tñ hoc di-
cere/uerbũ eẽ/& erit quãdo per ſeſe ponunt̃/hñt/atq; retinẽt tẽpus ſuum. Cũ
uero præterito iungunt̃/uim tẽporis ſui amittunt/& in præteritũ cõtendunt.
Cum. n. dico: in cãpo eſt: in comitio eſt: tẽpus inſtans ſignifico. Item cum dico:
in cãpo erit: tẽpus futurũ demonſtro. At cum dico: factũ eſt: ſcriptũ eſt: ſubre
ptũ eſt: q̃q̃ eſt uerbũ: tp̃is ſit p̄ſentis: cõfundit̃ tñ cum præterito: & p̄ſens eẽ de
ſinit. Sic igit̃ inquit etiã iſtud quod in lege eſt: ſi diuidas: ſepareſq; duo uerba
hæc: ſubreptũ: & erit: ut ſic audias ſubreptum: tanq̃ certamẽ erit: aut ſacrificiũ
erit. Tunc uidebit̃ lex in poſtfutuꝝ loqui. Si uero copulate ꝑmixteq; dictum

Eſſe & erit

ītelligas:ut ſubreptū erit:nō duo ſed unū uerbū ſit.Idq; unica patiēdi declina-
tione fit:cū hoc uerbo non minus præteritū tempus oſtenditur quā futurum.

¶ In ſermonibus apud mēſam Tauri philoſophi:quæri agitariq; eiuſmōi ſoli
ta.Cur oleū ſæpe & facile:uina rarius cōgelaſcāt:acetū aut fere unquā: & cur
aquæ fluuiorū fontiumq; durentur:mare gelu non duretur. Cap. VIII.

PHiloſophus Taurus accipiebat nos athenis cœna plerūq;:ad id Veſperauerat
dici ubi iā ueſperauerat.id enī eſt tempus iſtic cœnādi frequens:
eius cœnæ fūdus: & fūdamētū omne erat ī olla una lētis ægyptiæ
& cucurbitæ inibi minuti cæſæ:ea quodā die ubi patis:&expectā
tibus nobis allata:atq; īpoſita mēſe eſt:puerū iube:.Taurus oleū in ollā indere:
erat is puer genere atticus ad ānos maxīe natus.viii.feſtiuiſſimus:ætatis & gen
tis argutiis ſcatēs.Guttū ſamiū oretenus īprudēs inanē tāq̄ ſi ieſſet oleū:affert: Guttum
cōuertitq; eū:& ut ſolitū eſt circūegit p oēm partē ollæ manū nullū inde ibat
oleū.Aſpicit puer guttū atrocibus oculis ſtomacabūdus:& cōcuſſū uehemē-
tius iterū in ollā uertit.Id quum omnes ſenſim:atq; ſummiſſim rideremus.Tū
puer græce & id qdē perq̄ atice.μὴ γελᾶτε inqt:ἔνι τοὔλαιον ἀλλ᾽ οὐκ ἴστε οἷα φρίκη
περὶ τὸν ὄρθρον γέγονε τήμερον καὶ κεκρυστάλλωται.ideſt ne ridete:ineſt oleum.Verum
nos neſcitis qualis matutino diluculo hodie rigor fuerit.Itaq; gelu cōcretū eſt.
Verbero inqt ridens Taurus:nōne is curriculo atq; oleum petis?Sed quum
puer foras emptū iſſet:nihil ipſe iſta mora offenſior.Olla inqt oleo indiget:&
ut uideo ītollerādū feruit cohibeamus manus.atq; īterea qm̄ puer nunc admo
nuit ſolerẽ oleū cōgelaſcere:cōſideremus:cur oleū qdē ſæpe & facile ſtet:uina
rarēter cōgelaſcāt.Atq; aſpicit me & iubet qd' ſentiā dicere.Tū ego rn̄di:cōie-
ctare me uinū iccirco minus cito coaleſcerẽ:q, ſemina quædam caloris in ſeſe
hēret:eētq; natura ignitius ob eāq; rē dictū eē ab Home.αἴθοπα οἶνον.i.calidū ui
nū:nō ut alii putarēt pp colorē.Eſt qdē īqt Taur' ita ut dicis nā ferme cōuēit:ui
nū ubi potū eſt:calefacerẽ corpa.Sed nō ſecus oleū quoq; calorificū eſt:neq; mi
norē ui in corporibus calefaciēdis hēt.Ad hoc ſi iſtæc quæ calidiora ſunt diffici
lius gelu cogunẽ:cōgruens eſt ut quæ frigidiora ſunt facile cogantẽ.Acetū aūt
oīum maxīe frigorificū eſt:atq; id nunq̄ tamē concreſcit.Num igitẽ magis cā
oleo coaguli celerioris in leuitate eſt:faciliora enī ad coeundum ideo uidentur:
quæ leuatiora leuioraq; ſunt.Præterea id quoq; ait quæri dignum:cur fluuiorū
& fontium aquæ gelu durentẽ:mare omne incongelabile ſit?Tametſi Herodo
tus inqt hiſtoriæ ſcriptor cōtra oīum ferme:qui hæc quæſiuerunt:opīonē ſcri-
bit mare boſphoricum:quod cimerium appellatur earumq; partium mare om
ne:quod ſcythicum dicitur:gelu ſtringi & conſiſtere:Dum hæc Taurus:inte-
rea puer uenerat:& olla deferbuerat:tempuſq; eſſe cœperat edēdi & tacendi.

¶ De notis litterarum:quæ in.C.Cæſaris epiſtolis repiuntẽ.deq; aliis clādeſti
nis lr̄is ex ueteri hiſtoria petitis:& qd' σκυτάλη.i.baculus quo epi
ſtola inuoluebatur ſit laconica. Cap. IX

LIbri ſunt epiſtolarū.C.Cæſaris ad.C.Oppium:& balbum Corne-
lium:qui res eius abſentis curabāt.In his epiſtolis quibuſdā ī locis

De ſecretarum litterarum uſu

inueniuntur litteræ ſingulariæ:ſiue coagmentis ſyllabarum:quas tu putes eſſe poſitas incondite. Nam uerba ex iis litteris cōfici nulla poſſunt. Erat aūt cōuentum inter eos clandeſtinū:de cōmutādo ſitu litterarꝝ:ut iſcripto quidē alia aliæ locum & nomē teneret. Sed in legēdo locus cuiq; ſuus & poteſtas reſtitueret. Quænā uero littera pro qua ſcriberet:ante iis:ſicut dixi cōplacebat: qui hanc ſcribēdi latebrā parabāt. Eſt adeo Probi grāmatici cōmētarius ſatis curioſe factus:de occulta litterarꝝ ſignificatione epiſtolarꝝ. C. Cæſaris ſcriptarꝝ. Lacedæmonii autē ueteres cum diſſimulare:& occultare lr̄as publice ad iꝑatores ſuos miſſas uolebāt:ne ſi ab hoſtibus exceptæ forēt:cōſilia ſua noſcerent epiſtolas id genus factas mittebāt. Surculi duo erāt teretes oblonguli pari craſſamēto eiuſdēq; longitudinis derasi:atq; ornati cōſimiliter. Vnus iꝑatori in bellū ꝓficiſcēti dabat. alterꝝ domi magiſtratus cum iure:atq; cum ſigno habebant. Quādo uſus uenerat lr̄arꝝ ſecretiorꝝ:circum eum ſurculum lorꝝ modicæ tenuitatis:longum autē:quātum rei ſatis erat:cōplicabant:uolumīe rotundo ac ſimplici. Ita uti oræ adiunctæ undiq;:& cohærētes lori:qđ plicabat coirent. Litteras deinde in eo loro ꝑ trāſuerſas iuncturarꝝ oras:uerſibus a ſummo ad imum ꝓficiſcētibus inſcribebāt. Id lorꝝ litteris ita ꝑſcriptis reuolutum ex ſurculo imperatori:cōmēti illius cōſcio mittebāt. Reſolutio autē lori litteras truncas atq; mutilas reddebat. mēbraq; earꝝ:& apices ī partes diuerſiſſimas ſpargebat. Propterea ſi id lorum in manibus hoſtium inciderat:nihil quicꝗ cōiectari ex eo loro quibat. Sed ubi ille/ad quē erat miſſum/accepat/ſurculo cōpari:quē hēbat:capto:ad finē ꝑinde ut debere fieri ſciebat:circumplicabat:atq; litteræ ꝑ ambitum eundē ſurculi coaleſcētes:rurſum coibāt. Integrāq; & incorruptā epiſtolā:& facilē legi ꝓſtabāt. Hoc genus epiſtolæ lacedæmonii σκυτάλην. i. loricatū ſurculum appellāt. Legebamus id quoq; in uetera hiſtoria rerꝝ punicarꝝ: uirꝝ indidē quēpiā illuſtrē ſiue ille Haſdrubal:ſiue qs alius eſt:nō retineo: epiſtolā ſcriptā ſuꝑ rebus arcanis hoc mō abſcondiſſe. Pugillaria noua:nondum etiam cæra illita accepiſſe:litteras in lignum inidiſſe. Poſtea tabulas uti ſolitum eſt:cæra colliniſſe. Eaſq; tabulas:tanꝗ non ſcriptas:cui futurꝝ id ꝓdixerat:miſiſſe. Eum deinde cærā deraſiſſe:litteraſq; incolumes ligno inciſas legiſſe. Eſt & alia in monumētis rerꝝ græcarꝝ ꝓfunda quædā & īopinabilis latebra barbarico aſtu excogitata. Hiſtieus noīe fuit:loco natus in terra aſia nō ignobili. aſiā tunc tenebat iꝑio Rex Darius. Is Hiſtieus:cum in ꝑſis apud Darium eſſet. Ariſtagoræ cuipiā res quaſdā occultas nunciare furtiuo ſcripto uolebat. Cōminiſcit opꝑtum hoc litterarum admirandum. Seruo ſuo diu oculos ægros hn̄ti capillum ex capite omni:tanꝗ medendi gratia/deradit. Caputq; eius leue in litterarū formas cōpingit. His litteris quæ uoluerat ſcripſit. Hominē poſtea quoad capillus adoleſceret:domo continuit. Vbi id factum eſt ire ad Ariſtagoram iubet. Et cum ad eum ueneris:mandaſſe me dicito ut caput tuum (ſicut nuꝑ egomet feci) deradat. ſeruus:ut imperatum erat:ad Ariſtagoram uenit. Mandatumq; domini affert. Atque ille id non eſſe fruſtra ratus: quod erat mandatum fecit. Ita litteræ perlatæ ſunt.

Scytala laconica

Hiſtiei aſtutia cōmētitia đ artis mittēdis

Quid

❡ Quid de uerſibus Virgilii Phauorinus exiſtimarit: quibus in deſcribenda flagrantia montis ætne Pindarum poetam ſecutus eſt. Collataq; ab eo ſuper eadem re utriuſq; carmina & diiudicata. Cap. X

PHauorinū phm̄: quū in hoſpitis ſui antiatē uillā æſtū āni cōceſſiſſet: noſq; ad eum uidēdū Roma ueniſſemus: memini ſup Pindaro poeta: & Virgilio in hunc fere modū diſſerere. Amici inqt familiareſq;. P. Virgilii: in iis quæ de ingenio: moribuſq; eius memoriæ tradiderūt: dicere eū ſolitū ferūt: parere ſe uerſus more atq; ritu urſino. Nāq; ut illa beſtia fœtū ederet ineffigiatū informeq;: lābēdoq; id poſtea: qđ ediđiſſet cōformaret: & fingeret: pinde ingenii quoq; ſui partus recentes rudi eſſe facie: & impfecta. Sed deinceps tractādo colēdoq; reddere iis ſe oris: & uultus liniamēta. Hoc uir iudicii ſubtiliſſimi ingenue atq; uere dixiſſe. Res inqt ipſa uerū iudiciū facit. Nā quæ reliquit pfecta: expolitaq;: qbuſq; īpoſuit ſenſus: atq; delectus ſui ſupmā manū omni poeticæ uenuſtatis laude florent. Sed quæ ꝑcraſtinata ſunt ab eo: ut poſt recēſerent: & abſolui: qm̄ mors ꝑuerterat: nequerūt nequaq̄ poetæ elegātiſſimi noīe atq; iudicio digna ſunt. Itaq; quū morbo oppſſus: aduētare mortē uideret: petiuit: orauitq; a ſuis amiciſſimis impēſe: ut æneida: quā nondum ſatis elimauiſſet: aboleret. In iis aūt inqt: quæ uident retractari: aut corrigi debuiſſe: is maxime locus eſt: qui de mōte ætna factus eſt. Nam cum Pindari ueteris poetæ carmē: qđ de natura: atq; flagrātia mōtis eius compoſitum eſt: æmulari uellet: eiuſmodi ſnias & uerba molitus eſt: ut Pīdaro quoque ipſo: q nimis opima: pinguiq; eē facūdia exiſtimatus eſt: inſolētior: hoc qdē in loco: tumidiorq; ſit. Atq; uti uoſmetipſos inqt eius: qđ dico arbitros faciā carmen Pindari: quod eſt ſup monte ætna quātulum mihi memoriæ eſt dicā.

τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλάτου πυρὸς. ἁγνόταται ἐκ μυχῶν παγαὶ ποταμοὶ δὲ. ἁμέραισι μὲν, προχέοντι ῥόον καπνοῦ. αἴθωνα. ἀλλ᾽ ἐν ὄρφναισι φόινισσα κυλινδομένα φλὸξ. ἐς βαθεῖαν. φέρει πόντου. πλάκα σὺν πατάγῳ. κεῖνους δ᾽ ἡφαίστοιο κρουνοὺς, ἑρποντας δεινοτάτους ἀναπέμπει. τέρας μὲν θαυμάσιον προσιδέσθαι. θαῦμα δ᾽ ἐκεῖ παρεόντων ἀκοῦσαι .i. A qua ſane eructant inacceſſi ignis puriſſimi: ex imis fontes. Flumina uero interdiu quidem inundant fluctum feruentem fumi. At per noctes punicea proglomerata flāma: ad ꝓfundum ponti ferunt ſolum: cum ſtrepitu illa Vulcani fluenta ſerpentia emittit ſæuiſſima. Mōſtrū ꝓfecto: tum uiſu: tum auditu mirabile. Audite nunc inquit Virgilii uerſus: quos inchoaſſe eum uerius dixerim: q̄ feciſſe.

Portus ab acceſſu uentorum immotus: & ingens
Ipſe. ſed horrificis iuxta tonat ætna ruinis.
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceo: & candente fauilla.
Attollitq; globos flammarum: & ſydera lambit.
Interdum ſcopulos: auulſaq; uiſcera montis
Erigit eructans: liquefactaq; ſaxa ſub auras
Cum gemitu glomerat: fundoq; exæſtuat imo.

Iam principio inqt Pindarus ueritati magis obſecutus: id dixit: q res erat: qđ q;

De Vrſis

impēſe orauit

Opima pingui facundia

iſtic uſu ueniebat quodq; oculis uidebat interdiu fumare ætnã noctu flãmigare. Virgilius autẽ dum in ſtrepitu: ſonitu uerbo℞ conquirẽdo laborat utrunq; tempus nulla diſcretione facta cõfundit. Atq; ille græcus quidẽ fõtes imitatus ignis eructari: & fluer omnes fumi: & flamma℞ per fulua & tortuoſa uolumina in plagas maris ferre: quaſi quoſdã igneos angues luculẽte dixit. Et hic noſter atram nubẽ turbine piceo: & fauilla fumãte: ῥόον καπνοῦ αἴθωνα.i. fluxũ fumi calidũ interpretari uolẽs craſſe & immodice cõgeſſit: globos quoq; flammarum: quod ille κρουνοὺς.i. fluẽta dixerat: duriter & ἀκύρως.i. improprie trãſtulit. Itẽ quod ait ſydera lambit. Vacanter hoc ẽt inquit accumulauit: & inaniter.
Monſtruoſiſſimũ, Neq; nõ id quoq; ienarrabile eẽ ait: & ꝑpemodũ iſẽſibile: qđ nubẽ atrã fumare dixit turbine piceo: & fauilla candẽte. Non.n. fumare iquit ſolẽt: neq; atra eẽ: quæ ſunt cãdẽtia niſi ſi cãdẽti dixit puulgate: & improprie ꝑ feruẽti fauilla: nõ
Candens pro ignea & relucẽti. Nã candẽs ſcilicet eſt a cãdore dictũ: nõ a calore. Q đ ſaxa aũt & ſcopulos eructari: & erigi eoſdẽq; ipos ſtatĩ liquefieri: & gemere atq; glomerari ſub auras dixit. hoc inquit nec a pindaro ſcriptũ nec unq̃ fando au-
τραχεῖα ditum & omniũ quæ monſtra dicunt̃ monſtruoſiſſimum eſſe.

¶ Quod Plutarchus in libris ſympoſiacis opinionẽ Platonis: de habitu atq; natura ſtomachi: fiſtulæq; eius quæ τραχεῖα.i. dura dicit̃ aduerſũ Eraſiſtratũ medicũ tutatus eſt: auctoritate adhibita antiqui medici Hippocratis. Cap. XI

ET plutarchus & alii quidam docti uiri reprehenſum eſſe ab Eraſiſtrato nobili medico Platonem ſcripſere: ꝙ potũ dixit defluere ad pulmonem. Eoq; ſatis hũectato: dimanare per eum: quia ſit rimoſior & cõfluere inde in ueſicam. Erroriſq; iſtius fuiſſe alceũ ducem qui in poematibus ſuis ſcriberet. τόν τε πνεύμονα οἴνῳ, τὸ γὰρ περιτέλλεται.i. pulmonem uino. Ipſum autẽ Eraſiſtratum dicere duas eſſe quaſi caniculas quaſdam uel fiſtulas. Eaſq; ab oris faucibus proficiſci deorſum per earumq; alteram de
Eſculenta poculenta duci delabiq; in ſtomacum eſculenta omnia & poculẽta. Ex eoq; ferri in uentriculum: qui ἡ κάτω κοιλία ideſt inferior uenter: ideſt aluus appellatur. Atq; ibi ſubigi: digeriq; ac deinde aridiora ex iis recremẽta in aluum cõuenire: quod græce κόλον dicitur humidiora peruehens in ueſicam. per alterã autem fiſtulã quæ græce nominat̃ τραχεῖα ἀρτηρία.i. aſpera arteria: ſpũm a ſummo ore in pulmonem: atq; inde rurſum in os & in naris cõmeare. Perq; eam uiam uocis quoq; fieri meatum. Ac ne potus cibuſq; aridior: quẽ oporteret in ſtomacũ: ire procideret ex ore laberetur q; in eãdẽ fiſtulã: per quã ſpiritus reciprocat̃. Eaq; offen
ἐπιγλωττίς ſione intercluderet̃ aĩæ uia impoſitã eſſe arte quadã & ope naturæ. Inde apud duo iſta foramina: quæ dicit̃ ἐπιγλωττὶς.i. appoſita lingula: quaſi clauſtra quædã mobilia: cõniuẽtia uiciſſim & reſurgẽtia. Eãq; ἐπιγλωττίδα inter edẽdũ: bibendũq; opire: atq; ꝑtegere. τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν.i. aſperã arteriã: ne quid ex eſca potuue incideret in illud quaſi æſtuãtis animæ iter. Ac propterea nihil humoris influere in pulmonem ore ipſo arteriæ cõmunito. Hæc ait Eraſiſtratus medicus aduerſus Platonẽ. Sed Plutarchus i libro ſympoſiaco℞ auctorẽ Pla
Philiſtiõ tonis ſentẽtiæ. Hippocratẽ dicit fuiſſe. Idẽq; eſſe opinatos & Philiſtiona locrũ

& Dioxipum

& Dioxippum hippocraticum ueteres medicos & nobiles. Atq; illã de qua Era Dioxippꝰ.
ſiſtratus dixerit: ἐπιγλωττίδα nõ iccirco in eo loco cõſtitutã: ne quid ex potu in
flueret in arteriã. Nã pulmoni quoq; fouẽdo rigãdoq; neceſſarios humores ui-
deri. Sed appoſitã q̃ſi moderatricẽ quãdã: arbitrãq; ꝓhibẽdi admiſcẽdiue: qđ
ex ſalutis uſu foret: uti edulia qdẽ oĩa defenderet ab arteria: depelleretq; in ſto-
machum. Potum autem partiret̃ inter ſtomachum & pulmonem. Et qđ ex eo
admitti in pulmonem per arteriã deberet: non rapidum id neq; uniuerſum: ſed
quadam quaſi obice ſuſtẽtatum ac repreſſum: ſenſim paulatimq; trãſmitteret:
atq; omnem reliquum in alteram ſtomachi fiſtulam deriuaret.

De materiis infamibus: quas græci ἀδόξους appellant: a Phauorino exercen-
di gratia diſputatis. Cap. XII.

INfames materias: ſiue quis mauult dicere inopinabiles: quas græ-
ci ἀδόξους καὶ ἀτόπους ὑποτέσεις appellãt: & ueteres adorti ſunt: nõ
ſophiſtæ ſolum ſed philoſophi quoq;: & noſter Phauorinus oppi
do q̃ libens in eas materias dicebat. Vel ingenio expgificãdo ratus
idoneas: uel exercẽdis argutiis: uel edomãdis uſu difficultatibus: ſicuti cũ ther
ſitæ laudes quæſiuit: & cum febrim quartis diebus recurrentẽ laudauit. Lepida
ſane multa: & nõ facilia inuẽtu in utrãq; cãm dixit. eaq; ſcripta in libris reliquit
Sed in febris laudibus teſtẽ etiã Platonẽ ꝓduxit: quẽ ſcripſiſſe ait. Qui quarta Febris q̃r-
nã paſſus cõualuerit: uireſq; itegras recupauerit: fidelius cõſtãtiuſq; poſtea ua- tanæ laus
litur. atq; inibi in eiſdẽ laudibus nõ hercle hac ſentẽtiola inuenuſte luſit. Ver-
ſus inquit eſt lõgo hoĩum æuo ꝓbatus ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη. ἄλλοτε μήτηρ.
i. Ipſa dies q̃nq; parens: q̃nq; nouerca eſt. Eo uerſu ſignificat̃: nõ oĩ die bñ eſſe
poſſe: ſed iſto bene: atq; alio male. Quod cum ita ſit inquit: ut in rebus huma-
nis bene aut male uice alterna ſit: hæc biduo medio interuallata febris: quanto
eſt fortunatior: in qua eſt μία μητρυιὰ δύο μητέρες. i. una nouerca: duæ matres.

Quin particula: quot qualeſq; uarietates ſignificationis habeat: & q̃. ſæpe in
ueterum ſcriptis obſcura ſit. Cap. XIII

QVin pticula: quã grãmatici cõiunctionẽ appellãt: uariis modis ſen Quin
tẽtiiſq; cõnectere orõnẽ uidet̃. Aliter. n. dici putat̃: cum quaſi icre
pãtes: uel interrogãtes: uel exhortantes dicimus: quin uenis? quin
legis? quin fugis? Aliter cum ita cõfirmamus. Nõ dubium eſt: qn
M. Tullius oĩum ſit eloquẽtiſſimus. Aliter aũt cum ſic cõponimus: q; quaſi pri
ori uidet̃ cõtrarium. Nõ iccirco cauſas Iſocrates nõ defendit quin utile eſſe &
honeſtum exiſtimarit. A quo illa ſignificatio nõ abhorret: quæ eſt in tertia ori
gine. M. Catonis. Haud eos inquit eo poſtremũ ſcribo: quin populi & boni &
ſtrenui ſciẽt. In ſecũda quoq; origine. M. Cato nõ longe ſecus hac pticula uſus
eſt. Neq; ſatis inqt habuit: qđ eum in occulto uitiauerat: qn eius famã ꝓſtitue-
ret. Præterea aĩaduertimus Quadrigariũ in. viii. annaliũ pticula iſta uſum eſſe
obſcuriſſime. Ipſius uerba poſuimus. Romã uenit. uix. ſupat qn triumphus de
cernat̃. Itẽ in. vi. annali eiuſdẽ uerba hæc ſunt. Pene factum eſt: qn caſtra relin
querẽt: atq; cederẽt hoſti. Nõ me autẽ p̃terit dicere aliquẽ poſſe de ſummo pe-

ƈt orc nihil eſſe in his uerbis negocii. Nam quin utrobiq; poſitum pro ut: planiſſimumq; eſſe: ſi ita dicas. Romam uenit: uix ſuperat: ut triumphus decernãtur. Itẽ alio in loco: pene factum eſt ut caſtra relinquerent: atq; cederent hoſti. Sed utantur ſane qui tam expediti ſunt perfugiis commutationum in uerbis quæ non intelliguntur: utantur tamen ubi id facere poterunt uerecundius. Hãc uero particulam de qua dicimus: niſi quis didicerit cõpoſitam: copulatamque eſſe neq; uim tantum coniungendi habere: ſed certa quadam ſignificatione factam: nunq̃ profecto rationes ac uarietates iſtius comprehenſurus eſt. Quod quia longioris diſſertationis eſt: poterit cui ocium eſt: reperire hoc in. P. Nigidii commentariis: quos grammaticos inſcripſit.

¶ Sententiæ ex publii mimis ſelectæ lepidiores. ¶ Cap. XIIII.

Publi. ſententiæ

PVblius mimos ſcriptitauit: dignuſq; habitus eſt: qui ſuper Laberio iudicaretur. C. autem Cæſarem ita Laberii maledicentia: & arrogãtia offendebat ut acceptiores & probatiores ſibi eſſe Publii: q̃ Laberii mimos prædicaret: Huius publii ſententiæ ferũtur pleræq; lepidæ: & ad communem ſermonum uſum cõmodatiſſime: Ex quibus ſunt iſtæ ſingulis uerſibus circunſcriptæ: quas libitum hercle eſt adſcribere.

Malum conſilium eſt quod mutari non poteſt.
Beneficiũ dando accepit: q digno dedit.
Feras: non culpes: quod uitari non poteſt.
Cui plus licet q̃ par eſt: plus uult q̃ licet.
Comes facundus in uia pro uehiculo eſt.
Frugalitas inſerta eſt rumoris boni.
Hæredis fletus ſub perſona riſus eſt.
Furor fit læſa ſæpius patientia.
Improbe neptũnum accuſat: qui iterum naufragium facit.
Ita amicum habeas: poſſe ut fieri hunc inimicum putes
Veterem ferendo iniuriam inuitas nouam.
Nunq̃ periculum ſine periculo uincitur.
Nimium altercando ueritas amittitur.
Pars beneficii eſt: quod petitur: ſi belle neges.

¶ Q d' Carneades academicus elleboro ſtomacũ purgauit: ſcriptur⁹ ad uerſus Zenõis ſtoici decreta. Deq; natura medellaq; ellebori cãdidi & nigri. Ca. XV

Carneades

Ellebori duas ſpecies

CArneades academicus ſcriptur' aduerſũ ſtoici Zenõis libros ſupiora corporis elleboro cãdido purgauit ne qd ex corruptis in ſtomacho humoribus ad domicilia uſq; animi redundaret: & inſtantiam uigoremq; mentis labefaceret. Tanta cura tantoq; apparatu uir ingenio præſtanti ad refellenda quæ ſcripſerat Zeno: aggreſſus. Id quũ in hiſtoria græca legiſſem quod elleboro candido ſcriptum erat: quid eſſet quæſiui. Tum comperi duas ſpecies ellebori eſſe diſcemiculo coloris inſignes: candidi & nigri. Eos autem colores non in ſemine ellebori: neque in uirgultis: ſed in radice dignoſci. Cãdido ſtomachũ & uẽtrem ſupiorẽ uomitionibus purgari.

Nigro aluũ:

Nigro aluum:quæ inferior uocat̃:dilui. Vtriuſq; eſſe hanc uim : ut humores noxios:in quibus cauſæ morboꝝ ſunt:extrahant.Eſſe aũt periculum : ne inter cauſas morboꝝ omni corporis uia patefacta.ea quoq; ipſa in quibus cauſa uiuendi eſt:exinaniant̃. Amiſſoq; omni naturalis alimoniæ fundamento : homo exauſtus intereat.Sed elleboꝝ ſumi poſſe tutiſſime in inſula anticyra Plinius Secundus in libris naturalis hiſtoriæ ſcripſit.Propterea Liuium Druſum:qui tribunus plebis fuit:cum morbum qui comitialis dicit̃:pateret̃:anticyram nauigaſſe:& in ea inſula elleboꝝ bibiſſe ait:atq; ita morbo liberatum.Præterea id ſcriptum legimus:Gallos in uenatibus tingere elleboro ſagittas:q̄ iis icte exanimatæ feræ teneriores ad epulas fiant.Sed propter ellebori contagium:uulnera ex ſagittis facta circũcidere latius dicuntur.

Tingi elleboro ſagittas

¶ Anates ponticas uim habere uenenis detegendis potẽtem.Atq; inibi de Mitridatis regis in id genus medicamenti ſolertia. ¶Cap. XVI.

Anates

ANates ponricas dicitur edẽdis uulgo uenenis uictitare.Scriptum etiam a Leneo Cn.Pompeii libero Mithridatem illum ponti regẽ medicinæ rei:& remediorum id genus ſolertem fuiſſe. Solitumq; earum ſanguinem miſcere medicamẽtis: quæ digerendis uenenis ualent.Eumq; ſanguinem uel potentiſſimum eſſe in ea confectione.Ipſum autem regem aſſiduo talium medelarum uſu a clandeſtinis epularum inſidiis cauiſſe.Quin & ſcientem quoq; ultro:& oſtentanti gratia uenenum rapidum & uelox ſepenumero hauſiſſe: atq; id tamen ſine noxa fuiſſe.Quãobrem poſtea cum Prœlio populi Roma. uictus metu ſui in ultima regni refugiſſet: & mori decreniſſet:& uenena uiolentiſſima feſtinandæ necis gratia fruſtra expertus eſſet ſuo ſe ipſe gladio tranſegit.Huius regis antidotus celebratiſſima eſt: quæ mithridatios uocatur.

Mithridatios

¶ Mithridatem ponti regem duaꝝ & uiginti gentium linguis locutum.Q.q; Ennium tria corda habere ſeſe dixiſſe:q̄ tris linguas percalluiſſet: Græcam: oſcam:latinam. ¶Cap. XVII

QEnnius tria corda habere ſeſe dicebat:q̄ loqui græce & oſce & latine ſciret.Mithridates autem ponti atq; bithyniæ rex inclytus:qa Cn.Pompeio bello ſuperatus eſt: duarum & uiginti gentium: quas ſub ditione habuit:linguas percalluit.Earumq; omnium gẽtium uiris haud unq̃ per interpretem locutus eſt.Sed ut quemq; ab eo appellari uſus fuit:perinde lingua & oratione ipſius:non minus ſcite:q̃ ſi gẽtilis eius eſſet:locutus eſt.

Ennius Mithridates

¶ Q d̕.M.Varro.C.Saluſtiũ hiſtoriæ ſcriptorẽ dep̄hẽſum ab Annio Milone in adulterio ſcribit:& loris cæſum:pecuniaq; data dimiſſum. ¶Cap.XVIII

Saluſtius uirgis cæſus

MVarro in litteris atq; uita:fide homo multa & grauis:in libro quẽ inſcripſit Pius:aut de pace.C.Saluſtiũ ſcriptorẽ ſeriæ illius:& ſeuere orationis.In cuius hiſtoria notiões cẽſorias fieri:atq; exerceri uidemus:in adulterio dep̄henſum ab Annio Milone loris bene me æſudicit,& cum dediſſet pecuniam:demiſſum.

¶ Quid Epictetus philoſophus dicere ſolitus ſit hominibus neq̄: & impuris diſciplinas philoſophiæ ſtudioſe tractantibus. Et quæ duo uerba obſeruanda præceperit: oīum reꝝ longe ſalubria. Cap. XIX.

Epictetus

PHauorinū ego audiui dicere Epictetū philoſophū dixiſſe: pleroſq; iſtos qui philoſophari uidēt: philoſophos eē huiuſcemodi ἄνευ τ̃ πράττειν μέχρι τ̃ λέγειν. Id ſignificat: factis procul: uerbis tenus. Iā illud eſt uehemētius quod arianus ſolitum eum dictitare in libris quos de diſſertationibus eius cōpoſuit: ſcriptū reliquit. Nam quū inquit animaduerterat hoīem pudore amiſſo importuna induſtria: corruptis moribus audacem: confidentē linguam: cæteraq; omnia: præterquam animum procurantem iſtiuſmodi inquit hominem quum uiderat ſtudia quoq; & diſciplinas philoſophiæ cōtractare: & phyſica adire: & meditari dialectica multaq; id genus theoremata ſuſpicari ſciſcitariq; inclamabat deum atq; hominum fidem. ac plerūq; inter clamandum his eum uerbis increpabat. ἄνθρωπε ποῦ βάλλεις, σκέψαι εἰ κεκάθαρται τὸ ἀγγεῖον. ἂν γὰρ εἰς τὴν οἴησιν αὐτὰ βάλλῃς ἀπώλετο ἢν σαπῇ οὖρον, ἢ ὄξος γένοιτο ἄν, ἢ τι τούτων χεῖρον. ideſt Homo ubi nam mitis conſidera nunquid purgatum uas ſit. Nam ſi ad inanem opinionem ea inuergas: prorſum interierunt. Sin computreſcant: in urinam aut acetum uertentur: aut ſiquid iis ipſis eſt deterius. Nil profecto is uerbis grauius: nil uerius quibus declarabat maximus philoſophorum litteras atq; doctrinas philoſophiæ: quum in hominem falſum atq; degenerem: tanq̄ in uas ſpurcum: atq; pollutum: influxiſſent mutari: corrumpi: & quod ipſe κυνικώτερον. i. magis cynicum dixit: urinā fieri: aut ſi quid eſt urina ſpurcius. Præterea idem ille Epictetus: quod ex eodē Phauorino audiuimus ſolitus dicere eſt: duo eē uitia multo oīum grauiſſima ac teterrima: intolerātiā & incōtinentiā. quum aut iniurias: quæ ſunt ferēdæ non toleramus: neq; ferimus aut a quibus rebus uoluptatibuſq; nos tenere debemus: non tenemus. Itaq; inquit ſiquis hæc duo uerba cordi habeat. eaq; ſibi imperādo atq; obſeruādo curet: is erit pleraq; impeccabilis: uitāq; uiuet tranquilliſſimā. Verba duo hæc dicebat: ἀνέχου καὶ ἀπέχου patere: & abſtine.

Verba ſẽper in ore habendi

¶ Ex ſympoſio Platonis ſumpta uerba: nūeris coagmētiſq; uerboꝝ ſcite modulateq;: & apte exercēdi grā: in latinā orationē uerſa. Cap. XX.

SYmpoſium Platonis apud phūm Tauꝝ legebat᷑. Verba illa pauſaniæ inter cōuiuas amorē uice ſua laudātis. uerba ita ꝓſum amauimus: ut meminiſſe etiā ſtuduerimus. Sunt adeo quæ memimus uerba hæc. πᾶσα γὰρ πρᾶξις ὧδε ἔχει. αὐτὴ ἐφ᾽ ἑαυτῆς πραττομένη. οὔτε καλὴ οὔτε. αἰσχρά. οἷον νῦν ἡμεῖς ποιοῦμεν. ἢ πίνειν ἢ λαλεῖν ἢ διαλέγεσθαι. οὐκ ἔστι τούτων αὐτὸ καλὸν οὐδέν, ἀλλ᾽ ἐν τῇ πράξει. ὡς ἂν πραχθῇ. τοιοῦτον ἀπέβη. καλῶς μὲν γὰρ πραττόμενον. καὶ ὀρθῶς καλὸν γίγνεται. μὴ ὀρθῶς δὲ αἰσχρόν, οὕτω καὶ τὸ ἐρᾶν. καὶ ὁ ἔρως οὐ πᾶς ἐστι καλός, οὐδὲ ἄξιος ἐγκωμιάζεσθαι. ἀλλ᾽ ὁ καλῶς προτρέπων ἐρᾶν. i. Oīs. n. actio ſic ſeſe hēt. Nā ipſa q̄tum in ſemetipſam agit᷑: neq; honeſta: neq; turpis eſt: quēadmodū ſunt quæ nunc nos ipſi facimus: aut bibere: aut loqui aut diſputare. Nō. n. ē hoꝝ honeſtum ꝑ ſeipm̄ quicq̄: ſed in actione: ut quidem eſt actum eiuſmodi euenit.

Nam

Quibus temporibus illuſtres uiri floruerunt

Nã honeſte geſtũ & recte honeſtũ fit: cõtra uero turpe. Eodẽ pacto & amare ipſũ: & amor: nõ oĩs qdẽ honeſtus eſt: neq; cõmẽdatiõe oĩ dignus uerꝝ is q ama re honeſte nos adhortatꝰ. Hæc uerba ubi lecta ſunt atq; ibi Taurus mihi: Heꝰ inqt tu rhetoriſte. Sic. n. me in prĩcipio recẽs in diatribã acceptũ appellitabat: Diatriba
exiſtimãs eloquẽtiæ unius exercẽde grã athenas ueniſſe. Vides ne inqt ἐνθύμημα. i. cõmẽtũ crebrũ & coruſcũ: & cõnexũ breuibuſq; & rotũdis numeris: cũ quadã æq̃bili circũactiõe deuictũ? Habes ne nobis dicere in libris rhetoꝝ ueſtroꝝ tã apte: tãq; modulate cõpoſitã orõnẽ? Sed hos inqt tñ numeros cẽſeo uideas ὁδοῦ πάρεργον. i. ſupuacanee extra itineris ꝓpoſitũ: q̃ſi ex diuerticulo. Ad ipſa. n. Platonis penetralia: ipſaꝝq; reꝝ põdera & dignitatis ꝑgendũ eſt: nõ ad uocularũ eius amœnitatẽ: nec ad uerborũ uenuſtates diuerſitãdũ. Hæc admonitio Tauri de orõnis platonicæ modulis: nõ modo nõ repreſſit: ſed iſtruxit. etiam nos ad elegãtiã græcæ orõnis uerbis latinis affectãdã. Atq; uti quæ dã aĩali um parua & uilia ad imitãdũ ſunt: quas res cũq; audierĩt: uiderintue: petulãtia perĩde nos ea quæ in platonis oratiõe demirabamur. nõ æmulari qdẽ ſed lineas umbraſq; facere auſi fuimus: uelut ipſum ꝙ ex iiſdẽ uerbis illis eius effiximus Omne inqt omnino factũ ſic ſeſe habet: nec turpe eſt quãtum in eo eſt: neq; hõeſtum uelut eſt quas nũc facimus ipſi res: bibere: cãtare: diſſerere. Nihil nã q; hoꝝ ipſum ex ſeſe honeſtũ eſt: quale quũ fieret modo: fact ũ eſt tale extitit. Si recte honeſteq; factũ eſt tũ honeſtũ fit: ſin parum recte turpe fit: ſic amare: ſic amor nõ honeſtus oĩs neq; oĩs laude dignꝰ: ſed q facit nos ut hnoſte amemꝰ.

¶ Quibus temporibus poſt Romam conditam græci romaniq; illuſtres uiri floruerunt: ante ſecundum belllum carthaginenſium. Cap. XXI.

VT cõſpectũ quendã ætatũ antiqſſimaꝝ: itẽ uiroꝝ illuſtriũ: q in iis ætatibus nati fuiſſẽt: hrẽmus ne in ſermõibus forte in cõſpectũ aliqd ſup ætate atq; uita clarorũ hoĩum temere diceremus: ſicut ſophiſta ille ἀπαίδευτος. i. ĩeruditus: q publice nup diſſerẽs. Carneadẽ plurima rege alexãdro Philippi filio pecũia donatũ: & Panætiũ ſtoicũ cum ſupiore Africão uixiſſe dixit: ut ab iſtiuſmõi ĩq̃ tẽpoꝝ: ætatũq; erroribus caueremus: excerpebamus ex libris: q chronici appellantꝰ: qbus tẽporibus floruiſſẽt græci: ſimul atq; Romani uiri: q uel ĩgenio: uel ĩpio nobiles: inſigneſq; poſt cõditã Romã fuiſſẽt añ ſecũdũ bellũ carthaginẽſiũ: eaſq; nũc excerptiões noſtras uariis diuerſiſq; in locis factas: curſim digeſſimus. Neq;. n. id nobis negociũ fuit: ut acri atq; ſubtili cura excellẽtiũ in utraq; gẽte hoĩum συγχρονισμοὺς. i. cõtẽporatiões cõponeremus: ſed ut noctes iſtæ q̃dã tenus his quoq; hiſtoriæ floſculis leuiter iiectis aſpgerentꝰ. Satis ãt uiſũ eſt ĩ hoc cõmẽtario de tẽporibꝰ paucoꝝ hoĩum dicere: ex quoꝝ ætatibus de pluribus quoq; quos nõ noĩaremus: haud difficilis cõiectura fieri poſſet. Incipiemus. n. a Solone claro qm̃ de Homero. & Heſiodo: ĩter oẽs fere ſcriptores cõſtituit ætatẽ eos egiſſe: uel iiſdẽ fere ꝑpibus: uel Homeꝝ aliquãto antiqorẽ: utrũq; tñ ante Romã cõditã uixiſſe. Siluiis albæ regnãtibus: ãnis poſt bellum troianum: ut Caſſius in primo an Solonis tempora Homerus
nalium de Homero atq; Heſiodo ſcriptum reliquit: plus. c. atq;. xl. annis. Ante

Sex & treceti fabii cum uniuersi apud cremera periere

Hesiodus Romam cōditā: ut Cornelius nepos in primo chronicoꝝ de Homero dixit an
nis.c.&.lx. Solonē ergo accepimus unũ ex illo nobili numero ſapientũ: leges
ſcripſiſſe atheniēſiũ Tarqno priſco Romæ regnāte: āno regni ei⁹ triceſimoter
Pyſiſtratus. tio. Seruio aũt Tullio regnāte: Pyſiſtratus athenis tyrānus fuit. Solone āt ī exi
Pythagoras liũ uolũtariũ ꝓfecto: qm̄ id ei p̄dicēti nō creditũ eſt. Poſtea Pythagoras ſami
us in Italiā uenit. Tarqnii filio regnũ obtinēte: cui cognomētũ ſupbus fuit: Iiſ
Archilochus. dēq; tēporib⁹ occiſus eſt Athenis ab Harmodio: & Ariſtogitōe Hipparc⁹ Py
ſiſtrati fili⁹ Hippæ tyrāni frater Archilochũ aũt Nepos Cornelius tradit Tul
lio Hoſtilio Romæ regnāte. iam tũc fuiſſe poematis claꝝ & nobilē. Ducēteſi
mo deīde &.lx. āno poſt romā cōditam: aut nō longe amplius: uictos eſſe ab
atheniēſib⁹ pſas: memoriæ traditũ eſt. Pugnā illā īclytā marothoniā Miltiade
duce: q poſt eā uictoriā dānatus a populo athenienſi in uīculis publicis mortē
Aeſchilus obiit. Tum Aeſchilus athenis tragœdiaꝝ poeta celebris fuit. Romæ āt ferme
ædiles iſtis tpib⁹ tribunos & ædiles tũ primũ p ſeditionē ſibi plebes creauit: Ac nō diu
poſt. Cn. Martius Coriolanus exagitatus: uexatuſq; a tri. ple. ad uolſcos: qui tũ
hoſtes erāt: a rep. deſciuit. bellũq; populo romano fecit. poſt deīde paucis ānis
Themiſtocles. Xerſes rex ab atheniēſib⁹ & pleraq; græcia Themiſtocle duce: nauali prœlio:
qd' ad ſalamina factũ eſt: uictus fugatuſq; eſt. Atq; īde āno fere quarto. Mene
nio Agrippa. Marco Horatio Puluillo cōſulib⁹ bello ueiente apud fluuiũ cre
Fabii merā: ab iis ſex: & trecēti patricii fabii: cũ familiis ſuis: uniuerſi ab hoſtibus cir
cũuēti periere. Iuxta ea tēpora Empedocles agrigētinus in p̄hiæ naturalis ſtu
dio floruit. Romæ aũt p eas tēpeſtates decē uiros legibus ſcribēdis creatos cō
Decēuiri. ſtitit. Tabulaſq; ab iis prīo decē cōſcriptas: mox alias duas additas. Bellũ dein
de terra græcia maximũ pelopōneſiacum: qd' Thucydides memoriæ mādauit
cœptũ ē: circa ānũ fere poſt cōditā Romā. cccxxiiii. Qua tēpeſtate. A. Poſthu
Torqtus mius Torquatus dictator romæ fuit. Qui filiũ ſuũ q contra ſuũ dictũ in ho
Sophocles. ſtē pugnauerat: ſecuri necauit. Hoſtes tũ po. Ro. fuerāt fidenates. Itaq; q īter
Euripides hæc tēpora nobiles celebreſq; erāt. Sophocles ac deīde Euripides tragici poe
Hippocrates tæ: & Hippocrates medicus: & Democritus philoſophus qbus Socrates athe
Democritus niēſis natu quidē poſterior fuit: ſed quibuſdā tēporibus iiſdē uixerũt. Iam de
inde tribunis militaribus cōſulari impio rēpublicam Romæ regentibus ad an
Socrates nũ fere cōditæ urbis. cccxlvii. Triginta illi tyranni præpoſiti ſunt a lacedæmo
Dyoniſi⁹. niis atheniēſib⁹: & in Sicilia Dionyſius ſupior tyānidē tēuit. Pauciſq; ānis poſt
Camillus Socrates athenis capitis dānatus eſt: & in carcere ueneno necatus. Ea fere tem
peſtate romæ. M. Furius Camillus dictator fuit: & ueios cœpit. Ac poſt nō lō
go tempore bellũ ſenonicũ fuit. Tum galli romā præter capitoliũ cœperunt:
Neq; multo poſtea Eudoxus aſtrologus in terra græcia nobilitatus eſt. Lace
dæmoniiq; ab atheniēſibus apud corinthũ ſuperati duce Phormione: Et. M.
Manlius romæ: qui gallos in obſidione capitolii obrepentes per ardua depule
rat: conuictus eſt. conſilium de regno occupādo iniſſe: dānatuſq; capitis e ſaxo
tarpeio: ut. M. Varro ait: præceps datus eſt: ut Cor. autē nepos ſcriptũ reliqt:
uerberando necatus eſt; eoq; ipſo anno: q erat poſt recuperatā urbē ſeptimus

Bellũ Peloponeſiacũ

Quo tempore galli romā ceperūt

Eudoxus Astro

Aristoteles natus est,

Ariſtotelem

Ariſtotelē philoſophū natū eſſe memoriæ mandatū eſt. Aliquot deinde annis
poſt bellū ſenonicū thebani lacedæmonios duce epaminunda apud leuctra ſu
perauerūt.ac breui poſt tpe in urbe Roma lege licinii Stolonis cōſules creati:
& iam ex plebe cœpti: quū antea ius nō eſſet niſi ex patriciis gētibus fieri cōſu
lem.Circa annū deinde urbis cōdite quadringēteſimū.Philippus amyntæ fili
us Alexādri pr̄:regnū macedoniæ adeptus eſt.Inq; eo tpe Alexāder natus eſt
Pauciſq; inde annis poſt Plato philoſophus ad Dionyſiū ſiciliæ tyrānū poſte
riorē profectus eſt.Poſt deīde aliquāto tpe:Philippus apud cheroneā prœlio
magno atheniēſes uicit.Tum Demoſthenes orator ex eo p̄lio ſalutē fuga quæ
ſiuit.Cūq; id ei quod fugerat ꝓbroſe obiiceret̄:uerſu illo notiſſimo illuſit ἀνὴρ
īquit ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχέσεται.i.uir fugiēs & denuo pugnabit.Poſtea philip
pus ex inſidiis occidit̄: & Alexāder regnū adeptus:ad ſubigēdos Perſas in aſi
am atq; in orientē trāſgreſſus eſt.Alter aūt Alexāder:cui cognomētū moloſſo
fuit in Italiā uenit bellū popu.Roma.facturus. Iam enim fama utriuſq; fœlici
tatis romanæ apud exteras gētes eniteſcere incœptabat.Sed priuſq̄ bellū face
ret:uita deceſſit.Eum Moloſſum quū in Italiā trāſiret:dixiſſe accepimus.Se q
dē ad Romāos ire:quaſi in andronitē macedonē iſſe ad p̄ſas:quaſi in gynæco
niten.Poſtea macedo Alexāder pleraq; parte orientali ſubacta:quū annos re
gnauiſſet.xi.obiit mortis diem.Neq; ita lōge poſt Ariſtoteles philoſophus:&
poſt aliq̄to Demoſthenes:uita fūcti ſunt.Iiſdēq; ferme tēpeſtatibus populus
Rom. graui & diutino ſamnitiū bello cōflictatus eſt.Cōſuleſq;.T.Veturius
& ſpurius Poſthumius:in locis iniquis apud caudiū a ſamnitibus circumuala
ti:ac ſub iugū miſſi:turpi fœdere facto diſceſſerūt.Ob eam cām populi iuſſu
ſamnitibus per feciales dediti:recepti nō ſunt.Poſt annū deinde urbis cōditæ
cccc.fere &.lxx.bellū cū rege pyrrho ſumptū eſt.Ea tēpeſtate Epicurus athe
niēſis:& Zeno citiēſis philoſophi celebres erātq;.eodēq; tēpore.C.Fabriti⁹
Luſcinus.&.Q.Aemilius pappus cēſores Romæ fuerūt.&.P.Corneliū Ruf
finum qui bis cōſul & dictator fuerat ſenatu mouerūt.Cauſāq; iſti notæ ſub
ſcripſerūt:ꝙ eum comperiſſent argēti facti cœnæ gratia decē pondo habere.
Anno deide poſt Romā cōditam.cccc.ferme &.xc.cōſulibus Appio Claudio:
cui cognomētū Caudex fuit Appii illius cæci fratre:& Marco Fuluio Flacco:
bellum aduerſus pœnos primū cœptū eſt. Neq; diu poſt Callimachus poeta
cyrenenſis Alexādriæ:apud Ptolemæum regē celebratus eſt.Annis deinde po
ſtea paulo pluribus:q̄.xx.cum pœnis pace facta : cōſulibus Claudio Centone
Appii cæci filio:&.M.Sēpronio Tuditano: primus oīum.L.Liuius poeta fa
bulas docere Romæ cœpit:poſt Sophoclis & Euripidis mortē annis plus fe
re.c.&.lx.poſt Menādri:annis circiter qnquagintaduobus.Claudium & Tuti
danum cōſules ſequunt̄.Q.Valerius &.C.Manilius:quibus natum eſſe.Q.
Enniū poetā.M.Varro in primo de poetis libro ſcripſit:eūq; quum ſeptimū
& ſexageſimū annū ageret:duodecimū annalem ſcripſiſſe.Idq; ipſum Enniū
in eodē libro dicere.Anno deinde poſt Romā cōditā qngēteſimo undeuiceſi
mo Spurius Caruilius Ruga.primus Romæ de amicoꝝ ſententia.diuortiū cū

Eudoxus
M.māili⁹
Ariſtoteles
Conſules
Philippus
Alexāder
Plato
Demoſthenes
Alexāder moloſſus
Obiit morte diem.
Alexādri Mors
Bellū pyrri
Epicurus
Zeno
Primū bellū adversos penos
Callimachus
L.Liuius
Ennius

Quo tpe poetica pmu florere cepit rhome

uxore fecit ꝙ ſterilis eēt. Iuraſſetq; apud cēſores uxorē ſe liberoꝝ quærēdoꝝ cā habere. Eodēq; āno. C. Neuius poeta fabulas apud populū dedit. Q uē. M. Varro in libro de poetis primo ſtipendia feciſſe ait bello punico primo. Idq; ipſum Neuiū dicere in eo carmine quod de eodem bello ſcripſit. Portium aūt Licinium Seruius poeticā Romæ cœpiſſe dicit: in his uerſibus/Punico bello ſecundo muſa pēnato gradu. Intulit ſeſe bellicoſam in Romuli gentem ferā. Ac deinde annis fere poſt. xv. bellum aduerſum pœnos ſumptū eſt. Atq; non nimium lōge. M. Cato orator in ciuitate: & Plautus poeta in ſcæna floruerūt: Iiſdēq; tpibus Diogenes ſtoicus: & Carneades academicus: & Critolaus peripateticus ab atheniēſibus ad ſenatū po. Ro. negocii publici gratia legati ſunt. Neq; magno interuallo poſtea. Q. Ennius: & iuxta Cæcilius & Terentius: ac ſubinde pacuuius: & pacuuio iam ſene Accius: clariorq; tunc in poematis eoꝝ obtrectandis: Lucilius fuit. Sed progreſſi longius ſumus: quum finē propoſuerimus annotatiunculis iſtis bellū pœnoꝝ ſecundum.

Næuius
M. Cato
Plautus
Diogenes
Carneades
Critolaus
Q. Enni⁹
Cæcilius
Terētius
Pacuuius
Accius
Lucilius

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER DECIMVS OCTAVVS.

¶ Diſputationes a philoſopho ſtoico: & contra a peripatetico arbitro phauorino factæ quæſitūq; inter eos quantū in ꝑficiēda uita beata uirtus ualeret: quātumq; eſſet in his quæ dicunt̉ extranea. Cap. I.

Familiares Phauorini duo erāt quidā non incelebres in urbe Roma philoſophi: Eoꝝ fuit unus ꝑipateticæ diſciplinæ ſectator: alter ſtoicæ. Iis quōdā ego acriter atq; cōtente: ꝓ ſuis utriq; decretis ꝓpugnātibus: quū eſſemus una hoſtiæ oēs cum Phauorio: interfui. Ambulamus aūt in littore quū iā adueſperaſceret æſtate anni noui. Atq; ibi ſtoicus cēſebat: & uitā beatam hominū uirtute aī ſola: & miſeriā ſummā malicia ſola poſſe effici: ēt ſi cætera bona oīa quæ corporalia & externa appellarēt̉: uirtuti deeſſēt: maliciæ adeſſēt. Ille cōtra ꝑipateticus: miſerā qdē uitā uitiis aī: & malicia ſola fieri cōcedebat. Sed ad cōplēdos oīs uitæ btē numeros uirtutē ſolā nequaq̄ ſatis eē exiſtimabat qm̄ & corporis integritas: ſanitaſq; & honeſtus modus formæ: & pecūia familiaris: & bona æſtimatio: cæteraq; oīa corporis & fortunæ bona neceſſaria uiderent̉ ꝑficiēdæ beatæ uitæ. Reclamat hoc in loco ſtoic⁹: & tāq̄ ille duas res diuerſas poneret mirabat̉ Q đ quū eſſent malicia & uirtus duo cōtraria uita miſera & beata quoq; æque cōtraria nō ſeruaret in utriſq; uim & naturā cōtrarii Et ad miſeriā quidē uitæ cōficiendā. ſatis ualere maliciā ſolā putaret: ad p̄ſtandā uero uitā beatā nō ſatis ſolā eē uirtutē diceret: Atq; id maxīe diſſidere: neq; cōuenire dicebat: ꝙ qui ꝓfiteret̉ uitā nullo pacto beatā effici poſſe: ſi uirtus ſola abeſſet: idē cōtra negaret beatā fieri uitā: quū ſola uirtus adeſſet: & quē daret hēretq; abſenti uirtuti honorē eūdē petēti atq; p̄ſenti adimeret. Tū ꝑipateticus perq̄ hercle feſtiue:

Vitam beatam

rogo te

rogo te inquit cū bona uenia rñdeas: an exiſtimes eſſe uini amphorā quū abeſt
ab ea unus cōgius. Hæc ubi accepit ſtoicus minime inquit uini amphora dici
pōt ex qua abeſt cōgius. Hoc ubi accepit peripateticus. unus igitur cōgius am
phorā facere dici debebit: qm̄ quū deeſt ille unus nō fit uini amphora: & quū
ac ceſſit: fit amphora. Q uod ſi id dicere abſurdū eſt: uno cōgio ſolo fieri am-
phorā. Itidē abſurdū eſt una ſola uirtute uitā fieri beatam dicere: qm̄ quū uir
tus abeſt: beata eſſe uita nunq̄ pōt. Tū Phauorinus aſpiciēs peripateticū. Eſt
quidē inqt argutiola hæc qua de congio uini uſus es: expoſita in libris. Sed (ut
ſcis) captio magis lepida quā probū aut ſimile argumētū uideri debet. Cōgius
enim quū deeſt efficit quidē ne ſit iuſtæ mēſuræ amphora. Sed quū accedit &
addit᷑: nō ille unus facit amphorā: ſed ſupplet. Virtus aūt (ut iſti dicunt) non
acceſſio: neq; ſupplementū: ſed ſola ipſa uitæ beatæ inſtar eſt. & propterea ui-
tā beatā ipſa ſola una quū adeſt facit. Hæc atq; alia quædā minuta magis: &
nodoſa: tanquā apud arbitrum Phauorinū: in ſuam uterq; ſententiā confere-
bāt. Sed quum iam prima fax noctis: & dēſiores eē tenebræ cœpiſſent: proſe-
cuti Phauorinū in domū in quam diuertebat: diſceſſimus.

¶ Cuiuſmodi q̄ſtionū certatiōibus ſaturnalia ludicra athenis agitare ſoliti ſu
mus atq; inibi inſpſa quædā ſophiſmata. & ænigmata oblectatoria. Cap. II.

SAturnalia athenis agitabamus: hylare pr̄ſum ac modeſte: nō ut dr̄
remittētes aīum. Nam remittere inqt Muſonius: aīum quaſi amit
tere eſt: ſed demulcētes eum paulū atq; laxātes iucūdis: atq; hone
ſtis ſermonum illectationibus. Conueniebamus aūt ad eandem
cœnā cōpluſculi: q Romāi in græciā ueneramus: quiq; eaſdē auditiones eoſdē
q; doctores colebamus. Tū qui & cœnulā ordine ſuo curabat: p̄miū ſoluende
quæſtionis ponebat: librū ueteris ſcriptoris: uel græcū uel latinū: & coronā e
lauro plexā. Totidēq; res quærebat: quot hoīes iſtic eramus. Cūq; eas omnis
expoſuerat rem locūq; dicendi ſors dabat. Q uæſtione igit᷑ ſoluta: corona &
præmio donabat᷑ nō ſoluta aūt trāſmittebat᷑: ad eū qui ſortito ſucceſſerat. Idq;
ī orbē uice pari ſeruabat᷑. Si nemo diſſoluebat quæſtōis eius nodū: p̄miū ipm:
& corona deo cuiꝰ id feſtū erat: dicebat᷑. Q uærebant᷑ aūt res huiuſcemodi: aut
ſnīa poetæ ueteris lepide obſcura: non anxiæ aut hiſtoriæ antiquioris requi-
ſitio: aut decreti cuiuſpiam ex philoſophia perperam inuulgati purgatio: aut
captionis ſophiſticæ ſolutio: aut inopinati rarioriſq; uerbi indagatio: aut tem-
pus item in uerbo perſpicuo obſcuriſſimū. Itaq; nup quæſita eſſe memini nu-
mero ſeptē quorū prima fuit enarratio horum uerſuū qui ſunt in ſatyris. Q.
Ennii: uno multifariā uerbo cōcinniter implicati. quoꝝ exemplū hoc eſt.

Nam qui lepide poſtulat alterum fruſtrari.
Q uem fruſtratur: fruſtra eum dicit: fruſtra eſſe.
Nam qui ſeſe fruſtrari: quem fruſtra ſentit.
Q ui fruſtrat᷑: is fruſtra eſt: ſi non ille eſt fruſtra. Secūda quæſtio fuit: quonā
mō audiri: atq; accipi deberet: quod Plato in ciuitate quā in libris ſuis cōdidit:
τῆς πολιτείας. i. reipublicæ fingebat: κοινὰς τὰς γυναῖκας. i. communes uxores eſſe

Remittet animum

Fruſtrari

Vxores cōmunes

cēſuit:& præmia uiris fortibus ſummiſq; bellatoribus poſuit ſauiationes pu
erorū & puellarū. Tertio in loco hoc quæſitū eſt. In quibus uerbis captionū
iſtarū fraus eſſet: & quo pacto diſtingui reſoluiq; poſſent. Quod nō pdidiſti
habes: cornua nō pdidiſti: hēs igit̄ cornua. Itē altera captio. Quod ego ſum.
id tu nō es: hō igitur tu non es. Quæſitū id quoq; ibi eſt: quæ eſſet huius quo-
q; ſophiſmatis reſolutio: quum mētior & metiri medico mentior: an uerum
dico? Poſtea quæſtio iſtæc fuit. Quam ob cauſam patricii megalenſibus mu
titare ſoliti ſint: plebs cerealibus? Secundum ea quæſitū hoc eſt. Verbum ue-
rāt quod ſignificat: uera dicūt: quis nam ueterum poetarum dixerit? Sexta q̄-
ſtio fuit: aſphodelū cuiuſmodi herba ſit: qd' Heſiodus in iſto uerſu poſuerit:

Vero uerbum

νήπιοι οὐδ᾽ ἴσασιν ὅσω πλέων ἥμισυ παντός.
οὐδ᾽ ὅσον ἐν μαλάχητε καὶ ἀσφοδέλω μέγ᾽ ὄνειαρ. ideſt
Ignorant ſtolidi q̄ toto ſit medium plus
Ac quāta utilitas in malua: atq; aſphodelo ſit. Et qd itē Heſio. dicere ſentiat:
quū dimidiū plus eē toto dicit. Poſtrema q̄ſtionū oium hæc fuit. Scripſerim:
ueneri: legeri: cui⁹ tēporis uerba ſint præteriti an futuri: an utriuſq;. Hæc ubi
ordine quo dixi ꝓpoſita: atq; ſingulis ſorte ductis diſputata explanataq; ſūt: li-
bris corōiſq; omnes donati ſumus: niſi ob unam quæſtionem quæ fuit de uer-
bo uerant. Nemo enim tum commeminerat dictum eſſe a. Q. Ennio id uer-
bum in. xiii. annalium in iſto uerſu. Satin uates uerant ætate in agunda. Coro-
na igitur huius quæſtionis deo feriarum iſtarum Saturno data eſt.

¶ Quid æſchines rhetor ī orōne: q̄ Timarchū de īpudicicia accuſauit: lacedæ
monios ſtatuiſſe dixerit: ſup ſnīa ꝓbatiſſima: q̄ ī ꝓbatiſſim⁹ hō dixiſſet. Ca. III.

AEſchines uel acerimus prudētiſſimuſq; oratoꝝ: q apud cōciones
atheniēſiū floruerūt: ī orōne illa ſeria criminoſaq; & uirulēta: qua
Timarchū de īpudicitia grauiter īſigniterq; accuſauit: nobile & il
luſtre cōſiliū lacedæmoniis dediſſe dicit: uiꝝ īdidē: ciuitatis eiuſdē
principē uirtute atq; ætate magna p̄ditū. Populus inqt lacedæmonius de ſum-
ma rep. ſua qdnā eſſet utile & honeſtū deliberabat. Tum exurgit ſnīæ dicēdæ
gratia. homo quiſpiā turpitudine priſtinæ uitæ defamatiſſimus. Sed ligua tūc
atq; facūdia nimiū quāto præſtabilis: cōſilium quod dabat: quodq; oportere fi
eri ſuadebat: acceptū ab uniuerſis: & cōplacitum eſt. Futurumq; erat ex eius
ſnīa populi decretum. Ibi unus ex illo principum ordine quos lacedæmonii
ætatis dignitatiſq; maieſtate tanq̄ arbitros & magiſtros diſciplinæ publicæ ue-
rebantur: commoto iratoque animo exilit. Et quæ nam inquit lacedæmonii ra-
tio: aut quæ tandem ſpes erit urbem hanc: & hanc rempublicam ſaluam inex
pugnabilemq; eſſe diutius poſſe: ſi huiuſcemodi: anteactæ uitæ hominibus
conſiliariis utemur? q; ſi proba iſtæc & honeſta ſnīa eſt: quæſo uos non ſina-
mus eandem dehoneſtari turpiſſimi auctoris cōtagione. At ubi hoc dixit: ele-
git uiꝝ fortitudine atq; iuſtitia præter alios præſtantem: ſed inopi lingua & in-
facundum. Iuſſitque eum conſenſu petituq; omnium eandem illam ſnīam di-
ſerti uiri: cuiuſmodi poſſet uerbis dicere: ut nulla prioris mentione habita. ſci-

tũ atq; decretũ populi ex ei⁹ unius noĩe fieret: qđ ipſũ denuo dixerat. Atq; ita ut ſuaſerat prudẽtiſſim⁹ ſenex factũ ẽ. Sic bõa ſñia mãſit. Turpis auctor mutat⁹ ẽ.

❡ Quod Sulpitius Apollinaris prædicantem quendam a ſeſe uno Saluſtii hiſtoria intelligi illuſit quæſtione ꝓpoſita: quid uerba iſta apud Saluſtiũ ſignificarent. Per incertum ſtolidior an uanior. Cap. IIII.

Qvum iam adoleſcentuli Romæ prætextam: & puerilem togã mutaſſemus: magiſtroſq; tunc nobiſmetipſis exploratiores quærere mus. in ſandaliario forte apud librarios fuimus: quum ibi in multorum hominũ cœtu Apollinaris Sulpitius uir in memoria noſtra præter alios doctus iactatorem quempiam & uendicatorem ſaluſtianæ lectionis irriſit: illuſitque genere illo facetiſſimæ diſſimulationis qua Socrates ad ſophiſtas utebat͛. Nã quum ille ſe unũ & unicum lectorem eſſe: enarratorẽq; Saluſtii diceret: neq; primam tãtum cutem: ac ſñiarũ ſpeciem ſed ſanguinẽ quoq; ipſum: ac medullã uerboꝝ eius eruere: atq; introſpicere penitus prædicaret. Tum Apollinaris amplecti uenerariq; ſe doctrinas illius dicẽs. Per ĩquit magiſter optĩe exoptatus mihi nũc uenis: cũ ſanguine & medulla: Saluſtii uerboꝝ. Heſterno enim die quærebat͛ ex me: quidnã uerba eius hæc in quarto hiſtoriaꝝ libro de Cn. Lẽtulo ſcripta ſignificẽt: de quo ꝑ incertũ fuiſſe ait: ſtolidiorne eẽt: an uanior. Eaq; ipſa uerba uti ſunt a Saluſtio ſcripta dixit. Atq; Cn. Lentulus patriciæ gẽtis collega eius: cui cognomẽtũ Clodiano fuit ꝑ ĩcertum ſtolidior: an uanior legẽ de pecunia: quã ſylla emptoribus bonoꝝ remiſerat: exigẽda promulgauit. Quæſitum ergo ex ſe Apollinaris: neq; id ſe diſſoluere potuiſſe aſſeuerabat: quid eſſet uanior: quid ſtolidior: quoniã Saluſtius ſic ea ſeparaſſe atq; oppoſuiſſe ĩter ſe uideret͛ tanq̃ diuerſa ac diſſimilia: nec eiuſdẽ utraq; uitii forent. Ac ꝓpterea petebat: uti ſe doceret: ſignificationes utriuſq; uocis & origines. Tum ille rictu oris labiorumq; ductu cõtẽni a ſe oſtẽdens & rem de qua quæreretur. & hominem ipſum qui quæreret. Priſcorum inquit & remotorum ego uerborum medullas & ſanguinem (ſicuti dixi) perſpicere & elicere ſoleo non iſtorum quæ proculcata uulgo & protrita ſunt: Ipſo illo quippe Cn. Lentulo ſtolidior eſt & uanior qui ignorat eiuſdem ſtultitiæ eſſe uanitatẽ & ſtoliditatem. Sed ubi hoc dixit: media ipſa ſermonum reliquit & abire cœpit. Nos deinde eum tenebamus: urgebamuſq; : & comprimis Apollinaris ut de uocabulorum iſtorum uel differẽtia: uel ſi ei ita uideretur: ſimilitudine plenius apertiuſq; diſſereret: & ut ne ſibi inuideret diſcere uolentibus orabat. Atq; ille ſe iam plane illudi ratus: negocium ſibi eſſe cauſat͛: & digreditur. Nos aũt poſtea ex apollinari didicimus: uanos ꝓprie dici: nõ ut uulgus diceret: deſipiẽtis: aut hebetes: aut ineptos ſed ut ueterum doctiſſimi dixiſſent: mendaces & infidos: & leuia inaniaq; pro grauibus & ueris aſtutiſſime componentes. Stolidos autem uocari non tam ſtultos & excordes: q̃ tetros & moleſtos illepidos: quos græci μοχθηρούς καὶ φορτικούς. ideſt improbos atq; importunos dicerent. Et unamquamq; harum uocum origines ſcriptas eſſe dicebat in libris nigidianis: quos ego requiſitos & repertos cum primarũ ſignificationum exemplis:

Vanus .i. mẽdax & ĩfidus

Stolidus teter & moleſtus

ut commentariis harum noctium inſerrem: notaui. Et intuliſſe iam me aliquo in loco commentationibus iſtis exiſtimo.

¶ Quod. Q. Ennius in ſeptimo annali quadrupes eques: & non quadrupes equus: ut legunt multi: ſcriptum reliquit. Cap. V

CVm Antonio Iuliano rhetore uiro hercle bono: & facundiæ floré tís cõplures adoleſcẽtuli familiares eius: putæolis æſtiuaꝝ ludum & iocum in litteris amœnioribus & in uoluptatibus pudicis honeſtiſq; agitabamus. Atq; ibi tunc Iuliano nunciatᷣ. ἀναγνώστην. i. prælectorem quendam non indoctum hoiem uoce admodum ſcita & canora Ennii annales legere ad populũ in theatro. Eamus inqt auditum neſcio quem iſtum Enniániſtam. Hoc enim ſe ille nomine appellari uolebat: quem quum iam inter ingentes clamores legentem inueniſſemus: legebat autem librum ex annalibus Ennii. vii.

Ennianiſta

Hos eum primum uerſus perperam pronunciantem audiuimus.

Deniq; ui magna quadrupes equus atq; elephanti
Proiiciunt ſeſe. Neq; poſtea multis uerſibus additis: celebrãtibus eum laudantibuſq; oibus diſceſſit. Tum Iulianus egrediẽs e theatro: qd uobis inqt de hoc ἀναγνώστη. i. lectore & quadrupede equo uideť? Sic enim ꝑfecto legit. Denique ui magna quadrupes equus atq; elephãti Proiiciunt ſeſe. Ecquid putatis ſi magiſtrum prelectorẽq; habuiſſet alicuius æris: quadrupes equus dictuꝝ fuiſſe: ac nõ quadrupes eques? qď ab Ennio ita ſcriptum relictũq; eſſe nemo unus literaꝝ ueteꝝ diligens dubitauit. Cũq; aliquot eoꝝ qui aderãt: quadrupes equus apud ſuũ quiſq; grãmaticũ legiſſe ſe dicerẽt: & mirarenť qdnã eẽt quadrupes eques. Vellẽ uos inqt optimi iuuenes tã accurate. Q. Enniũ legiſſe q̃ P. Virgilius legerat: q hũc eius uerſũ ſecutus in georgicis ſuis: eqtẽ ꝑ equo poſuit i his uerſibus Frena peletronii: lapithe gyroſq; dedere Impoſiti dorſo: atq; eqtẽ docuere ſub armis Inſultare ſolo: & greſſus glomerare ſupbos. In quo loco eqtẽ ſiqs mõ nõ inſcite iepteq; argutior ſit: nil põt accipi aliud niſi equũ. Pleraq;. n. ueterũ ætas: & hoiem equo inſidentẽ: & equũ qui inſidereť: equitẽ dixerunt. Propterea equitare ẽt q, uerbũ e uocabulo equitis inclinatum eſt: & hõ equo utens: & equus ſub homine gradiens dicebať. Lucilius adeo uir apprime linguæ latinæ ſciens equum equitare dicit his uerſibus.

Eques ꝑ equo

Quem hinc currere equum nos atq; equitare uidemus. et
His equitat curritq; oculis equitare uidemus & illud
Ergo oculis equitat. Sed enim contentus inquit ego his non fui.
Et ut non turbidæ fidei: nec ambiguæ: ſed ut pure liquentiſque eſſet: equus ne an eques Ennius ſcriptum reliquiſſet: librum ſummæ atque reuerendæ uetuſtatis: quem fere conſtabat Lampadionis manu emendatum ſtudio precioque multo unius uerſus inſpiciendi gratia conduxi & eques non equus ſcriptum in eo uerſu inueni. Hæc tum nobis Iulianus: & multa alia erudite ſimul & affabiliter dixit. Sed eadem ipſa poſt etiam in peruulgatis commẽtariis ſcripta offendimus.

¶ Quid

¶ Quid Helius meliſſus in libro cui titulum fecit de loquendi proprietate: quem quum ederet cornum eſſe copiæ dicebat: rem ſcripſit neq; dictu neq; auditu dignam: quum differre matronam: & matremfamilias exiſtimauit differentia longe uaniſſima. Caput. VI.

HElius meliſſus in noſtra memoria fuit Romæ ſummi quidem loci inter grãmaticos & tẽporis. ſed maiore in litteris erat iactantia: & σοφιστεια: ideſt elatiõe: q̃ opera. Is præter alia quæ ſcripſit cõpluria: librũ cõpoſuit ut tum uidebatur: cum eſt editus doctrinæ inclytæ. Ei libro titulus eſt ingentis cuiuſdam illecebre ad legendũ. Scriptus quippe eſt de loquẽdi proprietate. Quis adeo exiſtimet loqui ſe recte atq; proprie poſſe: niſi illas meliſſi proprietatis perdidicerit? ex eo libro hæc uerba ſunt. Matrona eſt quæ ſemel peperit: quæ ſæpius materfamilias ſicuti ſus: quæ ſemel peperit porcetra quæ ſæpius ſcropha. Vtrum autem hoc de mr̃ona ac de matrefamilias: meliſſus excogitauerit ipſe & coniectauerit an ſcriptum ab aliquo legerit: ariolis profecto eſt opus. Nam de porcetra habet ſane auctorem Pomponiũ ĩ attellana quæ hoc eodem uocabulo inſcripta eſt. Sed matronam non eſſe appellatam: niſi quæ ſemel peperit: neq; matremfamilias: niſi quæ ſæpius: nullius ueterum ſcriptorum auctoritatibus confirmare poteſt. Enim uero illud compendio probabilius eſt: quod idonei uocum antiquarum enarratores tradiderunt. matronam dictam eſſe proprie quæ in matrimonium cum uiro conueniſſet: quoad in eo matrimonio maneret etiã ſi ſibi liberi nondum nati forent: dictamq; eſſe ita a matris nomine non adepto: iam ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendo. unde ipſum quoq; matrimonium dicitur. matrem autem familias appellatam eſſe eam ſolam: quæ in mariti manu mancipioq;: aut in eius in cuius maritus manu mancipioq; eſſet: quoniam non in matrimonium tantum: ſed in familiam quoq; mariti: & in ſui hæredis locum ueniſſet.

Porcetra. Scropha

Mr̃ona

Materfamilias

¶ Quẽ in modũ Phauorinus tractauerit intempeſtiuum quædam de uerborũ ambiguitatibus quærẽtẽ: atq; ibi quot ſignificatiões capiat cõcio. Cap. VII

DOmitio homini docto celebriq; in urbe Roma grammatico: cui cognomentum inſano factum eſt: quoniam erat natura intractabilior & moroſior. Ei Domitio Phauorinus noſter quũ forte apud phanum Carmentis obuiam ueniſſet: atq; ego cum Phauorino eſſem. Quæſo inquit te magiſter dicas: mihi num erraui: quod quum uellẽ δημηγορίας latine dicere: cõciones dixi? dubito quippe & requiro: an ueterum eorum qui electius locuti ſunt pro uerbis & oratione: dixerit quis concionem? Tum Domitius uoce atq; uultu atrociore. Nulla inquit prorſus bonæ ſalutis ſpes reliqua eſt quum uos quoq; philoſophorum illuſtriſſimi nihil iam aliud q̃ uerba: auctoritateſque uerborum cordi habeatis. Mittã autem librum tibi: in quo id reperias quod quæris. Ego enim grammaticus uitæ iam atq; morum diſciplinas quæro. Vos philoſophi mera eſtis: ut. M. Cato ait mortuaria gloſſaria. Nam qui collegiſti & lectitaſti res tetras: & inanes friuolas: tanquam mulierum uoces præficarum. Atq; utinam inquit muti omnes homines eſſemus: mi

Domiti insanus

Concio

nus improbitas inſtrumenti haberet. Cumq; digreſſi eſſemus: non tẽpeſtiue inquit Phauorinus hunc hominem acceſſimus. uidetur enim mihi ἐπιμαίνεσθαι idest furere & inſanire. Scitote tamen intẽperiem iſtam: quæ μελαγχολία. ideſt atrabilis dicitur: non paruis nec abiectis ingeniis accidere: ἀλλὰ εἶναι σχεδόν τι τὸ πάθος τοῦτο ἡρωικὸν.. ideſt & affectionẽ fere hanc heroicam eſſe: & ueritates plerũq; fortiter dicere: ſed reſpectum nõ habere μήτε καιροῦ μήτε μέτρου. ideſt neq; tẽporis neque modi. Vel ipſum quale hoc exiſtimatis: quod nunc de philoſophis dixit? Nõne & ſi antiſthenes: aut diogenes dixiſſet: dignum memoria uiſum eſſet? Miſit autem paulopoſt phauorino librum quem promiſerat Verrii opinor Flacci erat: in quo ſcripta ad hoc genus quæſtionis pertinẽtia hæc fuerũt. Senatum dici & pro loco: & pro hominibus. Ciuitatem & pro loco: & pro oppido: & pro iure quoq; omnium: & ꝓ hominum multitudine. Tribus quoq; & decurias dici & pro loco: & pro iure: & pro hominibus. Contionem autẽ tria ſignificare: locum ſuggeſtum ꝗ unde uerba fierẽt. item ſignificare cœtum populi aſſiſtentis: item orationem ipſam quæ ad populum diceret. Sicut. M. Tullius in oratione quæ inſcripta eſt. contra contionem. Q. Metelli. Aſcẽdi inquit in contione: concurſus eſt populi factus. Sicuti idem. M. Tullius in oratore ait. Cõtiones ſæpe exclamare uidi. quũ apte uerba cecidiſſent. Etenim expectant aures: ut ex uerbis colligetur ſentẽtia. Exempla in eo libro ſcripta non erant: ſed nos poſtea phauorino deſideranti harum omnium ſignificationum monumenta: & apud Ciceronem ſicut ſupra ſcripſi: & apud elegantiſſimos ueterum reperta exhibuimus. Id autem potiſſimum expetebat: contionem eſſe dictam pro uerbis & oratiõe docuit titulus tulliani libri qui a. M. Cicerone inſcriptus eſt. Contra contionem. Q. Metelli: quo nihil profecto ſignificatur aliud: quam ipſa quæ a Metello dicta eſt oratio.

Senatus
Ciuitas
Tribus
Concio

¶ Ὁμοιοτέλευτα, καὶ ὁμοιόπτωτα. ideſt ſimiliter finiẽtia & ſimiliter cadentia. Atque alia id genus: quæ ornamenta orationis putãtur inepta eſſe & puerilia Lucilii quoque uerſibus declarari. Caput VIII.

Ὁμοιοτέλευτα, καὶ ἰσοκατάληκτα, καὶ πάρισα. καὶ ὁμοιόπτωτα. ideſt ſimpliciter finientia: & æqualiter deſinentia: & comparia & ſimiliter cadentia. Cæteraq; huiuſmodi ſcitamenta: quæ iſti ἀπειρόκαλοι. ideſt inhoneſti & ſordidi: qui ſe Iſocraticos uideri uolunt: in collocandis uerbis immodice faciunt & rancide: quam ſint inſipida & inertia & puerilia facetiſſime hercle ſignificat in quinto ſatyrarũ Lucilius. Nam ubi eſt cũ amico conqueſtus: quod ad ſe ægrotum non uiſeret: hæc ibidem addit feſtiuiter.

Iſocraticos

Quo me habeam pacto tametſi non quæris: docebo.
Quando in eo numero manſi quo in maxima non eſt
Pars hominum ut periiſſe uelis: quem nolueris: cum
Debueris: hoc nolueris: & debueris: te
Si minus delectat: ꝗ ἄτεχνον Iſocratium hoc eſt.
ὀχληρῶδες quæ ſimul totum καὶ συμμειρακιῶδες.
Non operam perdo. Si tu huc.

¶ Quid

¶ Quid ſignificet apud. M. Catonem uerbum inſecēda: quodq; inſecēda potius legendum ſit: q̄ ꝙ pleriq; exiſtimant inſequenda. Cap. IX.

ET ſequor & item ſecta: ꝙ ſecutio cōſuetudine loquendi differunt: ſed qui penitus ĩſpexerit: origo & ratio utriuſq; una eſt. Doctores quoq; & interpretes uocum græcarum ἄνδραμοι ἔννεπε μοῦσα. ideſt Dic mihi muſa uirum καὶ Et ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι. ideſt Pandite nunc muſæ mihi dictum putant quod latine inſequi dicitur. Namq; in altero. n. geminum: in altero ſcilicet eſſe tranſlatum dicunt. Sed etiam ipſum illud ἔπη: ideſt carmina: quod ſignificat uerba aut uerſus non aliunde eſſe dictum tradunt quam ἀπὸ τοῦ ἕπεσθαι, καὶ εἰπεῖν: ideſt ab eo quod eſt ſequi & dicere. Eadem ergo ratione antiqui noſtri narrationes ſermoneſq; inſectiones appellitauerunt.

Secta ĩſecenda

ĩſectiões.

¶ Errare iſtos qui in exploranda febri pulſus uenarum pertentari putant: nō arteriarum. Caput. X.

IN herodis Cl. V. uillā: quæ eſt in agro attico loco qui appellat̃ cephyſiæ: aquis & lucis & nemoribus frequentē: æſtu āni medio cōceſſerā. Ibi aluo mihi cita & accedēte febri rapida decubuerā: eo caluiſius Taurus philoſophus: & alii quidā ſectatores eius: quum athenis uiſendi mei gratia ueniſſēt: medicus qui tū in iis locis reptus aſſidebat mihi: narrare Tauro cœpat: quid incōmodi paterer: & q̄bus modulis q̄buſq; interuallis accederet febris decederetq;. Tū in eo ſermone quū iam me ſinceriore corpuſculo factū diceret. Potes inquit Taure tu quoq; idipſum cōprehendere ἐὰν ἅψῃ αὐτοῦ τῆς φλεβός: ideſt ſi attrectaris uenā eius. Quod noſtris uerbis ꝓfecto ita dicitur. Si attigeris uenā illius. Hāc loquēdi ĩperitiā: ꝙ uenā pro arteria dixiſſet: quū in eo docti hoīes qui cū Tauro erāt tāquā mime utili medico offendiſſent: atq; id murmure & uultu oſtēderent. Tū ibi Taurus ut mos eius fuit: ſatis leuiter: certi ĩquit ſumus uir bone: nō ignorare te quid uena appelletur: & quid arteria: quod uenæ quidē ſuapte ui ĩmobiles ſint & ſanguinis tantum demittendi gratia explorentur. Arteriæ autē motu atq; pulſu ſuo hitum & modum febrium demonſtrent. Sed ut uideo peruulgate magis quam ĩſcite locutus es. Non enim te ſolum: ſed alios quoq; itidem errantis audiui: uenam pro arteria dicere. Fac igitur ut experiamur elegātiorē eſſe te in medendo quā in dicēdo: & cū diis beneuolētibus opera tua ſiſtas hunc nobis ſanum: atq; ualidum quā citiſſime. Hoc ego poſtea quū in medico reprehēſum eē meminiſſem: exiſtimaui nō medico ſoli: ſed oībus quoq; hominibus liberis liberaliter ꝙ inſtitutis turpe eſſe ne ea quidē cognouiſſe ad notitiā corporis noſtri ꝑtinētia: quæ non altius occultiuſq; remota ſunt: & quæ natura nobis tuendæ ualitudinis cauſa: & in prōptu eſſe: & in propatulo uoluerit. Ac propterea quantum habui temporis ſubſiciui: medicinæ quoq; diſciplinæ libros attigi: quos arbitrabar eſſe idoneos ad docēdum. Et ex iis cum alia pleraq; ab iſto humanitatis uſu non aliena: tum de uenis quoq; & arteriis didiciſſe uideor ad hunc ferme modum. Vena eſt conceptaculum ſanguinis: quod ἀγγεῖον. ideſt uas & conceptaculum medici uocāt: mixti confuſiq; cū ſpiritu naturali: in quo ſāguinis eſt:

Vena

Arteria

Vena qđ ſit Arteria quid

Arteria

minus ſpiritus. Arteria eſt conceptaculum ſpiritus naturalis: mixti confuſiq; cum ſanguine: in quo plus ſpiritus eſt minus ſanguinis: σφυγμὸς. ideſt pulſus autem eſt itentio motus. & remiſſio in corde & in arteria naturalis: non arbitrarii: a medicis aũt ueteribus oratione græca ita definitus eſt: σφυγμὸς ἐςι διασολὴ, καὶ συςολὴ ἀδιαίρετος ἀρτηρίας καὶ καρδίας. ideſt pulſus eſt diſperatio & cõtractio idiuiſibilis arteriæ & cordis. Vel σφυγμὸς ἐςι παλμος. ἢ ζέσις. φλεβὸς. ἢ ἀρτηρίας. i. pulſus eſt ſubſultio & palpitatio: uel ebulitio uenæ & arteriæ.

¶ Verba ex carminibus Furii antiatis inſcite a Ceſellio uindice reprehẽſa uerſuſq; ipſi in quibus ea uerba ſunt ſubſcripti. Cap. XI.

NOn hercle idem ſentio cum Ceſellio Vindice grãmatico: ut mea opinio eſt: haud quaq̃ inerudito: Verum hoc tamen petulanter inſciteq; ꝙ Furium ueterem poetam dedecoraſſe linguam latinam ſcripſit huiuſcemodi uocum fictionibus: quæ mihi quidẽ neq; abhorrere a poetica facultate uiſæ ſunt: neq; dictu ꝓfatuq; ipſo tetræ aut iſuaues eſſe. Sicuti ſunt quædam alia ab illuſtribus poetis ficta dure & rancide: quæ repræhendit autem Ceſellius furiana hæc ſunt quod terram in lutum uerſam luteſcere dixerit & tenebras in noctis modum factas nocteſcere: Et priſtinas recipere uires uireſcere: Et ꝙ uentus mare cæruleum criſpicans: niteſcere facit purpurat dixerit: Et opulentum fieri opuleſcere. Verſus autem ex poematis furianis: in quibus hæc uerba ſunt ſubdidi.

Luteſcer. Nocteſcere. Purpurat. Opuleſcere.

Carmina furii poete

Sanguine diluitur tellus: caua terra luteſcit.
Omnia noteſcunt tenebris caliginis atræ.
Increſcunt animi uireſcit uulnere uirtus.
Sicut fulica leuis uolitat ſuper æquora claſſis.
Spiritus eurorum uirides cum purpurat undas.
Quo magis in patriis poſſint opuleſcere campis.

¶ Morem iſtum ueteribus noſtris fuiſſe uerba patiendi mutare ac uertere in agendi modum. Cap. XII.

ID quoq; habitũ eſt in oratiõe faciẽda elegantiæ genus ut pro uerbis hñtibus patiẽdi figurã agentia ponerent: ac deinde hæc inter ſeſe mutua inuerterẽt. Terentius in comœdia. Pallium inquit Flacci: ut ſplendeat. Nonne hoc impendio uenuſtius gratiuſq; eſt quã ſi diceret: ne maculetᷣ? Plautus etiam nõ diſſimiliter. Quid eſt hocᷣ rogat pallium. Amictus non ſum commode. Itidem. Plautus pulueret dicit non ꝙ puluere impleat: ſed ꝙ ipſum pulueris plenum ſit. Exi tu daue: age ſparge. mundum eſſe hoc ueſtibulum uolo. Venus uentura eſt noſtra: nolo hoc pulueret. In Aſinaria quoq; contemples dicit pro contempleris. Meum caput contemples: ſi quidem e re conſultes tua. Cn. Vellius in annalibus: poſtq̃ tempeſtas ſedauit. Atherbal taurum immolauit. M. Cato in originibus. Eodem nomine complures ex agro acceſſitauere: eo res eorum auxit: Varro in libris quos ad marcellũ de lingua latina fecit. In priore uerbo graues proſodiæ: quæ fuerunt manent; reliquæ mutant inquit elegantiſſime pro mutantᷣ. põt etiam id quoq;

Pulueret. Contemples.

ab eodem

ab eodem Varrone in.vii.diuinarum ſimiliter dictum uideri. Inter duas filias regum quid mutet inter antigonam & Tulliam eſt enim aduertere. Verba autem patiendi pro agentibus in omnibus ferme ueterũ ſcriptis reperiuntur. Ex quibus ſunt pauca iſta quæ nunc meminimus. muneror te pro munero: & ſignificor pro ſignifico: & ſacrificor pro ſacrifico: & aſſentior pro aſſentio & fœneror pro fœnero: & pigneror pro pignero: & alia iſtiuſmodi pleraq; perinde ut in legendo fuerint obuia notabuntur.

Muneror. Significor. Sacrificor Aſſentior

Nota

¶ Quali talione Diogenes philoſophus uſus ſit: pertẽtatus a dialectico quodam ſophiſmatico impudenti. Cap. XIII.

Saturnalibus athenis alea quadam feſtiua: & honeſta luxitabam' huiuſcemodi ubi cõueneramus compluſculi eiuſdẽ ſtudii homines: ad leuandum tempus captiones quæ ſophiſmata appellant: mente agitabamus. Eaſq; quaſi talos: aut teſſerulas in medium uice ſua quiſque iaciebamus. Captionis ſolutæ: aut parum intellectæ præmium pœna ue erat: nummus unus ſeſtertius. Hoc ære collecto quaſi manuario cœnula parabatur omnibus qui eum luſum luſeramus: erant autem captiones ad hoc fere exemplum: tãetſi latina oratione non ſatis ſcite: ac pene etiam illepide exponuntur. Quod nix eſt: hoc grando non eſt: nix aũt alba eſt: grando igitur alba non eſt. Item aliud non diſſimile. Quod hõ eſt hoc nõ eſt equus. homo autem animal eſt. equus ergo animal non eſt. Dicere ergo debebat q ad ſophiſma diluendũ ac refellendũ ritu aleatorio uocatus erat: in qua parte quoq; in uerbo captio foret. Quid dari concediq; non oporteret niſi dixerat nũmo ſingulo mulctabatur: ea mulcta cœnam iuuabat. Libet autem dicere q̃ facete Diogenes ſophiſma id genus: quod ſupra dixi: a quodã dialectico ex Platonis diatriba per cõtumeliam propoſitum remuneratus ſit. Nam quum ita rogaſſet dialecticus Quod ego ſum tu non es: & Diogenes ãnuiſſet: atq; ille addidiſſet. Homo autem ego ſum quum id quoq; aſſenſus eſſet & contra dialecticus ita concluſiſſet. homo igitur tu non es. Hoc quidem inquit Diogenes falſum eſt: & ſi uerum id fieri uis: a me incipe.

Sophiſma

Ex diatriba

Diogenis reſponſio

¶ Quid ſit numerus hemiolios: quid epitritos: & qd' uocabula iſta non facile noſtri auſi ſunt uertere in linguam latinam. Cap. XIIII

Figuræ quædam numerorum: quas græci certis nominibus appellant uocabula in lingua latina nõ habent. Sed q de numeris latine ſcripſerunt græca ipſa dixerunt: fingere autem noſtra (quoniam id abſurde futurum erat) noluerunt. Quale enim fieri nomen poſſet hemiolio numero: aut epitrito: Eſt autem hemiolios qui numerum aliquẽ totum in ſe habet dimidiumq; habet eius: ut tres ad duo. quĩdecim ad decem: triginta ad uiginti. Epitritos autem eſt qui habet totum aliquem numerum & eiuſdem partem tertiam. ut quatuor ad tres: duodecim ad nouem: quadraginta ad triginta. Hæc autem notare: atque meminiſſe non ab re uiſum eſt: quoniam uocabula iſta numerorum niſi intelliguntur: rationes quædam ſubtiliſſimæ in libris philoſophorum ſcriptæ percipi non queunt.

Hemiolios Epitritos.

¶ Quod.M.Varro in herois uerſibus obſeruauerit rem nimis anxiæ & curioſæ obſeruationis. Cap. XV.

IN longis uerſibus qui hexametri uocantur:itē in ſenariis animaduerterūt metrici duos primos pedes:item extremos duos habere ſingulas poſſe integras partes orationis:medios haud unq̃ poſſe. Sed cōſtare eos ſemp ex uerbis aut diuiſis aut mixtis:atq; cōfuſis. M.etiā Varro ĩ libris diſciplinaꝝ ſcripſit obſeruaſſe ſe in uerſu hexametro:ꝙ omni modo quintus ſemipes uerbum finiret:& ꝙ priores quinq; ſemipedes æque magnam uim haberent in efficiēdo uerſum:atq; alii poſteriores ſeptem. Idq; ipſum ratione quadam geometrica fieri diſſerit.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER DECIMVSNONVS.

¶ Reſponſio cuiuſdam philoſophi interrogati quam ob cauſam maris tempeſtate puluerat. Caput. I.

NAuigabamus a Caſſiopia ad brūduſium mare ioniū uiolētum:& uaſtum:& iactabūdū. Nox deide quæ diem primū ſecuta eſt:in ea fere tota uentus a latere ſæuiens nauem undis cōpleuerat. Tū poſtea quum plorantibus oibus noſtris atq; in ſentina ſatis agentibus:dies quidem tandē illuxit. Sed nihil de periculo de ſæuitiaue remiſſum. Quin turbines etiā crebriores:& cælum atrum:& fumigantes globi:& figuræ quædā nubium metuēdæ: quas typhonas uocabāt: impēdere imminereque:ac depreſſuræ nauem uidebantur. In eadem fuit philoſophus in diſciplina ſtoica celebratus:quem ego athenis cognoueram:non parua uirum auctoritate:ſatiſque attente diſcipulos iuuenes continentem. Eū tunc in tantis periculis:īque illo tumultu cæli mariſque requirebam oculis ſcire cupiens quonam ſtatu aĩ:& an intrepidus interituſque eſſet. Atque ibi hominem conſpicimus impauidum & extrilidum:ploratus quidem nullos ſicut cæteri omnes:nec ullas eiuſmodi uoces ſcientem:ſed coloris & uultus turbatione:non multum a cæteris differentem. At ubi cælum enituit:& deferbuit mare & ardor ille periculi deflagrauit:accedit ad ſtoicum græcus quiſpiam diues ex aſia:magno(ut uidebamus)cultu paratuq; rerum & familiæ atq; ipſe erat multis corporis aiq; delitiis diffluens. Is quaſi illudens Quid hoc eſt inquit o philoſophe:qđ quū in piculis eſſemus:timuiſti tu & palluiſti? Ego neq; timui nec pallui. Et philoſophus aliquantulū contatus:an rñdere ei conueniret. Siquid ego inquit in tanta uiolentia tempeſtatum uideor paulum pauefactus:non tu iſtius rei ratiōe audiēda dignus es. Sed tibi ſane Ariſtippus ille diſcipulus pro me reſpōderit qui quū in ſimili tēpore a ſimillimo tui homine īterrogatus q̃re philoſophus timeret:quum ille contra nihil metueret? Non eandem eſſe cau-

ſam ſibi

ſam ſibi atque illi reſpondit. quoniam is quidem eſſet nõ magnopere ſolicitus Nebulo
pro anima nequiſſimi nebulonis. Ipſum autem pro Ariſtippi anima timere.
His tũc uerbis ſtoicus diuitem illum aſiaticum a ſeſe amolitus eſt. Sed poſtea
quum brunduſium aduentaremus molitiq; eſſent uenti maris: percõtatus eum
ſum: quænam illa ratio eſſet pauoris ſui? quam dicere ei ſuperſediſſet: a quo fu
erat non ſatis digne compellatus. Atq; ille mihi placide & communiter: quoniã
inqt audiẽdi cupidus es audi: qd ſup iſto breui quidem: ſed neceſſario & na-
turali pauore: maiores noſtri cõditores ſectæ ſtoicæ ſenſerit: uel potius inquit
lege. Nam & facilius credideris ſi legas: & memineris magis. Atq; ibi coram Sarcinula
ex ſarcinula ſua librum protulit Epicteti philoſophi quintum διαλέξεων: ideſt
diſputationum quas ab Ariano digeſtas congruere ſcriptis ζήνωνος: ideſt Ze
nonis & Chryſippi non dubium eſt. In eo libro ſcilicet græca oratione ſcrip-
tum ad hanc ſententiam legimus. Vires animi: quas φαντασίας: ideſt imagines
philoſophi appellant: quibus mens hominis prima ſtatim ſpecie accidentis ad
animum rei pellitur non uoluntatis ſunt neque arbitrii: ſed ui quadam inferũt
ſeſe hominibus. Noſcitandæ probationes aũt: quas συγκαταθέσεις: ideſt aſſenſi
ones uocant: quibus eadem uiſa noſcuntur ac diiudicantur: uoluntariæ ſunt
fiũtq; hominũ arbitratu. Propterea cum ſonus aliquis formidabilis aut e cælo:
aut ex ruina: aut repentinus neſcius periculi nuncius: uel quid aliud eiuſmodi
factum eſt: ſapientis quoque animum pauliſper moueri: & contrahi: & palle-
ſcere: neceſſum eſt: non opinione alicuius mali præcepta: ſed quibuſdam mo-
tibus rapidis & inconſultis officium mentis atq; rationis peruertentibus. Mox
tamen ille ſapiens ibidem τὰς τοιαύτας φαντασίας: ideſt eiuſmodi imagines uiſa
iſtæc animi ſui terrifica non approbat: hoc eſt: οὐ συγκατατίθεται οὐδὲ προσεπιδοξά
ζει: ideſt non aſſentit: neque coopinatur: ſed abiicit reſpuitq;. nec ei metuendũ
eſſe in iis quicq̃ uidet: atq; hoc inter inſipientis: ſapiẽtiſq; animum differre di-
cunt. Quod inſipiens qualia ſibi eſſe primo animi ſui pulſu uiſa ſunt: ſæua &
aſpera: talia uere eẽ putat: & eadem incepta tanq̃ ſi iure metuẽda ſint: ſua quo
que aſſenſione approbat καὶ προσεπιδοξάζει: ideſt coopinatur. Hoc enim uerbo
ſtoici quum ſuper iſta re diſſerunt: utuntur. Sapiens autem quum breuiter ac
ſtrictim colore atq; uultu motus eſt: οὐ συγκατατίθεται: ideſt non approbat: ſed
ſtatum: uigoreq; ſententiæ ſuæ retinet: quam de huiuſcemodi uiſis ſemper ha
buit ut de minime metuendis: ſed fronte falſa & formidine inani territantibus.
Hæc Epictetum philoſophũ ex decretis ſtoicorum ſenſiſſe: atq; dixiſſe in eo
quo dixi libro legimus: ãnotãdaq; eſſe iccirco exiſtimauimus: ut rebus forte id
genus quibus dixi abortis: paueſcere ſenſim/& quaſi albeſcere: non inſipientis
eſſe hominis neq; ignari putemus. Et in eo tamen breui motu naturali magis in
firmitati cedamus: q̃ q; eſſe ea qualia uiſa ſunt cenſeamus.

¶ Ex quinq; corporis ſenſibus duos eẽ cum beluis maxime communes: quod
q; turpis & improba eſt uoluptas: quæ ex auditu: uiſu: odoratuq; pcedit: quæ
uero ex guſtu tactuq; eſt: rerum omnium fœdiſſima eſt: quum hæc duæ beſti
arum etiam ſint: reliquæ hominum tantum. Cap. II.

Quinq; sunt homi sensus

Gustu
Tactu

QVinque ſunt hoium ſenſus quos græci αἰσθήσεις. ideſt ſenſus appellāt per quos uoluptas animo: aut corpori quæri uidet̃: guſtus: tactus: odoratus: uiſus: auditus. Ex his omnibus quæ imodice uoluptas capit̃: ea turpis atq; iproba existimat̃. Sed.n. quæ nimia ex guſtu atque tactu eſt. Ea uoluptas ſicuti ſapientes uiri cēſuerunt omnium rerum fœdiſſima eſt. Eoſque maxime qui duabus iſtis beluinis uoluptatibus ſeſe dediderunt: grauiſſimi uitii uocabulis græci appellant: ἀκολάστους: ideſt libidinoſos & intēperantes: uel ἀκρατεῖς. i. incontinētes. Nos eos uel incontinētes dicimus: uel intēperātes: ἀκολάστους enim. i. incaſtigatos ſi interpretari coactus uelis: nimis id uerbū inſolēs erit. Iſtæ aūt uoluptates duæ guſtus atq; tactus. i. libidines in cibos: atq; in uenerē prodigæ: ſolæ ſunt hoibus cōmunes cū beſtiis: & iccirco in pecudū ferorūq; aīaliū numero habet̃: qſquis eſt his ferinis uoluptatibus ꝑuinctus. Cæteræ ex tribus aliis ſenſibus ꝓficiſcentes: hoium eſſe tantū proprie uident̃. Verba ſup hac re Ariſtotelis philoſophi ſcripſi: ut uel auctoritas clari atq; inclyti uiri tam infamibus nos uoluptatibus deterreret.

διατί οἱ κατὰ τὴν τῆς ἁφῆς. ἢ γεύσεως ἡδονὴν. ἢ γιγνομένην. οὗ ἂν ὑπερβάλλωσιν. ἀκρατεῖς λέγονται. οἵ τε γὰρ περὶ τὰ ἀφροδίσια ἀκόλαστοι οἵ τε περὶ τὰς τῆς τροφῆς ἀπολαύσεις. τῶν δὲ κατὰ τὴν τροφὴν. ἀπ᾽ ἐνίων μὲν, ἐν τῇ γλώττῃ τὸ ἡδὺ, ἀπ᾽ ἐνίων δὲ ἐν τῷ λάρυγγι. διὸ καὶ Φιλόξενος γεράνου λάρυγγα εὔχετο ἔχειν. οἱ δὲ κατὰ τὴν ὄψιν καὶ τὴν ἀκοὴν. οὐκέτι, ἢ διὰ τὸ τὰς ἀπὸ τούτων. γινομένας ἡδονὰς. κοινὰς εἶναι ἡμῖν. καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις. ἅτε οὖν οὖσαι κοιναὶ ἀτιμόταταί εἰσι καὶ μάλιστα ἢ μόναι ἐπονείδιστοι. ὥς τε τὸν ὑπὸ τούτων ἡττώμενον ψέγομεν. καὶ ἀκρατῆ. καὶ ἀκόλαστον λέγομεν. διὰ τὸ ὑπὸ τῶν χειρίστων ἡδονῶν ἡττᾶσθαι. οὐσῶν δὲ τῶν αἰσθήσεων πέντε. τὰ ἄλλα ζῶα ἀπὸ δύο μόνων τῶν προειρημένων ἥδεται. κατὰ δὲ τὰς ἄλλας. ἢ ὅλως οὐχ ἥδεται. ἢ κατὰ συμβεβηκὸς τοῦτο πάσχει. ὁρῶν μὲν γὰρ τὸ ὁρῶν. ἢ ὀσφραινόμενον χαίρει. ὅτι ἀπολαύει. καὶ ὅταν πληρωθῇ. οὐδὲ τὰ τοιαῦτα ἡδέα αὐτῷ. ὥσπερ οὐδὲ ἡμῖν ἡ τοῦ ταρίχους ὀσμὴ ὅταν ἅδην ἔχωμεν τοῦ φαγεῖν, ὅταν δὲ ἐνδεεῖς ὦμεν ἡδεῖα. ἡ δὲ τοῦ ῥόδου ἀεὶ ἡδεῖα. Ideſt

Philoxenus gruis collum

Cur incontinentes eos appellare ſolemus. qui uoluptate contrectandi: aut guſtandi exuperātur? Nam q imodice re utuntur uenerea: & qui luxu delectant̃ ciborum incontinentes uocamus. ciboꝝ tamen nō eadem ratio eſt: ſed partim linguā: partim gulā: ſua mouēt ſuauitate. Vn̄ philoxenus gruis collum a diis immortalibus ſibi dari optabat. At uero qui in uidendo audiendoue modum excedunt: non eodem uocabulo ſignificamus: An quoniam uoluptates ſenſibus hiſce accommodatas. communes cum cæteris animantibus habemus? Ergo ut cōmunes ſpernimus & notamus: ſolaſq; omniū aut maxime probo damus. Itaque hominem iis deditum reprehendimus. & incontinentem intemperantemque appellamus: ꝙ uictus a teterrimo uoluptatum genere ducitur: Sed quum ſentiendi genera quinque ſint: cætera animalia duobus tātum: quæ modo dixi uoluptatem ſibi acquirunt: cæteris uel nihil omnino delectātur: uel ꝑ accidēs ita afficiunt̃: qd̓. n. uidet: aut olfacit: tātiſper gaudet: quo ad guſtus tactuſue fruiſcat̃. Cūq; genus idipm cōcupiſcendi expleuit: illoꝝ quoq; ſuauitas deſiit: ut nobis ſalſamēti odor: quū idigemus: ſuauis eſt: ubi ſatiati repletiq; ſumus amplius ſuauis nō eſt. Roſæ aūt odor ſemp ſuauis ē. Quis igit̃ hn̄s aliqd

Fruiſcat̃

Odor salsamenti

Philoxenus collū gruis a diis optauit

humani pudoris uoluptatibus iſtis duabus coeundi atq; comedẽdi: quæ ſunt homini cum ſue atque aſino communes gaudeat? Socrates quidem dicebat: multos homines propterea uelle uiuere: ut ederent & biberent: ſeſe bibere atq; eſſe: ut uiueret. Hippocrates autem diuina uir ſcientia de coitu uenereo ita exiſtimabat: partem eſſe quandam morbi teterrimi: quem noſtri comitialem dixerũ. Nãq; ipſius uerba hæc tradunt τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν. i. Coitũ morbum eſſe comitialem leuiorem.

Quid dicere ſolitꝰ Socrates

Quid coitus ſecundum Hippocratem

¶ Quod turpius eſt frigide laudari: q̃ acerbius uituperari. Cap. III

TVrpius eſſe dicebat phauorinus philoſophus exigue atque frigide laudari q̃ inſectanter & grauiter uituperari. Quoniam inquit qui male dicit: uituperat quãto id acerbius facit: tam maxima mole pro iniquo & inimico ducitur. & plerũq; propterea fidem non capit. Sed q̃ iſfœcũde atq; ieiune laudat deſtitui a cauſa uidet̃. & amicus quidẽ creditur eius: quem laudare uult: ſed nihil poſſe reperire: quod iure laudet.

¶ Quamobrem uenter repentino timore affluat: quare etiam ignis urinam laceſſat. Ca. IIII.

ARiſtotelis libri ſunt: qui problemata phyſica inſcribunt̃: lepidiſſimi & elegantiarum omne genus referti: in his quærit. Quam ob cauſam eueniat: ut quibus inuaſit repẽtinus rei magne timor: plerumque aluo ſtatim cita fiant? item quærit: Cur accidat ut eum qui propter ignem diutius ſtetit: libido urinæ laceſſat: ac de aluo quidem inter timendum prona atq; præcipiti cauſam eſſe dicit: quod timor omnibus ſit algificus: quem ille appellat ψυκρο ποιητικὴν: ideſt frigore laborantem: quæ uis frigoris ſanguinem caldoremq; omnem de ſumma corporis cute cogat penitus & depellat: faciatq; ſimul uti ii qui timent ſanguine ex ore decenente palleſcant. Is autem inquit ſanguis & caldor in intima coactus: mouet plerumq; aluum & incitat. De urina crebra ex igni proximo facta: uerba hæc poſuit. τὸ δὲ πῦρ διαχαλᾷ τὸ πεπηγός, ὥσπερ ἥλιος τὴν χιόνα: deſt. Ignis autem concretum reſoluit & gelu conſtrictum: ut niuem ſol.

¶ Ex Ariſtotelis libris ſumptũ: q̃ niuis aqua potui peſſima ſit: & q̃ ex niue chryſtallus concreatur. Cap. V.

IN tyburte rus conceſſeramus. hominis amici diuitis: æſtate anni flagrantiſſima ego & quidam alii æquales & familiares mei: eloquentiæ & philoſophiæ ſectatores erat nobiſcum Vir bonus ex peripatetica diſciplina bene doctus: & Ariſtotelis unice ſtudioſiſſimus. Is nos aquam multam ex diluta niue bibentis coercebat ſeueriuſq; increpabat. Adhibebat nobis auctoritates nobilium medicorum: & cum primis Ariſtotelis philoſophi rei omnis humanæ peritiſſimi. qui aquam niualem frugibus ſane & arboribus fœcundam diceret: ſed hominibus potu nimio ſalubrem eſſe: tabẽq; & morbos ſenſim: atq; indiẽ longam uiſceribus inſeminare. Hæc quidẽ ille ad nos prudẽter & beniuole. & aſſidue dictabat. Sed quum bibende niuis pauſa fieret nulla p̃mit e bibliotheca Tyburti quæ tunc in Hercu

lis templo ſatis commode inſtructa libris erat: Ariſtotelis librum: eumque ad nos affert. Et huius ſaltem uiri ſapiētiſſimi inquit uerbis credite: ac deſinite ua litudinem ueſtram profligare. In eo libro ſcriptum fuit. Deterrimam eſſe po tui aquam e niue. Itemq; ſolidius latiuſq; concretam eſſe eam: quam cryſtallon græci appellant. Cauſaq; ibi adſcripta eſt huiuſcemodi: quoniam cum aqua fri gore aeris duratur: & coit: neceſſum eſt fieri uaporationem: & quandam quaſi auram tenuiſſimam exprimi ex ea: & emanare. Id autem inquit in ea leuiſſimū eſt: quod euaporatur. Manet autem quod eſt grauius & ſordidius: & inſalubri us: atque id pulſu aeris uerberatum: in modum coloremq; ſpumæ candidæ ori tur. Sed aliquantum quod eſt ſalubrius diſſlari: atq; euaporari ex niue: indiciū illud eſt: ꝙ minor fit illa quæ ante fuerat: q̃ concreſceret. Verba ipſa Ariſtotelis ex eo libro pauca ſūpſi: & adſcripſi: διατὶ τὰ ἀπὸ χιόνος. καὶ κρυστάλλων ὕδατα. φαῦλά ἐστιν ὅτι παντὸς ὕδατος πηγνυμένου. τὸ λεπτότατον διαπνεῖται, καὶ κουφότατον ἐξατμίζει. σημεῖον δὲ. ὅτι ἔλαττον γίνεται. ἢ πρότερον ὅταν τακῇ παγέν. ἀπεληλυθότος οὖν τοῦ ὑγιεινοτάτου. ἀνάγκη τὸ καταλειπόμενον χεῖρον εἶναι. Ideſt Cur aquæ ex niue glacieue liqua te ſint uitioſæ. An quia cum aqua quæuis gelu concreſcit pars tenuiſſima diſſla tur: & leuiſſima euaporatur. Indicium illud eſt: ꝙ deliquata fit minor/q̃ ante fu erit/q̃ concreſceret. Cum itaq; quod ſalubrius eſt/defuerit/deterius ſit quod re linquitur neceſſe eſt. Hoc ubi legimus: placuit honorem doctiſſimo uiro habe ri Ariſtoteli. atque ita poſtea ego bellum & odium niui indixi. Alii inducias cū ea uarie factitabant.

Quod pudor ſanguinē ab extra diffundit. timor uero cōtrahit. Cap. VI

IN problematis Ariſtotelis philoſophi ita ſcriptum eſt. διατὶ οἱ μὲν αἰχυνόμενοι ἐρυθριῶσιν. οἱ δὲ φοβούμενοι. ὠχριῶσιν. παραπλησίων τῶν παθῶν ὄντων, ὅτι τῶν μὲν αἰχυνομένων διαχεῖται τὸ αἷμα ἐκ τῆς καρδίας εἰς ἅπαντα τὰ μέρη τοῦ σώματος. ὥστε ἐπιπολάζειν. τοῖς δὲ φοβηθεῖσι συντρέχει εἰς τὴν καρδίαν ὥστ' ἐκλείπειν ἐκ τῶν ἄλλων μερῶν. ideſt quam ob cauſam erubeſcūt quos puduit: pallent qui metuūt: quum iſtæ affectiones ſimiles inter ſe ſint. An quo niam pudefactis ſanguis de corde in omnes corporis partes diffunditur: ita ut ſuperficiem occupet. Metu uero perculſis cōtrahitur ad cor: ita ut cæteris par tibus defiat. Hoc ego athenis cum Tauro noſtro legiſſem: percunctatuſque eſ ſem: quid de ratione iſta reddita ſentiret. Dixit quidem inquit probe & uere quid accideret: diffuſo ſanguine: aut contracto. Sed cur ita fieret non dixit. Ad huc enim quæri poteſt quam ob cauſam pudor ſanguinē diffundat: timor cō trahat: quum ſit pudor ſpecies timoris: atque ita definiatur. Pudor eſt timor iu ſtæ reprehenſionis. Ita enim philoſophi definiunt. αἰχύνη ἐστὶ φόβος δικαίου ψόγου. ideſt pudor iuſtæ uituperationis eſt timor.

Quid ſit obeſum: nonnullaq; alia priſca uocabula. Cap. VII

IN agro uaticano Iulius Paulus poeta uir bonus: & rerū litterarūq; ueterū impenſe doctus prædiolum tenue poſſidebat. Eo ſæpe nos ad ſeſe uocabat & oluſculis pomiſq; ſatis comiter copioſeq; inuita bat. Atq; ita molli quodā tempeſtatis autumnæ die: ego & Iulius

Celſinus

Celſinus: quum ad eum cœnaſſemus: & apud menſam eius audiſſemus legi Neuii Alceſtin: rediremuſq; in urbem ſole iam fere occiduo figuras habituſq; uerborum noue: aut inſigniter doctorum in Neuiano illo carmine ruminabamur: & ut quæque uox indidem animaduerti digna ſubuenerat: qua nos quoque poſſemus uti memoriæ mandabamus. Erant autem uerba: quæ tunc ſuppetebant huiuſcemodi. Corpore inquit pectoreq; undiq; abeſo: ac mente exſenſa: tardi gemulo ſenio oppreſſum. Obeſum hic notauimus proprie magiſq̃ uſitate dictum pro exili atq; gracilento: ἀκύρως ἢ κατὰ ἀντίφρασιν: ideſt improprie: uel per oblocutionem obeſum pro pingui atq; uberi dicitur. Item notauimus quod oblitteram gentem pro oblittera dixit. Item q; hoſtis qui fœdera frangerent: fœdifragos: non fœderi fragos dicit. Item q; rubentem aurorã: pudori colorem appellauit & memnonem nocticolorem: item quod forte dubitanter: & ab eo quod eſt ſileo: ſilenta loca dixit: & puluerulenta: & peſtilenta: & carendum tui eſt pro te quoq; magno impete pro impetu. item quod forteſcere poſuit pro fortem fieri: quodq; dolentiam pro dolore & auens pro libens. item curis intollerantibus pro intollerandis: quodq; mãciolis inquit tene illis pro manibus: & quieſcam ſi liceo: & fiere inquit impendio infit. id eſt impenſe fieri incipit: quodq; accipitret poſuit pro iaceret. His nos inter uiam uerborum neuianorum annotatiunculis oblectabamus. Cætera enim quæ uidebantur nimium poetica exploſæ orationis uſu alieniora prætermiſimus: ueluti q; ſic de Neſtore ait: triſecli ſenex & dulcioriloquus. Itẽq; tumidis magniſque fluctibus inquit multigrumis: & flumina gelu concreta tegmine eſſe onychino dixit: & quæ multiplica ludẽs compoſuit. Quale illud eſt. q; uituperones ſuos ſubducti ſupercilii carptores appellauit.

Obeſus
Oblitterã
Fœdifragus
Forteſcerẽ
Pudoricolorem
Nocticolorem
Impete
Dolentia
Mãciolis.
Fiere
Multigrumis
Vituperones
Carptores

Quæſtio an arena: cælũ triticũ pluralia ĩueniãt: atq; inibi de q̃drigis inimiciis: nõnullis p̄terea uocabulis: an ſingulari numero cõperiant. Cap. VIII.

ADoleſcentulus Romæ priuſquam athenas concederem. quando erat a magiſtris auditionibuſque obeundis ocium: ad frontonem Cornelium uiſendi gratia pergebam. Sermonibuſq; eius puriſſimis bonarumque doctrinarum plenis fruebar. Nec unquam factum eſt: quotiens eum uidimus loquentemque audiuimus quin rediremus fere cultiores doctioreſque. Veluti fuit illa quodam die ſermocinatio illius leui quidem de re: ſed a latinæ tamen linguæ ſtudio non abhorrens. Nam quum quiſpiam familiaris eius: bene eruditus homo: & tum poeta illuſtris: liberatum ſe eſſe aquæ intercutis morbo diceret: q; arenis calẽtibus eſſet uſus: Tum illudens Fronto: morbo quidem inquit cares: ſed uerbi uitio non cares. C. enĩ Cæſar ille perpetuus dictator. Cn. Pompeii ſocer: a quo familia & appellatio Cæſarum deinceps propagata eſt: Vir ingenii præcellentis: ſermonis præter alios ſuæ ætatis caſtiſſimi in libris quos ad Marcum Ciceronem de analogia conſcripſit: arenas uitioſe dici exiſtimabat: quod arena nunquam multitudinis numero appellanda ſit: ſicuti neque cælum neque triticum. Contra autem quadrigas etiam ſi currus unus equorum quattuor iunctorum ag-

Cæſ. i lib. ad Cice.
Arena
Cælũ triticum
Quadrigæ

Arma
Mœnia
Comitia
Inimiciciæ

Delitia
Inimiciciæ

Quadrigæ quaſi quadriagæ

Cœlum
Fumus
Lac

men unum ſit pluratiuo ſemper numero dicendas putat: ſicut arma & mœnia
& comitia: & inimicitias ni quid contra ea dicis poetarum pulcherrime: quo
& te purges: & non eſſe id uitium demonſtres. De cælo inquit ille & tritico nõ
inficias eo: quin ſingulo ſemper numero dicẽda ſint: neq; de armis: & de mœ-
niis: & comitiis quin figura multitudinis perpetua cenſeantᷣ. Videbimus autẽ
poſt de inimicitiis & quadrigis: ac fortaſſe an de quadrigis ueterum auctorita
ti conceſſero: inimicitiam tamen ſicut inſciẽtiam: & impotentiam & iniuriam
quæ ratio eſt: quãobrem. C. Cæſar uel dictam eſſe a ueteribus: uel dicendam a
nobis non putat. Q uãdo Plautus linguæ latinæ decus: deliciam quoq; ἑνικῶς. i.
ſingulariter dixerit pro delitiisᷣ Mea inquit uoluptas: mea delicia. Ininiciciam
aũt. Q. Ennius in illo memoratiſſimo libro dixit. Eo inquit ingenio natus ſum:
amiciciã atq; inimiciciã in fronte promptã gero. Sed enim arenas parum latine
dici quis (oro te) aut alius ſcripſit: aut dixit. Ac ꝓpterea peto: ut ſi. C. Cæſaris li-
ber præ manibus eſt: promi iubeas: ut q̃ confidẽter hoc dicat: eſtimari a te poſ-
ſit. Tũ prolato libro de analogia primo: uerba hæc ex eo pauca memoriæ man
daui. Nam quum ſupra dixiſſet: neq; cælum triticũue: neq; arenam multitudi-
dinis ſignificationem pati. Num tu inquit harum rerum natura accidere arbi-
traris: q, unã terrã: & pluris terras: & urbem & urbes: & imperiũ & imperia di
camusᷣ Neq; quadrigas in unã nõis figuram redigere: neq; arenam in multitu-
dinis appellationem conuertere poſſimus. His deinde uerbis lectis Fronto ad
illum poetam: Videtur ne tibi inquit. C. Cæſarem de ſtatu uerbi contra te ſa-
tis aperte ſatiſq; conſtanter pronũciaſſeᷣ Tunc permotus auctoritate libri poe
ta: Si a Cæſare inquit ius prouocandi foret: ego nunc ab hoc Cæſaris libro pro
uocaſſem. Sed quoniam ipſe rationem ſententiæ ſuæ reddere ſuperſedit: nos
te nunc rogamus: ut dicas: quam eſſe cauſam uitii putes: & in quadriga dicen-
da: & in arena. Tum Frõto ita reſpondit Q uadrigæ ſemper: & ſi multiiugæ
non ſunt: multitudinis tamen tenentur numero: quoniam quattuor ſimul equi
iuncti quadrigæ quaſi quadriagæ uocãtur. Neque debet prorſus appellatio e-
quorum plurium includi in ſingularis numeri unitatem. Eandem quoq; de are
na rationem habendam: ſed in ſpecie diſpari. Nam cum arena ſingulari nume
ro dicta: multitudinẽ tamen & copiam ſignificet minimarum: ex quibus con-
ſtat: partium: indocte & inſcite arenæ dici uidentur: tanq̃ id uocabulum indi-
geat numeri amplitudine: cum ei ſingulariter dici ingenita ſit naturalis ſui mul
titudo. Sed hæc ego inquit dixi: non ut huius ſententiæ legiſq; fundus ſubſcri-
ptorque fierem: ſed ut ne Cæſaris uiri docti opinionem: ἀπαραμύθητον: id eſt
abſque conſolatione deſtituerem. nam cum cœlum ſemp ἑνικῶς: id eſt ſingu-
lariter dicatur: mare & terra non ſemper: & puluis: & uentus: & fumus non
ſemper: cur inducias: & cerimonias ſcriptores ueteres nonnunq̃ ſingulari nu-
mero appellauerunt: ferias & nundinas: & inferias: & exequias nunquamᷣ
Cur mel & uinum atque id genus cætera multitudinis numerum capiunt: lac
non capiatᷣ Q uæri inquam iſta omnia: & enucleari: & excudi ab hominibus
negocioſis in ciuitate tam occupata non queunt, quin iis quoque ipſis quæ iam
dixi: de-

dixi: demoratos uos eſſe uideo: alicui (opinor) negocio deſtinatos. Ite ergo nunc: & quando forte erit ocium: quærite an quadrigam & arenas dixerit e cohorte illa duntaxat antiquiore: uel oratorū aliquis uel poetarū. i. claſſicus aſſiduuſq; aliquis ſcriptor nō proletarius. Hæc quidē Fronto requirere nos iuſſit uocabula nō ea re (opinor) q̄ ſcripta eē in ullis ueterū libris exiſtimaret: ſed ut nobis ſtudiū lectitādi in quærēdis rarioribus uerbis exerceret. Quod unū ergo rariſſimū uidebat̄ inuenimus quadrigā numero ſingulari dictā: in libro ſatyrarū. M. Varrōis: qui inſcriptus eſt: exdemetricus. Arenas aūt πληθυντικῶς. ideſt pluratiue dictas minore ſtudio quærimus quia præter. C. Cæſarē: quod equidem meminerim: nemo hoc doctorum hominum dedit. quadriga

¶ Antōii Iuliani in cōuiuio ad quoſdā græcos lepidiſſima reſpōſio. Cap. IX.

Adoleſcens e terra aſia de equeſtri loco: lætæ indolis: moribuſq; & fortuna bene ornatus: & ad muſicā facili ingenio ac libenti cœnam dabat amicis ac magiſtris in ruſculo celebrandæ lucis annuæ: quā ſibi principem uitæ habuerit. Venerat tum nobiſcum ad eam cœnam Antonius Iulianus rhetor docendis publice iuuenibus magiſter hiſpano ore: florentiſq; homo facundiæ: & rerum litterarūq; ueterum peritus. Is ubi eduliis finis & poculis mox ſermonibuſq; tempus fuit: deſiderauit exhiberi: quos habere eum adoleſcentem ſciebat ſcitiſſimos utriuſq; ſexus: qui canerēt: uoce & qui pſallerent. Ac poſtea quam introducti pueri puellæq; ſunt: iucundūq; in modum ἀνακρεοντεία. ideſt anacreontea hoc eſt anacreontis uerſus pleraq; & ſapphica: & poetarum quoq; recentium ἐλεγεῖα: ideſt elegos: hoc eſt lugubria carmina: quædā ἐρωτικὰ: ideſt amatoria dulcia & uenuſta cecinerunt. Oblectati autem ſumus præter multa alia uerſiculis lepidiſſimis anacreontis ſenis: quos equidem ſcripſi: ut interea labor hic uigiliarum: & inquies ſuauitate pauliſper uocum atq; modulorum acquieſceret.

τὸν ἀργυροῦν τορεύσας ἥφαιστέ μοι πόιησον.
πανοπλίας μὲν οὐχὶ, τί γὰρ μάχαισι κἀμοί.
ποτήριον δὲ κοῖλον ὅσον δυνῇ βάθυνον.
καὶ μὴ ποίει κατ' αὐτὸ μήτε ἄστρα, μήτ' ἀμάξας.
τί πλειάδων μέλλει μοι, τί δ' ἀστέρος βοώτεω.
πόιησον ἀμπέλους μοι. καὶ βότρυας κατ' αὐτό.
καὶ χρυσέους πατοῦντας ὁμοῦ καλῷ λυαίῳ. ἔρωτα καὶ βάθυνον. Ideſt

Argentum tornans fabrica uulcane mihi.
Non hominem armatum: quid enim cum bellis mihi?
Sed cauum poculum cude: quantum ueles maxime.
Inq; eo neq; aſtra: nec plauſtra facias.
Nam quid cum pleiadibus: quid cum boote mihi?
Vites fabrica quæſo intus: & racemos pariter
Aureoſq; pulchre calcantis comites lyæi.
Amoreq; pſūdū ſimul. Tū græci pluſculi qui in eo cōuiuio erāt: hoies amœni: & nr̄as quoq; litteras haud incurioſe docti. Iulianū rhetorē laceſſere: inſecta

Iulianus Hiſpanus rhetor

riq; adorti ſunt tanq̃ prorſus barbaꝝ & agreſtem qui ortus terra hiſpãia foret. Clamatorq; tantum & facundia rabida iurgioſaq; eſſet. Eiuſq; linguæ exercitationes doceret: quæ nullas uoluptates: nullaq; mulcedinẽ ueneris atq; muſæ haberet. Sæpeq; eum percũtabant: quid de Anacreõte cæteriſq; id genus poetis ſentiret. Et ecquis noſtꝝ poetaꝝ tam fluentes carminum delicias feciſſet? Niſi Catullus inquiũt forte pauca: & Caluus itidẽ pauca. Nam Neuius implicata: & Hortẽſius inuenuſta: & Cinna illepida: & Mẽmius dura ac deinceps oẽs rudia fecerũt atq; abſona. Tum ille pro lingua patria. tanquam pro aeris: & focis aĩo irritato indignabũdus. Cedere equidem ĩquit uobis debui: ut in tali ἀσωτίᾳ. i. luxu prodigalitate: atq; nequitia artium nos uinceretis. Et ſicut in uoluptatibus cultus atque uictus: ita in cantilenarum quoq; multis anteiretis. Sed ne nos: ideſt nomẽ latinum: tanquam profecto uaſtos quoſdã & inſubidos ἀναφροδισίας: ideſt inuenuſtatis condẽnetis: permittite mihi quæſo operire pallio caput: quod quadam parum pudica oratione Socratẽ feciſſe aiunt. Et audite ac diſcite noſtros quoq; antiquiores ante eos quos nomĩaſtis: poetas amaſios: ac uenerios fuiſſe. Tum reſupinus capite conuelato uoce admodum quam ſuaui uerſus cecinit Valerii Aeditui ueteris poetæ. Item Porcii Licinii: & Q. Catulli: quibus mundius: uenuſtius: limatius: preſſius græcum latinumue nihil quicquam reperiri puto.

Valerius Æduus Portius Licinius Q. Catullus

Verſus Aeditui.

Dicere cum conor curam tibi pamphila cordis.
Quid mihi abs te quæram: membra labris abeunt.
Per pectus miſerum manat mihi ſubito ſudor.
Si tacitus ſubidus: duplo ideo pareo:

Atq; item alios uerſus eiuſdem additi: non hercle minus dulcis quã priores.

Quid faculam præfers phileros: qua nihil opus nobis?
Ibimus: hic lucet pectore flamma ſatis:
Iſtam non potis eſt uis ſæua extinguere uenti.
Aut hymber cælo candidus præcipitans.
At contra hunc ignem ueneris: niſi uenus ipſa:
Nulla eſt quæ poſſit uis alia opprimere.

Item dixit uerſus porcii Licinii hoſce.

Cuſtodes ouium uidere propaginis agnum.
Quæritis ignem? ite huc. quæritis? ignis homo eſt.
Si digito attigero: incendam ſiluam ſimul omnem.
Omne pecus flamma eſt: omnia quæ uideo.

Q. Catulli uerſus illi fuerunt.

Aufugit mi animus: credo (ut ſolet) ad theotimum.
Deuenit. ſic eſt. perfugium illud habet.
Quid ſi non interdixiſſem ne illud fugitiuum.
Mitteret ad ſe intro? ſed magis eiiceret.
Ibimus quæſitum? uerum: ne ipſi teneamur.
Formido. quid agro? da uenus conſilium.

Verba

¶ Verba hæc p̃ter propter:in uſu uulgi prodita etiã Enniĩ fuiſſe. Cap. X

